




CONRAD GE
FER MED.













EVONYMVS.

CONRADI GESNERI MEDICI ET PHILOSOPHI TIGVRINI

de Remedijs secretis, Liber Physicus, Medicus, & partim etiam Chymicus, & Oeconomicus in vinorum diuersi saporis apparatu, Medicis & Pharmacopolis omnibus praecipuè necessarius, nunc primùm in lucem editus.



Cum Caesareae Maiestatis gratia & priuilegio.



CLARISSIMO VIRO D. NICOLAO ZVR KINDEN BERNENSI, CONRADVS GESNE-RVS S. D. P.

HVNC priorem de ſecretis remedijs ſiue librū, ſiue centonem, quem partim ex libris diuerſis, excuſis, manuſcriptis, Latinis, Germanicis, Gallicis & Italicis, collegi, tranſtuli, in ordinem digeßi: partim ex obſeruationibus proprijs confeci, tuo in primis nomini, clariſsime Nicolae, inſcribere volui: quoniam & in bonis literis te excellere, nec earum cultum per magiſtratus honorem, quem in clariſsima Reipub. Bernenſis ditione Sabaudica geſsiſti,


*tibi imminutum esse, & bonos stu-
diosósque homines summa huma-
nitate ac beneuolentia te dignari:
& de hac præcipuè rei medicæ par-
te, quæ circa stillatitios plantarum
liquores versatur, iudicium ferre
posse, iandudum cognoui. A quo
tempore etsi nulla familiaritas pro-
pter locorum interualla tecum in-
tercedere mihi potuit, semper ta-
men non solum maximi te feci, sed
etiam amaui summopere, ita vt
sæpe huius animi, quo erga te affi-
cior declarandi occasionem quæsi-
uerim. Quod si id in præsentia com-
modè facio, est quod gaudeam &
gratuler mihi: sin minus, tu ta-
men voluntatem nostrā boni con-
sules: & quicquid pro iudicio tuo
& experientia, quibus plurimum
potes*

potes tum alijs tum his in rebus, emendandum aut quouis modo mutandum deprehenderis, admonebis me, si me amas, quàm liberrimè: si quid etiam his nostris adijcere de tuo poteris, quod non dubito, id quoque candidè, ingenuè ac liberaliter ut facias, per illum quo te prosequor amorem, & publicam rei medicæ studiorum utilitatem, etiam atque etiam te oro.

Vale quàm fœlicissime.

AD LECTOREM
Præfatio.

1. *De liquorum, oleorum & ſtillatitiorum inuentione.*
2. *De ſcopo huius libri. De quo plura etiam dicuntur circa finem præfationis.*
3. *Laus eorum qui quæ optima & efficaciſſima habent remedia, communia eſſe volunt.*
4. *Quantum in omni re apparatus referat.*



HYMISTICA ars (quam chymiam, alchymiam, alkimiam, chemiam vt Suidas, & alchemiá vocant) multa humanæ vitæ vtilia inuenit, & in re medica quoque mira quædam & laude digna, ſi quis rectè & diligenter paret, nam medicorum & pharmacopolarum vulgarium, imperitia, auaritia, aut negligentia factum eſt, vt pleræque huiuſmodi præparationes contemnantur: & meritò quidem ſi ea reſpicias quę ipſi parát: immeritò, ſi artem ipſam, quæ certè & pulcherrima & vtiliſsima eſt: id quod in cauſa mihi eſſę videtur cur tam diu latuerit, & ſerò admodum vſurpari cœperit. Sunt qui ad Hieronymum Brunſuicenſem, qui ante annos cir-

nos cir-

nos circiter ſeptuaginta medicinam Argentorati factitauit, aquas, vt vocant, & liquores, & olea è medicamentis ſimplicibus vi ignis eliciendi originem referát: & illi multum falluntur. non enim ab illo inuenta hæc ars eſt, ſed lingua noſtra Germanica cõ ſcripta & euulgata primùm. Meo quidem iudicio tam vetus hoc inuentum eſt, quàm ipſius chymiæ, quam ab hominibus Punica ſiue Arabica lingua vſis primùm celebratam & literis proditam exiſtimo, paulò poſt Græcorum medicorum ætatem, illorum dico qui vltimi ferè ſcripſerunt, vt ſunt Aetius, Oribaſius, Actuarius, Pſellus. In Italiæ quibuſdam bibliothecis, hodieq́ue extant Græcorum quorundam recentiorum de Chymia ſcripta, & nominatim Stephani cuiuſdam philoſophi: item liber inſcriptus de Mutatione metallorum, quæ vulgò chymia dicuntur, ſiue arcymia. Auicennæ etiam de alchymia ad Aſſem philoſophum liber habetur. Geber nepos neſcio cuius magni Mahumethis, qui veluti dux & princeps huius ſcientiæ celebratur, qua vixerit ætate non facile dixerim. Quanquam non illum primum huius artis inuentorem, ſed illuſtratorem fuiſſe exiſtimo. Hic in opere, quod ſummæ perfectionis inſcribitur, de deſtillatione in genere multa pul-

chrè differens, varios destillandi modos ferè omnibus notos esse scribit, nimirum vt vetus quoddam suo etiam seculo, non recens quoddam inuentum. Recentiores quidam non solum Alberti Magni, & diui Thomæ, & Rhazæ ac Auicennæ medicorum Arabum, sed etiam Aristotelis, Platonis & Salomonis de alchymia scripta, aut certè mentionem eius ab ipsis factam, referunt, quibus ego parum adhibeo fidei, nõ quod hoc studium recentius putem, sed certè philosophis istis aut ignotum aut nusquam memoratum. Sunt qui omnia poetarum figmenta, & præcipue illud de vellere aureo ab Argonautis quæsito, ad chrysopœiam seu artem de mutatione metallorum argutè interpretentur. Alij etiam altius ascendunt, & primos statim à condito mundo homines eius authores faciunt. Sunt qui simpliciter antiquissimam faciunt, deq́ue primis inuentoribus nihil certum haberi asserant. Patauij in Italia nostro seculo repertum est monumentum vetustissimum, nempe vrna fictilis, cum inscriptione huius hexastichi:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est vobis hoc quod in vrna latet.
Nanq; elementa graui clausit digesta labore
Vase sub hoc modico Maximus Olibius.

Adſit fœcundo cuſtos ſibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra hanc vrnam erat altera vrnula cum inſcriptione horum verſuum:

Abite hinc peßimi fures:
Vos quid voltis cum voſtris oculis emiſsitijs?
Abite hinc voſtro cum Mercurio petaſato caduceatoq́.
Maxumus maxumo donum Plotoni hoc ſacrum facit.

Rurſus intra hác vrnulá reperta eſt lucerna adhuc ardens intra duas ampullas, alteram ex auro, alteram ex argento, puriſsimo liquore quodam plenę, cuius virtute creditur per multos annos lucernam hanc arſiſſe, vt annotarunt in ſuis Antiquarum inſcriptionum collectaneis Petrus Apianus & Bartolemæus Amantius. Meminit huius rei Hermolaus Barbarus etiam in Corollario in Dioſcoridem, vbi de aquis in commune agit. Eſt & cœleſtis aqua, inquit, ſiue potius diuina, chymiſtarum, quam & Democritus, & Mercurius Triſmegiſtus nouêre, modo diuinam aquam, modo Scyticum laticem appellátes, modo peneûma, hoc eſt ſpiritum ex ætheris natura & eſſentia rerum quinta: vnde aurum poculẽtum, & iactatus ille nec dum inuentus philoſophorum lapis & ſabulum conſtet. Hinc & arti datum nomen,

psammurgicen, & mysticen, & ammophy-siam, & sacram & maximam vocando, ceu literas quasdam seclusas habeat, & à quibus profanum vulgus arceri conueniat. Hoc genus laticis, vt arbitror, significat epigramma nuperrimè in agro Patauino iuxta oppidulum Atestę inuentum opere lateritio ac proinde fragili, per imprudentiamq; manus rusticæ proscindentis ibi terram, corrupto: Cuius memoria ne pereat, verba prętexuimus: Plutoni sacrũ munus, &c. vt supra. Itaq; antiquissimum huius artis apud Barbaros studiũ fuisse constat, ad Romanos verò & Græcos deriuatum tardius, nec prius forte quàm Romani magnæ orbis parti imperitarẽt: aut si prius, latuisse tamen & intra paucissimos se continuisse. Cicendulæ quę noctu lucent, inquit Cardanus, docent nos liquorem fieri posse qui reluceat in tenebris: fit autem putrescentibus his, quæ candorẽ, lucem ac perspicuitatem summam habent fieri posse nõ dubito: è quibus & quomodo, adhuc mihi incertum est. Sed hęc ferè extra scopum, nisi omnino sublimandi destillandiq;, vt loquuntur, ratio, à chymistis profecta, & simul cum ea semper durasse videretur, nostris verò hominibus tum primum aperta, cum orbe per imperium Romanorum patefacto, aroma-

ta quoque multa & remedia diuersa Europæ prius Græcisque & Latinis incognita, importari cœperunt: & postea etiam amplius cum Mauritani & Arabicæ linguæ doctrinæque homines magnam Hispaniæ partem tenuerunt, vnde eruditorum aliquot libri ad nos peruenerunt: & inter postremos, vt puto, Bulcasis Benaberazerim cuiusdam, qui vbi de præparationibus medicamentorum agit, de nonnullis quoque sublimandis destillandisque docet. Eiusdem ferè ætate Ioan. Mesuen claruisse puto, quem legimus vixisse circa annum Domini 1158. is tamen non alias destillatas aquas quàm rosarum & absinthij commemorat. Auicennam floruisse aiunt anno Domini 1149. qui & ipse rosaceæ aquæ destillatæ meminit. Longe antiquior, saltem quod ad authorum traditionem, metallicorum sublimatorum vsus est, & oleorum quæ per descensum fiunt, vt apud Rasim & Aetium. Græcis recentioribus liquores huiusmodi stillatitios non ignotos fuisse nuper quidam scripsit, cuius nomini parco, hoc argumento: quòd in Actuarij scriptis aliquoties stillatitij liquores nominentur. Et sanè nominat ille alicubi rhodostagma, vt in zulapio contra tussim: & paulò post in alio zulapio in tybóstagma. Sed his vocibus non

aliud quàm ſimplex de roſis aut intybo ſyrupus ſignificatur. Rhodoſtactũ deſcribit Aegineta libro 7. cap. 15. his verbis, Roſarum, quibus vngues ſunt adempti, ſucci ſextarios duos, mellis ſextarium, incoquito deſpumans quoad quarta pars fuerit abſumpta. Quin & paulo ante hydroroſatum, id eſt aquam roſatam deſcribit, illam quoque à ſtillatitio liquore ſiue aqua deſtillata longè diuerſam. conſtat enim roſarum vnguibus exemptis libris quatuor, aquæ ſextarijs quinque, mellis ſextarijs duobus. Arabes etiam vel eorum interpretes cum plantæ alicuius aquam dicunt, eius in aqua decoctum intelligunt: & ſimiliter Nicolaus Myrepſus qui compoſitiones medicamentorum Græcè ſcripſit, quem recentiſsimum eſſe ex barbaris quibus frequentiſsimè vtitur dictionibus apparet, in quo illud miror, nullam ab eo aquarum oleorúmue chymiſticis inſtrumentis paratorum mentionem fieri. Capniſtum tantum oleum, quod per deſcenſum deſtillatur, deſcribit, vt Aetius quoque. Porrò ea quæ chymiſtæ faciunt, duobus fermè generibus ſummis comprehenderim, vt aut liquores ſint, aut ſolida: liquores rurſus aut aquei aut oleoſi: & hi vel aerei vel ignei. Solida verò, aut quæ in vaſorum fundo remanent: aut quę ſurſum efferuntur: idq; dupliciter,

citer, vel tanquam pura corpora, vt quę ſublimata vocantur, argentum viuum, arſenicum, &c. vel fuligo ad oculorum remedia apud medicos. Sunt & alij quidam artificioſi præparationis modi, quibus quod in medicamentis puriſsimum efficaciſsimumq́ue ineſt extrahitur, & veluti forma à materia ſeparatur.

Et quanquam ego nec in chymiſticis neque cæteris apparatibus verſatus ſim, ſed obiter quædam tum ipſe experiendo paucula, tum ex amicis cognouerim: tamen quicquid & quantulumcunque hoc eſt, rei medicæ ſtudioſis communicabo: non vt perfectè accurateq́ue artem ipſam deſtillandi & alia præparandi tradam, ſed tanquam ijs ſcribēs qui iam prius non prorſus rudes & imperiti harum rerum ſint, quod vel ipſi periculum fecerint, vel aliorum ſcripta legerint. Nihil enim tam egregium aut ſecretum habeo, quod non cupiam in publicam & communem vtilitatē prodire: & quanquā in tenui fortuna ſemper natura ad communicādum pronus fui, quod alij ad ſimplicitatem, alij melius ad liberalitatem ingenij referunt. Sunt qui ſua omnino cęlent, diuerſi quidem generis homines: ambitione quidam, vt habeant quo præ cæteris excellant: alij etiam auaritia, vt lucrum faciant: alij per ignoran-

tiam veterum ſcriptorum,quaſi non aut eadem aut meliora multò à veteribus prodita ſint,quæ nunc pleriſq; negliguntur,& noua ſemper acquirendi ſtulta & inſatiabilis libido eſt. Non deſunt qui magna & efficacia remedia ideo abſcondenda putent, ne homines imperiti, vt multi ſunt empirici,omnis ferè rationis & omnium ſtudiorum expertes,ijs abuti,& quę ad ſalutem inuenta ſunt, ea in hominum perniciem conuertere poſſint.His ego dixerim malum quidem minimè faciendum quicquam vt aliquid boni ſequatur: bonum verò non ideô non faciendum,ne quid ſequatur mali. Nam qui rebus & inuentis bonis abutantur, deerunt nunquam. At viri boni,ſimpliciter quæ bona habent,communia facient,non ideo omiſſuri, quòd metuant improbos quoſdam per eadem nocere poſſe. Sed relinquo hanc diſputationem : hoc candidè & ex animo teſtor, cupere me exemplo meo doctos & bonos medicos excitare,vt depoſitis ambitione, auaritia, inſcitia, inuidia, ſi quid præclarum ad profeſsionem noſtram adferre poſſunt,id vt ſimiliter candidè publiceque præſtent. Indocti certè non magnis tantùm iſtis & efficacibus medicamentis, qualia hîc prodimus nonnulla, ſed cibis etiam & potibus com-

communiſsimis,intempeſtiuè exhibitis, hominum vitam ſæpe ad morbos mortemq́ue compellunt,& notum eſt Hippocratem noſtrum , ptiſanam intempeſtiuè exhibitam, mortis cauſam fuiſſe pleuritico cuidam, ſcripſiſſe. Iſti igitur partim inſcitiæ, partim improbitati ſuæ relinquendi ſunt: ij verò qui medicorum opera indigent admonendi, idem in medicina vt faciant, quod in omnibus alijs artibus omnes ſolent: hoc eſt, medicos vt eligant bonos & eruditos, quiq́ue hanc artem ex profeſſo, tum rationibus ceu philoſophiæ partem, tum actu ipſo medendi colant exerceantq́ue. Sed redeo ad inſtitutum. Apparatus igitur, inquam, maximam in omni re vim habet. In oratione elocutio, actio & pronuntiatio, magis ferè mouent audientium animos quàm ipſum quod tractatur argumentum: hinc eſt quòd numeris & metris incluſa, tantopere delectant, quæ ſi oratione ſoluta efferas, frigida, ſupina & inertia habebuntur. Hinc eſt quòd quidam in oratore quid primum eſſet interrogatus, pronunciatio reſpondit: quid ſecundum, quid tertium, idem, Spectacula & dramata quòd adeò afficiũt auditores & ſpectatores, multis modis formæ eorũ & apparatui potius quàm argumẽto debetur. Sic in ipſis rebus, & operibus, tũ naturę,

tum artium, forma, figura, modus, in summa apparatus quidam, magis quàm materia spectatur aut laudatur. Similiter in re medica maximum rectè præparandi ars & commode administrandi solertia momentum habent: neque plus refert quid exhibeas, quàm quo modo. Et licet plures sint circumstantiæ vt rectè exhibeas medicamentum considerandæ, modus tamen & apparatus intra medicamentum est,. eiusque veluti forma aut pars: reliqua verò extra ipsum, vt tempus, locus, & quæ circa ægrum considerantur. Sed alijs apparandi præparandique modis nos in præsentia omissis, illos tantum attingemus, per quos à medicamentorum substantia virtus & facultas omnis separatur, ita vt liquidior tantum, purior & subtilior cuiusque remedij pars secreta & abstracta à crassa & terrestri habeatur, siue ea in liquorem ab eodem remedio abstractum colligatur, siue in alium quendam externum, &c. quod exuirtuare & excorporare barbarus scriptor Arnoldus appellat. Iam si quæ curiosius aut operosius scripta videbuntur, cogitandum est ea non ad medicos vulgi, & pauperum pertinere: sed ad illos qui diuitijs & otio magis affluunt & ministris abundát, quiue in principum regumque aulis versantur: aut etiam ad philosophos, qui mirabiles

biles rerum naturæ mutationes ac vires rimâtur,& in ijs se oblectant. Postremò nõ est quod quis miretur medicamentis quibusdã magna & prolixa eulogia addi, vt quintis essentijs quas vocant, âquis vitæ & balsamis factitijs, & quibusdam facultates valde mirabiles attribui, quales sunt, ingenium & memoriam acui, sensus & iuuentutem conseruari, &c. quando huiusmodi effectus apud veteres etiã Græcos Latinósq; theriacę & alijs antidotis & cõpositionibus, pręcipuè quidẽ apud Arabes diuersis, sed à Galeno etiã theriacę adscriptos legimus. Sũt quæ nõ lim defendere, & quorũ fidẽ apud authores relinquo, quorum nomina adscribo vbique. Sed iam prius dictum est hæc omnia à nobis pro hominibus eruditis scribi, qui plerũque quantum cuique fidei sit habendum facilius iudicabunt. Etsi in plurimis eruditione & iudicio valere non satis sit, nisi etiam experientia accesserit. Sed desino præfari.

AVTHORES IN HOC
LIBRO CITATI.

Aegidij cuiuſdam libellus de nouẽ aut decẽ liquoribus deſtillatis, in quo reperio multa quæ etiam in Raimundi Lulli de aquis libello habentur.
Aetius Amidenus.
Albertus Magnus.
Alexander Benedictus.
Andreæ Furnerij libellus Gallicus de decoratione humanæ naturæ.
Antonius Guainerius.
Arnoldus de Villa noua. *Auicenna.*
Bartol. Montagnana.
Bulcaſis, quidam Albucaſin vocant.
Brudus Luſitanus. *Dioſcorides.*
Epiphanij Empirici medici in Græcia peregrinati, quem adoleſcens cognoui, remediorum liber manuſcriptus.
Geber Chymiſta.
Gualtheri Ryffi de deſtillationibus liber Germanicus.
Hermolaus Barbarus.

Hiero-

Hieronymus Brunsuicensis, qui de aquis destillatis primus Germanicè scripsit.
Hieronymus Cardanus.
Iac. Hollerius de materia chirurgica.
Iac. Syluij Commentarij in Mesuen, & libri de simplicibus medic. præparandis et componendis.
Io. Almenar de morbo Gallico.
Io. Bracescus.
Io. Ganiuettus.
Io. de Rupe scißa, vide in Raim. Lullo.
Ioannis Gœuroti liber Gallicus.
Io. Manardus. *Io. Mesue.*
Io. Tagautij Metaphrasis in Chirurgiam Guidonis de Cauliaco.
Ioannis de Vigo Chirurgia.
Marianus Sanctus Chirurgus.
Monachorum Commentarij in Mesuen.
Nicander.
Nicolaus Maßa de morbo Gall.
Nicolaus Myrepsus.
Petri Andreæ Matthæoli Senensis liber de morbo Gallico, & Commentarij Italici in Dioscoridem.
Petrus Aponensis.

Phil. Vlstadij Cœlum philosophorum.

Raimundi Lulli liber optimus & doctissimus de quinta essentia, qui Argentorati olim editus est & nuper Norimbergæ, sed in multis differens. Mihi exemplaria duo manuscripta sunt, & alia duo apud amicum vidi, quæ omnia & inter se & ab impressis differunt. Vidi & Ioannis de Rupe scissa libellum de quinta essentia ferè per omnia ad verbũ eundem, vt Lullus ab eo transcripsisse videatur, aut Lullo aliquis falso tribuisse, si modo is ante Lullum scripsit, vt in Io. Brascesci dialogo legimus. Symphorianus Camperius tamen Lullum siue Lullium claruisse anno Christi 1311. annotauit: Ioannem verò de Rupe scissa anno 1340. Trittemius.

Eiusdem Lulli libellus de aquis, vide supra in Aegidio.

Rasis.

Remaclus F. Lymburgensis, qui scripsit de aquis destillatis illis quæ in communi vsu sunt.

Rogerius Bacho de viribus aquæ vitæ per

12. signa, quem librum aliqui non rectè Arnoldo de Villa noua tribuunt.


Serapio.

Et alij quidam tum excusi, tum manuscripti in diuersis linguis, quorum aliqui nullum authoris nomen expressum habent.

Scripsit & Adamus Lonicerus nuper de destillandi arte quædam Latinè, ita puto vt Brunsuicensis & Ryffij scripta breuius comprehenderet.

CONRADI GESNERI MEDICI ET PHILOSOPHI TIGVRINI,
de remedijs secretis Liber I.

DE DESTILLATIONE EIVSque differentijs in genere.



DESTILLATIO (vt doctiores scribunt, non distillatio) est humoris è succo tenuioris extractio vi caloris, Syluius. Destillatio per ascensum dicitur, vbi vapores sursum elati, ibi concreti in aquam destillant, Idem. Humida corpori (sic enim vocant latius vas, à quo vapor tollitur) imposita, vi caloris tenuantur in vaporem, qui capitelli vel alterius frigiditate coactus in aquam, alueolo in marginem capitelli inserto ferè excipitur mox per nasum (sic enim etiam vulgo vocant capitelli partem, naso nostro figura & vsu finitimam) in subiectum vas (receptorium & matellam dicunt) aliquod destillat, Syluius. Similia quędam natura fecit, tum in meteoris præsertim humidis, cum in hominis & aliorum quorundam animalium catarrhis à capite ad subiectas partes. Planta ergo aut corpore alio ad destillandum composito, pars eius quæ tenuari est aptior, (quæ scilicet natura tenuior, leuior, rarior, liquidior, superficiaria magis,) il

la primum vi caloris tenuata tollitur: posteà alia illi natura propinqua: postremò id quod ceu humidum rei substantificum terreas partes glutinans pingue & oleaginum vi ignis validiore separatur, integrumquè attollitur: quo omnino extracto, velut cinifactum corpus & dissolutū cernitur. A planta igitur omni & animali ex omnibus vtriusq; partibus aqueum aliquid crudum, ac velut pituitosum excrementosumq; primum extrahitur, mox coctius & tenuatum magis, postremò oleaginum: quod etiam ex ossibus ipsis extrahitur, non modò ex aliis partibus solidis: nisi quòd quædam essentiæ tenuioris, vires propè vniuersas remittunt primas. Porrò hæc omnis humorum extractio calore perficitur. Nam quæ per licium, penicillum (filtrum vocant) arenas, vas figulinum crudum, cissybium, id est vas hederaceum (Plinius puto de ligno hederæ scribit, quòd aquam vino mixtam transmittat, quæ ego olim experiendo verum deprehendi) fit humoris transmissio, destillatio non fuerit, nisi abusiuè loquentibus. Calore enim propriè dicta destillatio perficitur, & eo vel à Sole, vel ab igni, vel à putredine. A Sole flores magna quorundam industria aquam reddunt, floribus ipsis odore & gratis qualitatibus aliis proximam. Ab igni autem, id est, à flamma, quæ ex aere & aereis corporibus producitur, vel à carbone ignito, qui fit ex terra vel terreis corporibus accēsis, destillatio fit vel nullius alterius interuentu,

vel medijs aquis feruentibus, vel etiam ab his vapore, cineribus, arenis tenuibus, scoria læuigata.

Flamma præterea ipsa, vti & carbo, non parum variat, non solum maioris & minoris ratione, sed etiam lignorum vel putrium, vel graueolẽtium, vel beneolentium, & integrorum vel viridiũ, vel siccorum. Adde quod clibani magnitudo, & figura, & connexio, magnam vim habet caloris mutandi. Præter hęc carbo ex suffocatis, & semiustis lignis graueolentiam & qualitatem quandam alienam rebus destillandis, vt coquendis & aliter præparandis imprimit. Sint igitur carbones omnino accensi & semiusti, vt ex eis malignitas antę expirauerit, quàm his res destillanda committatur, præsertim si in corpus est recipienda, nam foris admouendorum ratio minus habenda est, Hæc omnia Syluius. Elementa quatuor per destillationem vini ordine ascendunt, leuius, tenuius & calidius primum, nempe ignis: secundo loco aer, tertio aqua, terra in fundo remanet, & similiter puto in destillatione aceti. In crassis verò & terrestribus, ac ijs etiã liquidis quæ præter aquosas partes, habẽt crassas aliquas & quæ dẽsari possint, vt lachrymis, succis, gummis, resinis, et in melle etiã, quod aquosius est primo effertur, quod aereũ secũdo, quod igneũ postremo, terrę partes in fundo manẽt, & si maior sit ignis adurũtur: in metallicis verò eædẽ in vaporẽ resolutæ, &

tę, et alembico adhærentes concreſcunt, colore in album mutato, vt argentum viuum, arſenicum, halinitrum, &c.

Ignis attenuat (inquit Cardanus) vel comminuendo ſicca, vt cum arenam in puluerem redigit: aut colliquando, vt metallica: aut tenues partes ſeparādo, vt in deſtillationibus. Contingit tamen in deſtillationibus aliquid attenuari ac alteri miſceri, cum à calido humido non ab igne fiunt. Calor enim miſcet, & cum humido attenuat. (Contra forte, Calor enim attenuat, & cum humido miſcet.) Fit autem hoc vaſis in aquam feruentem immiſsis, vocantq́ꝫ Mariæ balneum. Proximum bonitate deſtillationis genus huic in equino fimo, inde quod per cineres, prǽſtantiſsimum in oliuarum recrementis poſtquam oleum de tractum eſt: nam cum calida ſit ac humida ſubſtantia, per multos menſes calorem ſeruare poteſt, atq́ꝫ eò lōgiori temporis ſpacio quàm vuarum acini, quò oliuarum ſubſtantia denſior eſt ac pinguior. At nullum horum metalla liquare poteſt: ſed illa igne indigent. Sed vt ardentiſsima deſtillatio fit per ignes, ita mixtioni ac veræ attenuationi inepta, cui fermè ſimilis eſt quę fit per cineres. Nam ſi igne deſtillata fecibus ſuis miſcueris, fiet totum pro molis ratione grauius quàm antea: tum etiam ſiccius. Non igitur verè attenuat ignis ſed natura ipſa quæ totam ſubſtantiam concoquit ac miſcet. Vnde ob ſubtilitatē omnia

in vnum conueniunt, mixtumq; densius fit, & tamen ex subtilissimis compositum partibus. Ergo in naturali coctione, vt quæ in liquando durissima, etiam vim ignis obtineat, & mollis balnei in attenuando, partes crassiores comminuuntur, quod ab igne impetrari non potest.

Calor primi gradus, qui temperatus est vt fimi equini, balnei Mariæ, vocatur calor digestionis, resolutionis, putrefactionis seu macerationis & circulationis: de quibus suo loco plura dicemus.

De modis destillandi diuersis per sublimationem, cum aqua & sine aqua, vide infra in Rosacea aqua ex Bulcasi.

De destillatione in genere quædam scripsit Geber Arabs summæ perfectionis 1. 4. 50. vbi multa pulchrè disserit, præsertim de differentia & diuersis effectibus destillationis per aquam & per cineres. Ibidem capite 39. de sublimatione docet, cur sit inuenta: & deinceps capite quadragesimo, quid sit sublimatio, & de tribus gradibus ignis in ea obseruandis: & capite 41. de moderando igne in sublimatione, & quomodo eius rei ratio intelligatur lana xylina in superius foramen aludelis immissa. De lignis eligendis, capite 43.

Quæ destillanda imponũtur in rosario vulgaria, in ijs præstat non multa simul imponere, ne inferiora arida & adusta relinquantur,

supre-

ſupremis adhuc ferè integris. Et præcipuè ſi quæ odorata & pretioſa deſtilles, ſatius fuerit ſæpius recentia imponere, ſic & vberior aqua fluet, Brunſuicenſis.

Herbæ deſtillandæ, flores aliaq́ꝫ ex plantis, in ipſa maturitate colligi debent: præcipuè verò creſcente luna, cœlo ſereno, & per diem in vmbra relinqui, concidi: & etiam ſi opus videatur, contundi, & ita mox deſtillari, Idem.

DE VIRIBVS LIQVORVM *deſtillatorum in genere.*

CVm animaduerterem (inquit Manardus in epiſtolis 15. 15.) in vulgaribus aquis quæ per ignem à plantis extrahuntur, neq́ꝫ odorem neq́ꝫ ſaporem eundem ſeruari, ſed plerunq́ꝫ contrarium. (Aquam enim abſinthij dulcem, à mētha & ocimo mali potius quàm boni odoris exire videbam: quod certam mihi fidem faciebat, quòd non eiſdem viribus aqua ſola, quibus tota herba polleret:) cœpi anxiè cogitare, conſultis etiam his qui ab huiuſcemodi fuſionibus chymici vulgò dicuntur, quonam ingenio valeret idem odor & ſapor in aquis hiſce cuſtodiri, qui in tota plāta reperiretur. Longum autem eſſet ſcribere modos omnes, quos ad hæc conſequenda attentauerim: Sed vnum tantum attingam qui melior & facilior mihi viſus eſt. Fit autem per vaporem aquæ calidæ in duplici vaſe, &c.

Destillata vires simplicium à quibus separantur, retinent: nisi quòd tenuiora & valentiora fiunt, quò frequentius destillantur: quod in aqua vini ferè experimur, raro in aliis, Syluius.

Liquoris qui destillatur vires quidam alterant vel illito capitello aliqua materia, vt melle, ladano, aliis: vel ea naso imposita, quod ferè fit ad odoris gratiam: moschum enim, caryophyllos, caphuram, id genus alia, nodulo ligata summo naso impingunt, vt per has materias transmissus liquor odoris suauitatem contrahat, Idem.

Dubitatio. Si ignis cuncta calefacit siccatque, omnes aquæ quæ destillatione habentur, calidæ ac siccæ esse deberent. Nec repugnat substantia, quod aquea sit: talis enim cum sit aqua ardens, & vritur, & corpora humana egregiè excalefacit ac siccat. Rursus aquæ omnes frigidæ sunt ac humidæ, vincente substantia. At neutrum semper verum est: Imò aliquæ ex his similiores sunt his à quibus excipiuntur, vt rosacea, odore, sapore, viribus. Vrceus aquæ plantaginis fluentem vndequaque sanguinem sistere potest. Non idem facit lactucæ aqua, etsi sit frigidior. Quidam nuper dum memoriam augere niteretur melissam triduo albo vino infudit, inde leuiter expresso vino, aquam destillando collegit, cuius potu memoriam recuperare visus est: sed cum calidi esset iecoris, bonam valetudinem

penè

penè funditus euertit. Atqui hic mos est à philosophis vocatus, stellas cœlo infigere.

Quæri igitur solet an aquæ hę proprias vires retineant. Diximus olim dum de malo medendi vsu loqueremur, nullas esse vires, quod odore & sapore destituantur. Absinthij enim aqua nec absinthium redolet, nec amara est: imò quod mirum est, subdulcis. Ardens tamen aqua (vt rosaceam prætercam) fidem facit inesse vim aquis. Nam si talē ob ignem esse dicas, quid est quod nulla aliarum talis sit? Nam hæc egregiè calefacit, siccat, penetrat, acutum olet, ardet. Itaq; vires aquis iam inesse certum est, sed nec omnibus, nec ęquas. Quæcunq; enim res tenuem substantiam habent frigidæq; iunctam, aquam emittunt sibi non absimilem, vt rosa. Quæ verò tenuem & calidam, similem sed vrentem emittunt, vt vinum & metallicorum quædam. Quę crassam & calidam, dissimilem & prauam, vt absinthium. Quæ crassam ac frigidam, dissimilem sed non prauam, vt cucurbitę. Iuxta hanc rationem vires aquarum, quæ leui excipiuntur igne, facile perdisces. Nam quæ vehementi igne indigent, omnes siccant vehementer, plerunque etiam excalefaciunt. Hæc Cardanus.

Sed diligentius hæc mihi consideranda videntur. Primum enim quod absinthij aquam amaram esse negat, verū est si vt vulgus pharmacopolarum solet, negligenter & in alem-

bicis plumbeis destilletur. In balneo Mariæ destillato, odorem saporemq́ꝫ deesse non puto. Vtrunq; efficacissimè obtinebit, & hæc & quæuis alia planta odore saporeq́ꝫ aliquo prædita, si arida prius per dies paucos vino maceretur, deinde in balneo Mariæ, aut per cineres leniter destilletur, vt infra docebo amplius. Iam cum quędam odoris sui magna abundent copia, eáque tam efficaci, vt longo tempore non expiret, nimirum quoniam vis illa odoris in totam earum substantiam ex æquo digesta est, nihil mirum in iisdem vasis aquas alias similiores destillari suis plantis, vt rosarum, quas suum odorem diutissimè seruare Theophrastus etiam scripsit: alias verò dissimiles: quarum enim vis in superficie est, illæ facile exhalant, vt absinthij, cuius odorem eodem in loco existimandum haberi vbi sapor eius amarus continetur: reperimus autem illum in superficie tantum: nam si corticem à caule aut ramulis separes, quod interius est insipidum aut dulce reperies. Itaque hæc differentia non à crassitie aut tenuitate partium petenda est, quanquam hanc etiam aliquid afferre momenti puto, sed magis ab eo quòd vis cuiusque aut per totum ex æquo distributa est, aut centro aut superficiei vicinior. Ego sanè cum Raymundo Lullo eius sum sententiæ, posse ab omni planta, aquam eiusdem facultatis elici, à frigidis

gidis

gidis frigidam, à calidis calidam, à siccis siccã, ab humidis humidam. Eandem verò vim manere, nisi odoris saporisue, aut vtriusqꝫ vt in odoratis, similitudo relinquatur, minimè concesserim.

Cur odor florum quorundam, vt iasmini & caryophylli floris non retineatur in aquis, &c. vide infra ex Cardano, vbi de balneo Mariæ in genere agitur.

Bonum esset omnem aquam semel destillatam denuò, aut etiam tertiò super fæces suas (contritas) superinfundi, & per duos aut tres dies putrificari, atque iterum destillari: aut potius, semel destillatam, non super fæces relictas, sed super eiusdem generis herbas infundi, & in circulatorio aut alembico cæco putrificari, ac destillari, Brunsuicensis si bene memini. Quibusdam prima destillatio sufficit, vt rosis.

Vidi alchymistam, qui non herbas ipsas, sed succum tantum herbarum aut fructuum destillabat, repetendo aliquoties destillationem, & fæcibus super marmore contritis aquam destillatam super eas refundendo. Guaynerius.

Auena (potus nimirum ex auena, vt ceruisia ex hordeo) excalefacit & inebriat non minus quàm vinum. Apud Tartaros referũt aquam è lacte destillato inebriare. Sed omnis aqua (non elementum, sed liquor aliquis compositus aut succus) cum sæpius de-

ſtillatur hoc poteſt efficere : nam incaleſcit, attenuatur, & vim ignis magis recipit : vnde ardens ſæpius deſtillata eò acuitatis deducitur vt bibi non poſsit, Cardanus. Quò autem liquor aut res deſtillanda craſsior fuerit, eò magis calorem & ignem repetita deſtillatione concipere videtur.

Conſtat aquam fieri poſſe (inquit Cardanus) quæ lapidem veſicæ per catheterem immiſſa, illico confringet. Nam cum duo ſint neceſſaria, & quòd lapidem atterat, & quòd veſicæ ſit innoxia: primum præſtabit modus ac materia: nam extremos vapores è ſcorpionum cinere, vel Macedonici petroſelini, vel tecolitho, aut lapidibus cancrorum excipiemus. Sic enim aqua fiet, quæ etiam porphyritem comminuat. Porrò innocentiam præſtat, ſi materia ex qua aqua excipitur, omnis ſalſedinis expers fuerit. Non igitur è ſalis genere aut alumine vel chalcantho, aut vini fæce, ſed ex aliquo eorum quæ nuper retulimus, aquam excipere oportebit. Opus autem ſemper eſt diligenti experientia in confirmanda ſubtili ratione, vt ea quæ adeò ſubtiliter explorauimus, ſecurè per experientiam confirmata, in vſum hominum poſsimus deducere. Equidem ſcio ſtercus columbinum ac parietariam hoc vel illud hac arte in aquã deductum, lapides veſicæ duriſsimos frangere poſſe. Quodnam autem illud ſit quod id facturum ſit & abſque noxa, experientia declarari

clarari

clarari oportet. Nam & hircinus sanguis & leporis pellis, & vitrum, multum probantur ratione. Sed tamen nihil horum forsitan seorsum, sed ex his aliqua simul iuncta, atque certa mensura. Metallicũ certè sit tale oportet, aut ad metalli naturam mutatum. Audiui quondam inuentam à quodam Ianuense, sed denuò amissam morte illius, qui eam notam nemini facere voluit. Hoc certum sane est inueniri posse, atque hanc esse illius artem. Hucusque Cardanus. Iuuaret fortassis ad hanc artem chrysocolla quoque, arte facta nimirum & acrimonia carens, qualis etiam ab aurifabris laudatur: quamobrem ad boracem faciendum, aqua pluuiali destillata quidam vtuntur & lacte destillato, aliqui etiam melle, medullis, &c. Ego nuper audiui empiricum quendam calculos vesicæ in quibusdam curasse cum borace mixta aqua ardente ad spissitudinem ferè mellis, admixto etiam trito tartaro aut calculo ab homine exciso, aut fæce vrinæ è matula. Iubebat per quatuordecim dies hoc medicamento vti, ita vt semper parum eius vino bibendo, etiam in prandio & cœna, admisceretur. Memini legere de liquoribus quibusdam, in quibus lapis aut silex positus resoluatur. Chymistæ ad resoluenda metalla aceto destillato vtuntur, & vrina destillata.

Dissoluuntur aceto forti, præsertim destillato, vel succo limonũ, margaritæ, testæ ouorum, lapides renum vesicæ, coraliũ vtrunque:

eaq́ post siccata promptè friantur, Syluius.

Non possum hic omittere aquam Epiphanij Empirici, quæ huiusmodi est. .Antalis & dentalis, boracis, sarcocollæ, corallorum alborum, crystalli albi, gypsi, anethi, oryzæ, farinæ orobi, portulacæ, ana semunciam. Fiant trochisci cum aqua fabarum moschata. Vsus est mulieribus ad faciem dealbandam: sed suffiatur antea facies cum aqua decoctionis hordei & auenæ: deinde trochiscus vnus diluatur cum aqua fabarum, & illinatur facies sub ingressum lecti, mane verò abluatur cum aqua decoctionis fabarum & furfuris, ac rursus cum aqua frigida. Quod si trochisci fiant cum aqua limonum, magis ornabunt faciem: nam & limones assi per se illiti eandem ornant. Quod si hæc aqua à ieiuno bibatur, & pecten inde vngatur, frangit lapidem, signum est, quod si per noctem in ea porcellanas reliqueris, postridie ceræ instar eas digitis subigere poteris. (Porcellanas vocant conchas quasdam, sed & fictilia quędam pretiosa.) Hęc pluribus, vt industrijs medicis diligentius super hac re cogitandi occasionis aliquid præberemus.

DE MVLTIPLICI VSV LIquorum destillatorum, tum in re medica, tum extra illam.

AQuarum destillatarum vsum multiplicem esse video, sed maximum & præcipuum

puũ medicis, qui ſtillatitijs huiuſmodi liquoribus ritè paratis, tum intra tum extra corpus vtuntur, per ſe, & cum alijs medicamentis. Aquam ardentem & olea calida chymiſticè parata, vnguentis admiſcent, vel odoris gratia, vel vt reddant calidiora, & vt promptius penetrent. Lintea his aquis madida imponũt partibus refrigerandis præcipuè, viſceribus, fronti, temporibus, brachialibus, tumoribus inflammatis. Validè exiccantibus ad abluenda vlcera chirurgi vtuntur. Cõmuniſsimus verò vſus longo iam tempore obtinuit in admixtione ſerapiorum quæ propinantur, & ad zulapia ſiue iuleb, præcipuè de roſis & violis. Sunt qui propter ſolam odoris gratiam diuerſorum generum liquores, & olea conficiant. Aqua ardente vtuntur etiam vitrarij encauſtæ. Aqua forti, vt vocant, aurifices. De chymiſticis vſibus ad metallorum mutationem, & ad colores ac pigmenta diuerſa: nec non ad venena, vt occidantur animalia noxia, hîc locus dicendi non eſt. Raymundus Lullus ardentis aquæ etiam in bellis ſub ipſos conflictus vſum eſſe ſcribit mirabilem, ad excitandos confirmandóſque militum animos. Sed de vſibus aquæ ardentis ſuo loco amplius dicam. Quinetiam in bonæ & ſalubris aquæ inopia, vt quæ ſolæ ſuppetunt, ſalſæ, corruptæ & inſalubres aquæ, potui idoneæ fiant, neceſſaria fuerit deſtillandi ars.



Poterit autem in magno lebete, cui magnum altumq́ꝫ sit operculum rostratum, aqua dulcis à salsa separari.

FORMA PVRGANDI AQVAS *turbidas, ex Bulcasi.*



Ollam magnam aqua turbida A replebis, & B igne leui subiecto duo C ligna transuersa ollæ marginiginibus impones crucis instar, D. lignis verò impones lanam mundã & diligenter elotam: & quicquid imbibe-

rint lanæ ex aſcendente vapore expreſſum re pones, idqúe continuabis quamdiu aliquid vaporis aſcenderit. Sunt qui aquam turbidam inſtar roſaceæ deſtillent. Alij clarificant iniiciendo aliquid anethi, (error videtur, malim aceti) aut amyli, aut farinæ: quoniam iſta deſcendunt, & trahunt ſecum ad fundum vaſis craſsitiem aquæ.

DE BALNEO MARIAE IN

genere: & ijs deſtillationibus, quæ fiunt in vapore aquæ feruentis, & fimo equino.

AQuæ feruentes aut ab his vapor minus agunt in rem deſtillandam, quam vel ignis ipſe per ſe, vel etiam per media alia ſicca prædicta. Ob id, vt Galenus in diplomate, id eſt, vaſe duplici (balneum Mariæ vocant cum Chymiſtis pharmacopolæ) liquat, calfacit, coquit ea, quorum vires ignis violentia diſsipari non vult: ſic quæ mitia integriora volumus, in aquis feruentibus impoſita deſtillamus, vel earum vapore. Quæ quamuis minus duratura putantur, ſunt tamen minus à ſua natura mutata: quam rem odor priſtinus declarat.



A.Fornacem huius generis habeas, cui B. vas æneũ grande ſuperponitur aqua plenum, ei verò vaſi æneo C vaſcula in arcũ ſuperponantur quam plurima poſſunt, in quorum fundo res deſtillanda inſit.

Alij aliter fornacem, velut in A. arcem ſcilicet extruunt, & eius lateribus B. vaſa inſerunt terrea, longa, fundo latiore deſtillanda continente, intrò penetrante, ore foris tanquam lagena operculato, C. in qua vapor per apertilem eius ventrem elatus concreſcit, per os eiuſdem prælongum deſtillat, Syluius. ¶

Sed cur odor florum quorundam non retinetur in aquis, verum vt in iaſmino & caryophyllo flore ac lilio aqua euadit odoris expers? dictum eſt alibi: quoniam tam tenui ſubſtantiæ nulla pars craſsior iungitur. Ergo in his iuuabit, ſi folijs herbarum quæ odore

careant



careant alternatim positis materiæ crassiori, non tamen quæ vratur, adiungatur odor, inde destilletur: atque hæc vnica spes prolicien di odoris, cum aquis infusa non remittant odorem, sed putrescant, Cardanus. Apparet autem hos flores proculdubio in balneo Mariæ aut in aquę feruentis vapore vasis vitreis destillari oportere,

Balneum Mariæ commodè calfit cum amplo canali è cupro in A. medium immisso, in cuius imo craticula est, B. vt cineres defluant: vulgus pigrum Henricum vocat, Vlstadius furnum acediæ. Imponitur & operculum è



cupro, C. cum paruo canali transuerso qui per fenestram aut foramen aliquod fumum efferat. (Sic aliqui iam solia etiam calefaciunt ad balneandi vsum.) Huius D canalis tum præcipuè commoditas est, cum pluribus vasis destillatorijs in circuitu ponendis, decem vel duodecim, si cui vti libuerit, vt tempori & labori nec non sumptui parcatur.

Quidam cucurbitis stanneis vtuntur ad destillandum in balneo M. alembicis verò vitreis, quorum rostra si breuiora sint aut fracta, alia ex cupro apponunt & lutant.

Herbas destillandas in Balneo vel aliter aliqui primum terunt, deinde aliquandiu relinquunt (per aliquot dies forte) antequam destillant, tanquam sic vberiorem aquam habituri: quod si in vasis obstructis præsertim loco calido, id facerent, bene haberet: sed plerique, pharmocopolæ & alij qui quæstum indę

inde faciunt, locis frigidis relinquunt, in fiscis apertis, donec odorem amittant, & humido crassoq; aere vitientur.

Sunt qui aquæ Balnei M. arenæ etiam non nihil admisceant, vt vehementior fiat calor: vt Matthæolus Senensis in aqua philosophica contra morbum Gallicum. Et in tali destillatione duplicem liquorem excipi posse ait, primum dilutiorem, alterum rubentiorem.

Aqua in balneo Mariæ non magis calere debet quàm digitus tolerat, Brunsuicensis.

Destillationem cuiusdam aquæ vitę in Balneo M. Vlstadius ita lento igne fieri iubet, vt numeres vnum duo tria, vsq; ad septem, antequam vna gutta cadat.

Plura quæ ad communem Balnei M. rationem pertinent, leges infra in mentione aquæ camphoræ ex Bulcasi: & aquæ rosaceæ ex eodem.

In Balneo M. destillatio adhibet̄ oleis etiã, vt loquuntur, rectificandis, vt phlegma ab eis abstrahatur. Sola enim aqua Balnei calore eleuari potest, oleo in fundo residente.

¶Cum animaduerterem aquas vt ex plantis vulgò destillari solent, neq; saporem neq; odorem eundem seruare: anxiè cogitare & multa experiri cœpi, vt modum inuenirem, quo qualitates istæ in aquis custodirentur. Longum autem esset scribere modos omnes quos attentaui. Vnum tantum attingam qui melior mihi visus est & facilior. Is autem est,

vt in duplici vaſe, eo modo quo Galenus iuſſit omnia vnguenta confici, hæc fiat operatio,



ita tamen vt eius A vaſculi fũdum in quo B herba continetur, C. aquam in D. maiore bullientem nõ attingat, ſed ſolo vaporifero humore ab ea eleuato in caleſcat. A calore enim illo miti, ex totius herbę ſubſtantia vapores exhalãt, qui in aquam vertuntur, omnium herbæ partium vires adſeruantem, quæ ex odore & ſapore apertè cognoſcuntur, Hæc Manardus. Sed hoc modo deſtillata, & ſi vires plantarum & qualitates (vt odorem priſtinum) integrius retinẽt, quia tamen excrementoſa ſunt, parum diu ſeruari poſſunt, Syluius.

¶Fimi vel, vt quidam loquuntur, ventris equini, vſus præcipuus eſt, vt materia deſtillanda in vaſe vitreo ei impoſita calore ipſius præparetur, vt dicemus ſuo loco latius in putrificationis mentione. Poteſt tamen in eodem

dem etiam destillatio fieri, si vel paupertas vel alia causa impediat quo minus igne vtamur. De hac destillatione plura vide infra, vbi de præparatione ad destillationem agitur. Fimi calor (propter calcem admixtam) medio gradu caliditatem Balnei M. excedere iudicatur à Brunsuicensi.

Si aquam ex carnibus cuiuscunque animalis desideres, animal suffocabis ne sanguis vllus ab eo effluat, & pinguedine omni detracta carnes minutatim concisas in fimo equino destillabis (aut) igne lento ne aquæ fœteant, aut vstilaginem sapiant, quod facile fieri solet, quamobrem vt bis destillentur præstat, Brunsuicensis.

Animalium partes, vel excremento, vt sanguis, iecur, pulmo, oua, (fel) & fimus bubulus, destillari debent in fimo equino, vasis non prorsus obturatis, (sed mel & lac obturare licet,) ne fœtida reddatur aqua. Si tamen sic etiam fœteat, destilletur iterum in balneo Mariæ, præsertim aqua de fimo bubulo, cuius prima destillatio raro sine fœtore inuenitur, Brũsuicensis. Melius succedet si exigua salis portio addatur, in fimo putrificandis aut destillãdis, quo minus corrumpantur.

EGREGIAE QVAEDAM AQVAE *simplices in Balneo M. destillatæ, ordine alphabeti enumeratæ: primum ex plantis, deinde ex animalibus.*

A Abſinthij aquæ meminit Io. Meſue: & eius quidem & roſaceæ tantum, vt annotauerunt Monachi qui in Meſuen ſcripſerunt: vt exiſtimandum ſit eximiam quandam vim pręcæteris in duobus iſtis ſtillatitijs liquoribus ineſſe, ſi rectè parentur: nam vt vulgus pharmacopolarum parat, abſinthij aqua odore ſaporeq́ omni caret, vt in præcedentibus dictũ eſt. Quòd ſi quis efficaciorem hunc liquorem deſiderat, abſinthium aridum in vino maceret ac deſtillet in Balneo M. aut ſi adhuc validiorem, in cineribus. Sed quæ in liquore aliquo macerata deſtillantur, horum iam non ſimplices aquæ, ſed compoſitę ſunt, de quibus infra priuatim ſcribemus.

Alſinæ, quam vulgo morſum gallinæ vocant, aqua deſtillata, infantibus & pueris epilepticis datur, per ſe, vel cum aqua fontana. Valde hoc commendant mulierculæ, & quædam ſua experimenta prædicant. Ego nuper fruſtra propinatam vidi, ſed ea mihi guſtanti ferè nauſeam mouebat: forte quod vetuſtior, aut in alembicis plumbeis collecta erat.

C Cepæ albæ aqua deſtillata lapidem frãgit, Marianus Sanctus.

Ceraſorum quorumuis aqua bibitur contra nimios calores, & foris imponitur: priuatim verò dulcium nigrorum quæ & contra paralyſim à multis commendatur ſi ori infundatur, & os inde bene colluatur, vt amiſſum linguæ vſum reſtituat. Deſtillatur autem vel caro ſola

o sola, vel vnà nuclei quoq; contriti, vel calculosam renum & vesicæ materiam educat destillatus inde liquor. Nigra & acida, visula vocantur, aquam reddunt salubrem in febribus tum aliis tum pestilentibus refrigerantem & confirmantem vires, vtilem quoq; aduersus sitim & dysenteriam, Ryffus. Dulcium nigrorum recentium destilata à Remaclo F. Lymburgensi mirificè commendatur: Cum primum, inquit, in os epileptici paroxysmo correpti in fusa fuerit (dosis est drachmę quatuor aut amplius) illicò reuiuiscit recreatus nec vllo amplius spasmo conuellitur, donec statuto tempore, vt fieri solet, post aliquot dies, alius paroxysmus oboriatur: quæ vbi contigerit iterum infundenda est, impedit enim aufert atque sanat paroxysmum.

Camphoræ aqua siue oleum, sic fit. Accipe vas ex vasis aquæ rosaceæ quod dicitur baten (id est venter) & imple id lignis (segmentis) pini quæ habet magna folia (latifoliæ, Syluius) & impleatur vas aquæ rosaceæ (Syluius ita accipit ac si aqua rosacea segmentis pini affundenda sit, mihi verò videtur vas aquæ rosaceæ simpliciter hîc pro cucurbita seu corpore nominari, vt sit repetitio quædam eiusdem quod prius dixerat) & cooperiatur vase habente nasum: Tum pones ventrem in vas æneum aqua plenum super igne, donec bullire incipiat, nã destillabit oleum (atqui oleum per calorem aquæ attolli posse negant) subtile bõ

ni odoris, quod appellatur aqua camphoræ. Aut si libet destilla in furno aquæ rosaceæ, eo dem modo quo illa destillatur, Bulcasis.

At Bellunensis, Aqua camphorę secundum Arabes est (inquit) aqua quæ fluit ex arbore producente camphoram: quæ vt & arbor eius calidæ est naturæ in tertio, camphora ipsa frigida, Monachi in Mesuen. Apiculas tres pone in vase vitreo vbi camphora fit, quæ sic in aquam vertetur. Obscurus.

F Fraga matura in vase vitreo putrificabis (posset forte sal adijci, aut saccharum,) & destillabis. Hæc aqua (inquit Lullus lib. 2. de quinta ess.) salubris & diutina est. Confortat naturam, venena expellit, menses prouocat, humores ardentes remittit, conceptum confortat. Præcipuè verò maculas recentes oculorum de vtroque humore (calido nimirum aut frigido) frangit, si modo non multum excedant. Lachrymas ex vtraque causa (calida aut frig.) exiccat visum vtraque causa perditum restituit & clarificat. Et ego vidi mulierem recenter in tota facie pustulas ex percussione lapidis cum calore habentem, quæ sola lotione huius aquæ, statim magna cum admiratione sanata est. Est autem virtus eius centuplo mirabilior & efficacior cum aqua ardente, & multò magis cum quinta essentia. Imò leprã curat hęc aqua mixta cum quinta essentia, vel aqua ardente.

E fraxini cortice interiore destillati liquoris vnciæ tres cum totidem vncijs vini albi cõ

tra peſtem bibuntur, & idem potus poſt tres horas repetitur, ſic Deo volente intra 24. horas liberabitur æger.

H Hali caccabi acinorum aqua cõtra calculum renum & veſicæ cõmendatur à nonnullis, ſi ſemel aut iterum in ſeptimana bibatur.

Helxines, quam parietariam vocamus, aqua contra calculum veſicæ proficit: vide ſupra in viribus aquarum deſtillatarum in genere ex Cardano.

Hieracij minoris, ſiue dentis leonis, noſtri vocant rößlekrut, aqua, eiuſdem facultatis videtur, cuius eſt aqua intyborum. Aliqui per dies circiter octo in vino maceratam deſtillant, aceroſo ſapore, & contra comitiales paroxyſmos propinant, mirifico (vt aiunt) experimento.

Hyſſopus mire vim ſuã retinet in ſtillatitio liquore, licet in cõmuni figlino alẽbico tantũ ſuper arena in patellã poſita deſtilletur, & ſimiliter pulegiũ, & aliæ quædã. Hyſſopi quidem aquam ad dentium dolores mitigandos vtuntur, eſt enim acris & ſubtilis, &c.

I Intybi ſeu endiuiæ aqua, refrigerat omnes affectus calidos: & omnes aduſtiones ex igne vel aqua calida factas, ſanat, ſi inde abluantur. Conducit etiam febribus quotidianis, & obſtructionibus viſcerum, tum pota tũ foris adhibita, Lullus de aquis.

L Lauendulæ florum aqua odorata eſt, Remaclus.

N Nucum iugulandiũ immaturarũ aqua

circa festum diui Ioannis paratasoris, impô-
sita prodest vulneribus & vlceribus calidis,
& anthraci pestilenti: pota etiam ad duas aut
tres vncias refrigerat & pestilentiæ resistit.
Ex putaminibus etiam exterioribus iuglan-
dium (siue maturis, ita vt iam à nuce soluan-
tur, siue nondum omninò,) mense Septembri
aqua destillatur, nec refert si nigra fuerint,
modo ne putredinē senserint, imò nigra præ-
feruntur. Huius aquæ mediocris potio, (cum
tertia parte aceti, si cum calore ingruat,) vena
prius secta, aduersus pestem tanquam cer-
tum experimentum propinatur. Laudatur &
ad aurium tinnitus & audiendi difficultatem,
& ad anginas gargarizata. Foliorum verò iu
glandis aqua circa finem Maij destillata, mirè
commendatur ad siccanda & astringenda vl-
cera, & inducendam eis cicatricem, si mane et
vesperi inde lauentur, & madidū inde linteo-
lum imponatur, Brunsuicensis.

O Orchis, id est testiculus herba cum suis
radicibus destillatur, ad epilepsiam vtilis vt
ferunt.

P Persicorum aliqui flores & folia etiam
destillant.

Petroselini (hortensis nimirum) contriti in
mortario aqua destillata, appetitum confir-
mat, & flatus omnes corporis & ventriculi
dissoluit, concoctionem roborat, & pectoris
(renum potius) prauos humores expurgat,
Aegidius.

Plan-

Plantaginis aquæ vrceus fluentem vndequaq; ſanguinem ſiſtere poteſt, Cardanus.

Pulegium, vide ſuprà in Hyſſopo.

R Raporum aqua fieri poteſt, tum ex integris ipſis conciſis: tum ex corticibus priuatim, qui acriores & calidiores ſunt, vt vrina prouocetur, aut ſudor promoueatur.

Aqua roſacea prima omnium inuenta videtur, reperio eius mentionem apud Auicennam lib. 2. in capite de roſis. Aqua roſarum, inquit, pota confert in ſyncope, & eius ſuccus. Et rurſus, Aqua roſarum bona eſt hepati, & confortat quæ ex ea nutrita eſt cum melle ſtomachum, & eſt geleniabin, & iuuat ad digerendum. Et roſa quidem & eius ſuccus conducunt ſtomacho nimis humido. Et quanquã Arabes plerunque aquam pro ſucco decoctóue dicere ſolent. hoc tamen in loco pro ijs accipi non poteſt, cum de ſucco ſeparatim loquatur, & decoctionis quoque mentionem prius fecerit. Aqua roſarum per ſublimationem facta plurimum confortat, Meſue in capite de roſis. Et rurſus, Roſa & oleum eius, & aqua ſublimata confortant cor, &c. Idem de aqua roſarum deſtillata loquitur diſtinctione ſexta, vbi iuleb roſatum deſcribit, vt Monachi eius interpretes probant: à quibus hoc etiam obſeruatum eſt, duas ſolum aquas deſtillatas apud Meſuen memorari, nempe roſaceam & abſinthij. Nullum ferè hodie paratur epithema, quod non accipiat aquam roſa-


rum. In acutis & magnis inflammationibus, ad membra principalia roboranda commodè administratur. Valet ad fluxus intestinorum & vomitum. Oculorum inflammationibus initio multum auxiliatur, quidam admiscere solent modicum thuciæ & sacchari candi. Oculos corroborat & visum acuit. Sanguinem à naribus fluentem è linteolo imposita sistit. Quæ paratur ex rosis rubeis, magis, vt loquuntur, cordialis est, mogisq́ roborat: ex candidis verò, magis refrigerat, Remaclus F. De vino mixto cum aqua rosarũ tẽpore cibi, vide apud Arnoldũ in libro de vino.

¶ Rosacea aqua licet varijs modis paretur, optima fit tamen per balneum M. Matthæolus. Si rosæ quas incarnatas vulgò vocamus, siccatæ, vapore aquæ humectatæ destillentur, aquã rosarum bonam reddent, Syluius. Poterunt autẽ retineri in linteo supra aquã feruẽtẽ, donec satis vaporis imbiberint.

De aqua rosacea ex Bulcasi.

Aquæ rosatæ apparatus notus est apud plerasque gentes. Melius autem fit cum aqua, quam sine ea: melius etiam per ignem carbonum, quam lignorum, vnde ex quatuor modis, qui sunt, Sine aqua cum lignis accensis, Sine aqua cum carbonibus: Cum aqua accensis lignis, Cum aqua super igne carbonum, primus vilissimus est & minimi odoris aquã reddit, melior eo secundus, secundo tertius, quartus verò omnium optimus. Secũdus quidem & tertius modus vsitatiores sunt. Et ego

hic tertium, (qui fit cum aqua accẽſis lignis,) deſcribam, vt in vſu eſt apud reges Aharach.



A Facies igitur in domo ampla iuxta parietẽ, B berchile (ſic vocat vas quod aqua implet) paruum cuius fundũ & latera ſint ex plumbo, ita ſolidatũ vt aquã nõ trãſmittat. Huic vaſi deinde coopertoriũ aptabis ex vitro vel terra vitreata, C & foramina rotunda in eo facies duo vel tria, plus minꝰ pro vaſorũ capacitate, & pro vt vel multã vel paucam aquã deſtillare deſideras. D Deinde ollã æreã facies, ſimilẽ ollæ balnei, quã cõſtrues ſuꝑ furno, ita vt berchile ſuꝑ furnũ humiliore ſitu ſit quã olla, (ita q̊d applicet de calore ignis berchilis ad ollã: ſed hęc verba mihi redũdare aut deprauata videntᷣ.) Facies quoq; caminũ per quẽ fumus extra domũ efferat totꝰ, ne noceat aquę roſatę. Poſtea reple ollã aqua, quę ſit in puteo (vaſe magno) iuxta olla facto inſtar putei in balneo. Tũ igne ſub olla accẽſo aquã bullietẽ per canalẽ ex olla in berchile pertingẽtẽ

tranſmittes, & alia aqua frigida ex puteo ol-
lam replebis. In berchili quoque cannulam fa
cies, per quam aqua cum plenum fuerit extra
domum effluat. Pones autem cucurbitas ſiue
ventres, id eſt vaſa deſtillatoria in foramini-
bus coopertorij berchilis, & aſtringes circum
uoluendo pannos lineos, vt firmiter maneant
in ſuis foraminibus, & aquæ vapor non egre
diatur. Similiter & capita eorum ſtringes pã-
no lineo. Et ſint vaſa iſta ex vitro, vel ex ter-
ra vitreata. Tum roſas impones, & addes
coopertorium ſuum cuiq;. Et ſuppones cuiuſ
que naſo phialam ad recipiendum aquam ro
ſatam effluentem. Deſtillatione perfecta ro-
ſas primas abijcies, & impones recentes, Hec
Bulcaſis. Miretur autem aliquis, quod in tali
fornacis apparatu, vbi ignis vaſi duplici ſeu
berchili non ſubijcitur, (vt conijcio, cum ex
plumbo fundum & latera eius faciat,) ſed ad
latus fornacis ponitur, referre putet, ex li-
gnis ne an carbonibus ignis ollæ ſubiectus
fiat. Præterea notum eſt (inquit eodem in lo-
co Bulcaſis) aquam roſaceam ex ſylueſtribus
roſis quæ ſine rigatione ſponte naſcuntur, o-
doratiorem eſſe quàm quæ fit ex roſarijs do-
meſticis, quæ colluntur & rigantur aqua. Fit
autem ex his aqua deſtillata apud nos maio-
re compendio, quàm ſuperior, hunc in modũ,
A Olla ærea qualis tinctorum eſt, ad parietẽ
aponitur, cui B coopertorium cum foramini-
bus aptatur, C. quibus ventres inſeruntur.

Olla



Olla repletur aqua, & subijcitur D ignis ex lignis vitis vel similibus. Progrediente autem destillatione claudes os furni do nec absoluatur tota destillatio. Pro lignis si carbones accendas, odoratior fiet aqua. (Hîc plus rationis est quam supra, quoniam ignis hic statim sub ipsis vasis destillatorijs fit.) Secundi modi, hoc est destillandi sine aqua cum igne carbonum, ratio est huiusmodi. Fac A furnũ quadrum aut rotundum, cum B coopertorio cui inferentur B ventres facti ex terra vitreata ita vt possint sustinere ignem: & cum accensis carbonibus aqua destillare incipiet, claude os furni, & relinque foramina aperta per quæ fumus egrediatur. Est & aliud compendiũ tertij quartiue modi: A Olla ænea plena aqua super foco ponitur, cum B coopertorio perfora





to ita vt duos aut tres C ventres, ex vitro, plus minus, recipere possit. Subiicies autem ignem ex sarmẽtis vitium vel carbonibus donec bulliat aqua.

Saluiæ aqua odorem pristinũ retinet, Remaclus F.

Scabiosæ aqua propinatur vtiliter iis qui fistula aliqua laborant, & ipsa herba trita fistulæ pariter inseritur.

Sedi minoris aqua in vsu est chirurgis ad partes calidas refrigerandas, Remaclus F.

Solani seu morellæ aqua prodest contra omnes febres, si æger in die accessionis ab omni cibo & potu abstineat: & cum fuerit in calore magno & multum appetit bibere vt amplius temperare sibi nequeat, detur ei vitrum hac aqua plenum. Postea diligenter cooperiatur, & per vim etiam retineatur in calore: & sudabit sudore fœtido. Abstinendum autem ei ab omnibus acetosis, & ab aere nimium vel calido vel frigido. Item valet hæc aqua ad inflammationes & concussiones, si pannus lineus quadruplex in ea madefactus imponatur, & cum siccatus est iterum madefiat. Item ad omnes plagas & alios affectus calidos si abluatur hac aqua, & pannus in ea tinctus

impo-

imponatur. Iuuat etiam iecur calefactum, & pulmones qui ſiccantur aut hectica grauantur. Aduerſus omnes iſtos affectus propinari debet cum tertia parte vini, Lullus in libro de aquis.

Tiliarum è floribus (quorum perquam ſuauis odor eſt & vitium flori ſimilis odore) aqua deſtillatur in frequente vſu apud Germanos. Exiſtimatur autem modicè calida, ſicca, & emplaſtica, pota vtilis ad epilepſiam, cordis tremorem, vteri dolores, calculum renum, & ſanguinem in corpore ob caſum aut ictum aliquem concretum, ad quod remedium aliqui etiam tritos tiliæ carbones admiſcent. Doſis eſt vnica, aut ſeſqui. Oculorum dolores mitigat: & locos igne aut quauis materia feruente aduſtos ſanat, idq; efficacius ſi interior cortex albus tiliæ in hac aqua maceretur, aut eius loco cydonij grana aut pſyllium, & nata inde muccilagine loci illinantur, Ryffius.

Aliqui liquore vi ignis extracto ex ſanguine MELIS aduerſus peſtem vtuntur.

Item ex anatum ſanguine contra venena, &c. de quo plura leges in lib. Deſtillationum Ryffij Germanico.

Hirci ſanguinem aliqui medicamentis aduerſus calculum deſtillandis admiſcent. Aquam compoſitam ex ſanguine MAIALIS alijsq; diuerſis medicamentis infrà alicubi deſcribemus.

De aqua ex lumbricis, & cantharidum genere quod à mense Maio Meylander käfer denominatum ait, vide Brunsuicensem.

Aqua ad rugas & maculas faciei tollendas, & cutim clarificandam. Albumina ouorum in aqua coctorum ad duritiem, remotis vitellis in mortario conteres, & in alembico vitreo aut alio vase vitreo destillabis. Vsus est, vt per tres vel quatuor dies facies quotidie ter illinatur.

Attexerem hic catalogum aquarum destillatarum ex plantis, quæ in Germanicis destillationum libris Hieronymi Brunsuicensis, & pleraque omnia ab eo mutuati Gualtheri Ryff ij describuntur, nisi breuis esse studerem. Et sanè nihil attinet singulas enumerari, cum à plantis ijsdem omnibus quarum vllus in re medica vsus est liquores etiam destillari & possint & soleant. Sed vires quoque & facultates singularum recensere, vt quidam faciũt, superfluum est, cum nullæ aliç ferè, sed eædem etiam aquis quæ plantis ipsis attribuantur, vt repetitiones istæ non minus quàm brassica biscocta fastidium vel mediocriter erudito lectori excitent. Quoniam tamen pharmacopolis aquæ nonnullę præcipuè & præ cæteris in vsu sunt, vt illæ quas Remaclus F. descripsit, earum catalogum hic attexam, eodẽ quo ille vtitur ordine.

Absinthiũ. Apium. Artemisia. Agrimonia. Althæa. Acetosa. Alkekẽgi. Auricula muris. Basi-

Basilicon. Buglossus. Balsamita, id est, menta Romana. Betonica. Bursa pastoris.

Chamæmalum. Calendula. Carduus benedictus. Centaurium. Chelidonium Cichorium. Capillus Veneris. Caprifolium, id est, periclymenon. Cucurbita. Cuscuta.

Ebulus. Endiuia. Enula. Euphragia.

Fœniculum. Fumaria.

Gentiana. Genista.

Hepatica, id est lichen. Hedera. Hyssopus. Hippuris, id est, cauda equina.

Lactuca. Lauendula. Lapathum.

Maiorana. Melissa. Marrubium. Melilotus. Millefolium. Menta. Malua.

Nenuphar vtrunque cum floribus. Nigella.

Origanum.

Pæonia. Papauer satiuum. Parietaria. Pentaphyllon. Petroselinum. Pimpinella. Pastinaca. Plantago vtraque. Portulaca. Polygonos, id est, centumnodia. Pulegium.

Rosæ albæ & rubræ. Ruta satiua. Rosmarinus. Rubea tinctorum satiua. Raphanus.

Saluia. Saxifragia. Satureia. Sambuci cortices, flores, folia. Scabiosa. Scolopendrium. Solanum, cuius cũ plures sint species, ferè ex halicaccabo tantum, id est, alkekengi, aquam à pharmacopolis elici scribit Remaclus. Sẽperuiuum. Serpillum. Salix. Senecio.

Thymus. Tapsus barbatus, id est, verbascum. Tanacetum. Tormentilla.

Violæ. Valeriana. Virga pastoris, id est,

dipſacus. Verbena. Vermicularis, id eſt, ſem-
peruiuum minus. Vrtica.

DE AQVIS DESTILLATIS *ex animalibus, eorúmue partibus aut excrementis. Et primum ex animalibus integris.*

EX catulis aqua deſtillata prohibet renaſci pilos, And. Furnerius. Ego curioſis iſtis & exquiſitis remedijs & parum credo, & etiamſi vera ſint non probo, præſertim vbi alia multa & parabilia non deſunt.

Ciconiam teneram aliqui ſuffocari & deſtillari inſtar aquæ roſaceæ iubent, inde illini paralyticas aut contractas partes: & per vices ablui cum decocto cācrorum viuorum ſine ſale: mirificè enim ſubuenire aiunt, ſi continuetur. Sunt qui in ciconiæ teneræ, & quæ nōdum volárit, corpus exenteratum vnciam camphoræ & drachmam ambræ imponi iubeant, & deſtillando tres aquas colore differentes, ſingillatim colligi: ex his vltimā præcipuè laudāt, vt facies alba & pura reddatur.

Deſtillatur & aqua ex pica, de qua lege Brunſuicenſem & Ryffium, vt de ſequentibus etiam. Ex capone, de qua infra priuatim agemus: nō enim ſimplex tantum, ſed & multis modis compoſita fit.

Ex ranis, cancris, limacibus, formicis.

Ex ſanguine anatis, hirci, taxi, vituli: vide Ryffium & Brunſuic.

Ex

Ex humano ſanguine: vide Brunſuicenſem: & infrà in mentione Quintæ eſſentiæ.

Ex iecore & pulmone vituli.

Lactis liquore deſtillato Chymiſtæ vtuntur, & qui boracis ſeu chryſocollæ confectionem moliuntur aliqui. Mirum eſt quòd referunt apud Tartaros aquam è lacte deſtillato inebriare. Oportet igitur lac denſius eſſe & moram apud ignem contraxiſſe. Itaque ex lacte forſan equorum id contingit. Sed omnis aqua cum ſæpius deſtillatur hoc poteſt efficere: nam incaleſcit, attenuatur, & vim ignis magis recipit, Cardanus. ¶ Sunt qui aqua ex vino & lacte ſimul deſtillatis contra quartanam vtuntur, in Anglia præſertim, vt ſcribit Brudus Luſitanus: aliqui contra auriginem bibunt, author Ioannes Gœurotus. ¶Priuatim verò aqua ex lacte caprino deſtillatur: vide Ryffium.

Aqua ex felle bubulo: vide apud eundem.

Ex ouorum albumine & vitello, Ibidem.

Ex ſpermate ranarum in aquis inuento: vide Ryffium.

Ex vaccarum ſtercore: vide eundem.

Humani excrementi aquam deſtillatam fiſtulas aliqui ſanare promittunt, item vlcera corroſiua & difficilia curatu, & cancros, & tineam ſeu manantia capitis vlcera: item cicatrices cuti aſsimilare, maculas ſeu albugines oculorum abolere. Potam comitialibus prodeſſe, hydropicos iuuare, calculum è

renibus & vesica pellere, contra rabidi canis aliósque venenatos morsus antidotum esse. Oleum ex eodem, quod post aquam igne aucto destillat, multò efficacius est ad fistulas, & cancros aliaq; prædicta mala, Matthæolus Senensis & alij. Vide mirabilia quædam apud Brunsuicensem.

Vrina humana destillata Chymistæ vtuntur ad metalla quædam resoluenda: typographi ad atramentum librarium, sed hi in rosarijs destillant.

DE VASIS ET INSTRVmentis diuersis ad destillationem pertinentibus.

VAs destillatorium nominantes corpus intelligunt, seu cucurbitam, quam Germani suo vocabulo à similitudine figuræ clauam appellant (ein kolben:) Idem aliqui cucurbitam vocant. Corpus vel corpulentum vas aliqui vocant latius vas, seu cucurbitam, in qua ponitur quod destillandum est, Syluius. Habet enim hoc vas alembico ceu capiti comparatū, corporis seu thoracis quandam similitudinem. Idem Arabicè à Bulcasi beten seu batan, id est, venter nuncupatur. Videtur & atanor apud eundem vbi aceti destillationem præscribit, cucurbitam significare. (Furnum athannor vel fixatorium describit Geber in libro Fornacum.) Cucurbitam quidam barbari bociam vocant.



Eiusdem figuræ maiora vasa, ad digerendum seu putrificãdum apta sunt: inde cũ destillari oportet, materia digesta in aliquot minores cucurbitas distribuitur. Alembicum pro corpore simul & capite accipi puto, magis propriè tamen pro capite. Caput enim seu capitellum, vt dixi, est vas superius, quod capitis quãdam speciem præ se ferat, inferioris quod maius & oblongius est respectu. Idem vas recentiores campanam vocitant, & capellam, (aliqui metam, in quam per expiratum guttatim colligitur liquor) alĳ pileum: nostrates galeam, ein helm. Tubus qui ab alembico oblongus procedit & deorsum flectitur; nasus, rostrum, & simpliciter canalis vocatur: quod per cauitatem eius concretæ in alembico guttæ, quę omnes in limbo, id est, interiore circa imum alembicum plica, conueniunt, effluentes destillent in vas subiectum, quod vulgò





recipiens, receptorium & matellam nuncupant. Nasus & rostrum à simili figura dicuntur, quod hæc pars non aliter promineat quã à capitibus auium rostrum, & quadrupedum nasus. Recipiens vas cum olea ex metallicis, vt vitriolo destillãtur, vbi magno igne diuq́ꝫ opus est, peramplum requiritur: secus enim propter copiam vaporum in vasis collectã, ne dissiliant periculũ fuerit. In amplis & largis capitibus aquas & olea prǫstantiora fieri creditur quàm in angustis. Cæcum alembicũ




dicitur quod naso rostróue, & similiter limbo caret, prǫparationi & rectificationi seu circulationi, id est perfectioni idoneũ. Eiusdem genus alterũ cum limbo est, quo vtimur, cum phlegma ab aliquibus aquis vel oleis in Sole aut alio loco calido abstrahere voluerimus, vt dicet in oleo vitrioli.



Quǫ corporibus seu corpulentis vasis non erectis, sed velut cubãtibus imponũtur capitella limbo carent, suntq́ꝫ lagenis terreis vulgaribus proxima, Syluius.

Vidi

Vidi & capitella duo, vt per inferius pertusum materiæ portio in superius ferretur, quod cum inferiore clauiculatim iungebatur, ne inferius lutatum esset auferēdum cum recens materia vasi corpulento erat infundenda, Idem.



Interdum capitelli forma est in artum pyramidis modo mucronata interdum parte summa capitis modo latescit, vt plus vaporis capiat, & largiorem aquam cogat, sed tunc fere in vas corpulentum ex vertice relabitur, Syluius.

Sublimare pro destillare multi simpliciter accipiunt, alii pe





culiariter pro eo quod est in alembicum eleuare vi ignis materiam illi, figendam, vt me-

tallica multa ſublimantur. Alij vtriculos vitreos aut terreos mutuò applicant, quos muſas cornutas vocāt, quorum alter lutatus igni inſidet, materiam diſtillandam continens: alter ab igni procul abeſt, humorem recipiēs in ambobus collis concretum, Syluius. Inſtrumenta hæc vulgò retorta vocant, Galli etiam cornettas.




Porrò muſa cornuta muſicum inſtrumentum eſt, quod Germani vulgo ſaccifiſtulam nominant. Eſt autem vas retortum, idoneum deſtillandis illis quæ non poſſunt altius attolli.

Vas recipiens plerunq; eſt phiala vitrea collo oblongo, cuius ori alembici naſus inſeritur, & aliquando venter eius ollæ aut alteri vaſi concauo imponitur, vt firmius loco maneat, vel pro rei commoditate aliter atque aliter collocatur. Circulatoria vaſa dicuntur in quibus per vices vapor aſcendit, & rurſus



rursus in liquorem conuersus descendit, vt dicemus infrà in purificationis mentione.



Ex his prę̃stantissimum est quod vas Hermetis ab authore nominatur: & à figura, vt coniicio, pelecanus: nam vt pictores pelecanum repræsentant rostro suum pectus pungentem: ita hoc vas vtrinque tanquã ansatum canales habet, qui à capite, id est, superiore parte inchoantes semicirculi figura descendunt & reflectuntur quasi in principium ventris infixi: quę figura etsi à vitrariis difficulter & magno pretio impetratur, omnium tamen optima est ad circulandum. Si haberi tamen non possit, cucurbita cum alembico cæco sine limbo vtemur: aut vase ex integro vitro, quòd in medio angustius sit, & ab initio ventris eminentem habeat breuem canalem per quem liquor infundi & effundi possit. Vtriusque horũ figuras ponemus infrà in Titulo de quinta essentia: & alias quasdã aliorum vasorum & fornacum passim in hoc opere.

¶ Formæ vasorum diuersæ & propemodum infinitæ sunt, Chymistis vsurpatissimæ, Syluius. Figuras & nomina diuersorum vasorum qui requirit, ex Brunsuicensi, Ryffio, And. Lonicero & aliis petet. In vitrariis qui-

dem officinis, quos quis voluerit modos sibi conficiendos locabit: quales & in Heluetia sunt prope Scaphusiam, & non procul Basilea & Solodoro. Sed optima ex vitro albo fiunt, vt Venetijs: talia apud nos fieri possunt fragmentis orbium specularium alijsq; vitri albi collectis. ¶ De aludele vase vide Gebrum in libro Summæ perfectionis 1.4.44. & rursus in lib. fornacum. Albertus alutel scribit, & vas interpretatur sublimationi destinatum: similiter Bulcasis. Idem arsenicum sublimari iubet in patella terrea vitreata, cuius formam describit in capite de sublimando adhichbardic. Aluthel (per th.) est alembicum quo vtuntur Alchymistæ in destillationibus, Bellunensis.

DE MATERIA VASORVM AD *destillandum: & primum contra plumbea & ænea vasa.*

AQuæ destillatæ per balneum Marię, tantùm excellunt illis, quæ per ignem simpliciter in alembicis plumbeis fiunt, quãtum aurum præstat ferro. Nam quę in balneo Mariæ parantur cum capellis (alembicis seu capitibus) amplis & bene magnis & vitreis, absque vllo molesto odore fumi aut empyreumatis natiuum odorem saporemq́;, herbarum & florum, à quibus extrahuntur, referunt, quod in vulgaribus plumbeis minimè cõtingit. Nam quæ in his parantur aquæ paucissimæ

mæ & rarò, præsertim adhuc recentes, fumi aut vstilaginis insigni fastidio carent: quod quidem bibentibus ægris non molestum modò, sed etiam noxium est: nam praua plumbi qualitas stomacho, pectori, & omnibus visceribus nocet: & similiter æris qualitas. Quo intellectò docti & præstantes medici, veteres secuti, decoctionibus tantum vtũtur. Sed aquæ vt par est destillatæ, id est, odore saporéque suæ plantæ præditæ, non solum decoctionum vires æquant: verùm etiam superãt in eo, quod tum gustù suauiores, tum visu clariores cùm sint, magis oblectant. Debebunt autem boni tum medici tum pharmacopolæ, relictis plumbeis instrumentis, balnea Marię dicta sibi parare, & si plus in eis tùm laboris tum sumptus foret, ita Deo pariter & hòminibus satisfacturi, Matthæolus.

Quæ plumbo destillantur, omninò improbanda censeo, propter cerusam & qualitates alias plumbi maleficas, cùm & aquam per tubos plumbeos deductam damnarit Galenus quòd dysenteriam excitat, Syluius.

Multum præterea variant, vt cocta, sic destillata vasorum ratione. Quamobrem magna in his cura est adhibenda, vt terrea sint vel vitrea potius quàm metallica: & quæ terrea sunt, ex luto sint puriore & diligenter cocto, qualia sunt figulina Lutetiæ Bellouaca, & Britonia, & Hispanica. Vitrea autem sunt præstantiora, quia puriora & densiora,

ſed etiam chariora & fragilia magis, niſi pau latim incaleſcant & refrigerentur: in quo etiam diſcrimine ſunt terrea. Ob id vtraque luto ſapientiæ, quod vocant, paulatim vndique circumlinunt, & ſiccant, quantum vaſis eius, ignis violentia attingere debet, etiam ſi cineribus, arenis, ſcorijs primum excipienda ſit. Nam quæ aquis aut ipſarum vaporibus inſident vaſa, munimento nullo indigent. Metallica verò, plumbea, ferrea, ærea, ſtannea, argentea, aurea, cur damnem, in promptu Galeni ratio eſt, in ſingulis propè horum metallicorum generibus. Si enim aquam plumbeis tubis delatam affirmat dyſenteriam generare, quis metus ab aquis receptorio & capitello plumbeo deſtillatis? Adde quòd ceruſſa non pauca in ſuperficie interna plumbei capitelli, vt aceto deſtillando colligitur, ſic vi empyreumatis cum vapore plerunque etiam acri, nempe ex plantis acribus aſcendentis, ea quæ aquas ipſas inficit, & magna parte lacteas reddit, donec ſubſederit. Ex cęteris metallis, quæ vel feruginem vel ærugi nem gignunt vaſa, tantum habent periculi, quantum ferrugo & ærugo nocentior ceruſſa. Purgatiore argento & auro facta vt ſunt innocentiora, ſic paratu ob ſumptum magis difficilia, Syluius.

Vaſa optima ſunt vitreata, deinde figlina vitreata (intus foriſq́.) deinde alembica ex ſtanno, patellæ (in roſarijs) ex plumbo.

Tertio alembica ſimul & patellæ plumbea. Nam & lignorum ignis ſubiectus ſi modicus ſit, plumbo non nocet: ſed oportet patellas iſtas plumbeas in cinere cribrato ſitas eſſe altitudine palmi, non in arena. Quarto alembica ex cupro intus ſtanno inducta. Quinto ærea. Sed cuprum, & magis etiam æs, duo incõmoda habent: primum quod aquas reddunt ad rufum colorem plerunque declinantes, & vſtilagine viriatas: alterum, quod ſemper vis quædam venenoſa eis ineſt, magis quàm cæteris metallis, ideoq; cauendum ab eis monet Chriſtophorus de Honeſtis, Brunſuicenſis. Cum igitur eruditiſsimi quiq; medici & experientia ipſa, aquas in vaſis ex plumbo, ære & aliis impuris metallis deſtillatas omnino improbent, boni viri officium fuerit ad magiſtratum hæc referre, vt pharmacopolis aquas huiuſmodi partim nocentes, partim certè inutiles amplius parare aut venundare non liceat. Bulcaſis quidem cucurbitis plumbeis vtitur in roſis ſiccis deſtillandis: quod forte concedi poteſt pro illis aquis quæ extra corpus tantum vſurpari debebunt. Sunt qui vaſa ex puro & optimo ferro parata non vituperent, quod nulla praua qualitas inde, vt aiunt, in materiam aut liquores redundet: & metallica quædam magno ac diuturno igne deſtillanda tam validis vaſis indigere videantur. Sed de hoc alii iudicent: ego Chymiſtis ea reliquerim. Berchil


Bulcasis vocat vas in furno aquæ rosaceæ bullientem aquam excipiens ex aheno iuxta posito deriuatã, cui vasi cucurbita rosas continens imponitur.

DE FORNACIBVS, &c.

FOrnacum genera duo destillationi per cineres apta supra descripsi: & Balneũ Mariæ etiam ex Bulcasi. Hic aliud fornacis genus delineabo, cuius vsus erit varius: præcipuus tamen cum quid per ignem validum destillari debet, ita vt nihil medium sit inter ignem & cucurbitam qua continetur materia destillanda: quo modo olea quædam siue liquores caustici ex metallicis eliciuntur, vt aqua fortis, &c. Erit etiam vsus ad sublimandum: & si quis lebetem in summo super crucem ferream imponat, eam vel cineribus vel aqua replebit, & luto circumposito quam voluerit destillationem instituet. Pro aqua forti verò aut similibus cucurbitam lutatam statim rectà super crucem imponet. Quin & supra tabulam è ligno validam hęc fornax construi poterit, vt ego feci, vt in quem volueris locum transferatur. Itaq; super tabula lignea quadram fornacem strues, ea capacitate quæ mediocri cucurbitæ imponendæ satisfaciat: parietes ex lateribus eriges, quos luto optimè præparato conglutinabis. Altitudo pedes duos non multum excedet. Parietes intus pedis plus minus spacio distabunt. Constru-

cto iam fundo hostium fiet, O. vbi cineres eximantur, qui à carbonibus à superstructa statim craticula deciderint: quod si etiam altera craticula per quam cineres deciderent interponeretur, (& spacium illud infimum paulò altius fieret,) non opus esset toties eximere cinerem, & ignis foret vehementior. Vocalis I. alterum hostium signat, statim supra craticulam, quam punctis aliquot transuersis ordine positis designaui. Id hostium, vt & inferius, satis est tantum esse vt manus cōmodè inseri posit. V. crucem ferream indicat, hoc est, duo ferramenta, quorum inferius in medio cauum subsidens habeat, in quo alterum recipiatur transuerso situ ei impositū. A. & E. quatuor summos angulos fornacis demonstrant, in quibus totidem spiracula (ventilia vulgò vocant) fieri debent: at si fornacem rotundam facere placuerit, spiracula ista inferius alicubi fient, nempe circa crucē, vel statim infra leberē, si quis induetur: quem per b. literam notaui: tabulam super qua fornax tota struitur per c. vt in figura hic adiecta apparet. Aliud fornacis genus pro oleo vitrioli infrà describam.


Fornacem pro balneo M. descriptam habes supra, vbi de balneo M. in genere tractamus, ex Syluio: item in Aquæ rosaceæ apparatu, ex Bulcasi. De fornacibus diuersis chymisticis & destillatorijs liber Gebri extat. De fornace construenda, vide apud eundem



in libro Summæ perfectionis 1.4.43. ¶De rosarijs communibus, in furnis figlinis, etsi quidam ex ære etiam faciant, dicemus infrà, statim post destillationem per cineres. ¶De pigro Henrico seu furno acediæ, id est, canali quo Balneum Marię calefit, supra scriptum à nobis est, vbi de Balneo Mariæ in genere egimus.

¶Carbonum differentias ex Theophrasto: sed melius ex fabris nostris, præsertim aurifabris, & ipsa experientia cognoscemus. Dãnantur fossiles propter odoris grauitatem. Ex fago abiegnis præferuntur.

Dioptram appello instrumentum, quod quidem faciei obtendunt manu, ne ab ignis vicinia lædantur, cum ad vehementiorem ignem accedere opus est. Ea est tabella rotunda



tunda in medio per transuersum excisa, cum manubrio, huiusmodi. Liquores destillati in phialis vitreis seruari debẽt, oris angusti, os epistomio ligneo, præcipuè ex subere occludetur, & insuper inducta cera membranam circumilligare oportet.

VASA QVOMODO CLAVDANtur & muniantur, tum luto, tum aliter.

LVtare vulgo dicũt pro eo quod est luto illinere, loricare, incrustare. Odores et qualitates eorum quæ destillantur vt melius conseruemus, caput cum corpore, & nasum extremum cum recipiente, qua committuntur, diligenter luto sepire & aptare oportet, lutare vulgò dicunt. Sunt qui luto simplici cum pilis bubulis subacto ad id vtantur, alij etiam calcem addũt, ni fallor. Sunt qui calcem cum oui albumine misceant, vbi festinatione opus est, statim enim induratur materia, alij aliter lutum quod sapientiæ vocant, componunt. Recipiens cum naso non opus habet tam firmo luti genere. Sat fuerit si cum duabus ceræ partibus vnam resinæ incorpores. Ad hoc opus communis abiegna & impura resina ad-

hibetur, ſed purgata. Purgatur autem ſi vt primum liquata eſt igne, mox per faſciculum ſtraminum traijciatur & percoletur. De præparatione ceræ ad lutandum per ſtramen, lege VI ſtadium capite 10. Si caput non ſatis aptè reſponderit ſuo corpori, ſed laxius ſit, chartam in gyrum ductam interpones. Foris etiam vbi circa commiſſuram inducendum eſt lutum, chartam madidā primum iniicito, aut linteū deinde lutato. ¶ Lutum ad conglutinandum cucurbitam cum alembico, &c. debet cum argilla & pilis fieri, & ſiccari antequam ignis ſubijciatur, Bulcaſis in oleo de lateribus. Erit autem firmius lutum, ſi non modo cum pilis aut lanis, ſed & ſanguine hircino ſubigatur: magiſq; etiam cum ſquama ferri. Lutum quo modo pro fornacibus parandum ſit, vide infra vbi de deſtillatione per cineres docemus.

¶ De ſigillo Hermetis, id eſt vitreorum vaſorum orificijs candente forcipe per lenem compreſſionem conſolidandis & quomodo poſtea iterum reſerari debeant, vide VI ſtadiū capite viceſimo. ¶ Luto muniuntur etiam toto ambitu cucurbitæ illæ quæ ignem ſuſtinere debent immediatè ſubiectum, idq; bis vel ter, ſiccata ſemper priore cruſta antequam ſecunda inducatur, vt cum aqua fortis & oleum vitrioli deſtillantur. Pro deſtillatione in cineribus lutatione non opus eſt: ſi quis tamen vaſorum fragilitati conſulere velit, præſertim vbi plura vaſa ſimul in vna fornace ponūtur,

ſemel

ſemel aut iterum in cruſtaſſe ſufficiet. Cucurbitas illas quibus in balneo M. vtuntur, præſertim cum plures ſimul ponendæ ſunt, aliqui panno laneo induunt, confectis ex eo veluti caligis aut ſoccis qui infibulantur. ¶ Vaſa vitrea aiunt igni diutius reſiſtere ſi incerentur: hoc eſt, ſi cera liquata vaſis prius calefactis bis aut ter illinatur.

DE PRAEPARATIONE AD DEſtillationem

QVoniam in deſtillatione, elementorũ quærimus ſeparationẽ, ſiue propter vnum pluráue ex ipſis, ſiue vt ijs remotis quintã eſſentiã adipiſcamur: ſeparatio verò ſine caliditate fieri nõ poteſt: nã caliditas et quæ eiuſdem generis & naturæ ſunt colligit, diſcrepãtia ſeparat: varios modos, vt hoc ritè efficerent, tum chymiſtæ tum medici inuenerunt. Vocant autem huiuſmodi præparationem diuerſis nominibus, digeſtionem, fermentationem, putrificationem. Digeſtionem dicunt comparatione concoctionis illius quę in ventriculo fit, per calorem innatum, qui efficit, vt ingeſta omnia in vnum chymum vertant, nam quod digerere & concoquere verba indifferẽter accipiãt qui minus Latinè loquũtur notũ eſt. Quòd ſi materia ſiccior cũ liquore coniũcta ſic præparetur, vocabulo magis proprio macerationẽ aut infuſionẽ dicemus. Cęterũ fermẽtatio ꝓpriè dicií vbi vis quędã ca

lida interna, sed ab externo calore aucta vel excitata, in humorem agit, ita vt communis quædam qualitas cum spiritu calido & bullas ciente per totum corpus misceatur extendaturq́, vt fit in fermenti propriè dicti cum farina subacta mixtione, item aceto in terram effuso. Et hic quidem affectus initium putredinis est in ijs quę humorem superfluum habẽt. Ab hac nihil differret quæ putrificatio vocatur, nisi vase, quod pharmacum destillandum continet, in materia aliqua putrescente collocato, fieret: idq́ non aliam ob causam, nisi vt vnus idemq́ calor per dies aliquot continuus & æqualis pauco labore sumptuq́ conseruetur. Materiæ verò putrescentis odor & qualitas pharmaco, quod in cucurbita vitrea ore diligentissimè obturato conditur, meo quidẽ iudicio communicari non potest, & si quidam aliter sentiant, nam si vas diligenter obstructum sit, vitium nullum accidere potest. Accidit tamen aliquando non propter fimum aliámue externam causam sed quoniam materia in vase excrementitio humore abundat, qui accedente quouis calore extraneo facile putrescit. Ipsum quidem vas vitreum vtcunque longo tempore in fimo permanserit, nihil vitiatur, nec obscuratur, præsertim si ex optimo vitro fuerit quale Venetum est, nam vulgare vitrum viride nebulam quandam, & veluti cutim in superficie acquirit.

Destillatio quæ à putredine fit, vel fimi

equini tam ſolius, quàm cum calce paulatim irrigata & ſæpe mutata, vel corticum hume-ctatorum, vel aliorum putrentium, vt chymiſtis fuerit in multis vtilis: medico tamen non eſt recipienda, propter cauſam in lignis putribus & ex putredine vel alia de cauſa graueolentibus, ſi præſertim intra corpus eſt recipienda, nam admouendorum foris minor habetur ratio, Syluius.

De hac deſtillatione in fimo equino, vide ſupra in fine eorum quæ de Balneo M. in genere ſcripſimus. In pręſentia quidem de putrificatione potius quam deſtillatione agendum erat. Sed quoniam putrificatio quoq; in fimo equino improbanda videtur, ſi deſtillatio in eo vituperatur, non omnino præter propoſitum noſtram & aliorum ſuper hac re ſententiam hoc in loco expoſui.

Putrificatio in fimo equino cum calce, aliâs ſic fit, vt fimus quotidie aut alternis diebus, maioribúſue interuallis aqua tepida aſpergatur: aliâs ſine aſperſione, cum ſcilicet per ſe ſatis calidus fimus videtur. Scrobe effoſſa in aliquo domus angulo fimi equini ſtratum ponitur, altum circiter pedem, id eſt tres palmos: deinde alterum calcis ad palmi vnius tantum altitudinem, & ſic deinceps alternis. Opus eſt autem plerunq; fimi tribus oneribus quanta baiulus geſtare poteſt.

Sunt qui deſtillanda, in vino prius macerata præſertim, in lagenam ſtanneam infundãt,

eamq́ clausam in calce viua condant, quam aqua pluuiali per interualla extinguunt. Alij fimo equino stramen de culmis auenæ miscent, & aquâ calida aspersa, vas imponunt, totumq́ stuppis, pannis aut sacco inuoluunt, in aliqua domus parte vbi frigori accessus non sit. Alij in vinaceis per autumnum condunt, alij in oliuarum fracibus, id est post expressionem reliquijs omnium optime, vt Cardanus docet. Pro leui quidem calore simpliciter in stramenta concisa imponi satis est. Germani quidam qui in stubis degunt per hyemem (hypocausta aliqui vocant, ego zetas potius) fornaces in eis humiliores faciunt, & insuperficie superiore duas aut tres ollas vitreatas imponunt super bacillis ferreis, lutoq́ diligenter muniunt. In his tenuissima arena repletis, aut cinere, & destillari aliquid potest, quod & ipse experiri volui, & liquores quidam præparari aut rectificari, & cætera, sic sumptui & labori parcitur. Aliqui vt materiã destillãdam in Sole digerant, A caua specula in



hunc vsum conficiũt, quę quos exceperint B radios reddunt, & reflectunt in C vas quo materia continetur, ad hoc, vt audio commodior foret fi-

ret figura D parabolæ cauæ, eſt autem parabola coni ſectio: Vide Archimedem in libro de ſpeculis comburentibus.



Idem commodè fieret A globis cryſtallinis ſuſpẽſis inter vas circulatorium & Solem, ita vt Solis B radij per globos ad vas pertingant. Sed horum ipſe nihil expertus ſum. Vnus omnium iſtarum præparationum finis eſt, vt liquor facilius, vberius, & & efficacius etiam extrahatur.

¶Digeſtionis tempus pro materia variat: quæ quo ſolidior eſt, eò longiore indiget tempore. Herbæ recentes breuiore egent tempore, cum in vino aliòue liquore macerantur: ſunt enim molliores, & diutius relictæ mucorem contraherent, eædem aridę paulò longiore, deinde ſemina, poſtremò radices: ita vt duplum ferè temporis ſequẽtibus debeatur, herbis recentibus dies tres, aridis ſeptẽ, ſeminibꝰ & aromatibus pleriſqꝫ duodecim aut quatuordecim, radicibꝰ viginti octo: aut minus ſi recẽtes fuerĩt. Sũt quæ per dies quadraginta relinqui iubẽt medici quidẽ chymiſtę verò etiã amplius ſua metallica. Hoc etiã refert an ab initio

ſtatim tria infundantur, nam ea quoq; multò breuiori, duplo fortaſſis, tempore egent, quã quæ integra imponuntur. In aquis aureis, vt vocant, aromata aliquando integra per dies aliquot in vino macerari: tum exempta trita'q;, rurſus infundi & per aliquot dies adhuc relinqui ſolent.

Putrificatio herbarum deſtillandarum in fimo equino ferè per dies quatuordecim fieri ſolet: in balneo Mariæ verò per duos aut tres tantum dies naturales, Brunſuicen.

Putrificatione præcipuè indigent quorum ſubſtantia ſiccior eſt, craſſa, denſa, cruda minus quæ contra ſe habent, & per naturam aut Solem digeſta præparata'q; ſunt.

Putrificatio citius perficitur tempore nubilo, quàm ſereno, Vlſtadius.

Plerifque quæ in fimo equino præparantur, aliquid ſalis adijcitur, vt animalium ſanguini, carnibus, piſcibus, Guaynerius.

Vt digeras, accipito alembicum cæcum: ſi verò materia pura ſit, vt liquor purus, vas circulatorium, in quo genere optimus eſt pellicanus, quanquam is vix fieri poteſt, nec niſi magno ſumptu, &c. Cæterùm in digeſtione ſeu putrificatione, vas totum occultari debet fimo equino aut vinaceis,, &c. Ad circulationem verò media pars vaſis aut ſaltē tertia, in aerem liberum & frigidum eminere debet (vt etiam ad deſtillationem,) Vlſtadius ca. octauo, vbi plurib. docet de putrificatione in fimo.

DE RECTIFICATIONE LIquorum destillatorum.

AQuæ in balneo M. destillatæ, insolari & rectificari debent: nempe in vase vitreo (cuius os corio obligatum sit) aqua destillata repleto, sic vt tertia pars vacua relinquatur, in arenam feruentem imposito per quadraginta dies, vt phlegma omne consumatur, debet autem tertia pars vasis in arena condi. Destillatæ verò calidæ facultatis aquæ, in vino aut aqua ardente prius infusæ, ne nimio calore homini noceant, loco frigido in arena humida per mensem aut amplius, si feruidior aqua sit, relinquantur, similiter tertia parte vasis in arenam condita: aut duæ vasis partes (duæ tertię) in ipsam cellæ vinariæ terram defodiantur, Brunsuicensis.

Aqua quæq; repetita destillatione, præsertim super fæces bene contritas; rectificatur: eoq; magis quò sæpius destillatio eius repetita fuerit: sed plerisq; ter aut quater repetiisse sufficit. Curandum autem vt singulis vicibus phlegma omne diligenter separetur, quod fit si vel primus liquor, aut si aqua ardens destilletur, vltimus, qui aquosus est, seorsim excipiatur, &c. Phlegmate iam separato, vltima per circulationem, (de qua iam proximè dictum est, diceturq; amplius in Titulo de quinta essentia,) rectificatio adhiberi debet.

Vt verò empyreuma quod his inest paula-

tim expiret, satius fuerit phialas quibus hi liquores seruantur, apertas aliquandiu tenere: obseruando tamen ne interim odoris gratia, & cum ea virium multum exhalet, Syluius. Liquores destillati diuersi aliquando si misceantur, turbulenti fiunt instar seri: & plerunque liquor vetus cum recente mixtus perturbat eum. His puritatem & claritatem reddes, in libras tres aceti albi acerrimi sex aut octo guttis iniectis: nam turbulentam materiam ad fundum detrahunt, Brunsuicen.

DESTILLATIO PER *filtrum.*

Destillatio per filtrum chymistis magis in vsu est quàm medicis, excogitata vt leuior & subtilior puriorque pars à crassiori & fæculenta separetur. Itaque succi herbarum sic destillari possunt, in vase aliquo positi, in quo pannus laneus imponatur, cuius pars latior tantum in vase sit, tenuior & in angustum desinens, siue in vnam fasciolam mucronatam, siue in duas aut tres disciſſas, extra vas dependeat, debet autem vas modicum à latere fasciæ inclinari. Licet & marginales aliquot panni fascias imponere, singulas ferè longitudine pedis per quas liquor in vas subiectum deriuabitur. Quod si iterum aut tertiò sic destillare voles eundem succum aut liquorem, vas primum in quo liquor est in scalis ponere potes altiore gradu, secundum inferiore, & sic deinceps, cum fasciis panni in singula vasa im-

ſa impoſitis & dependentibus in ſubiecta vltimum ſolum faſcijs carebit, quod excipere tantum debet, non etiam effundere.

Deſtillatio per filtrum fit etiam in duobus retortis vaſis vitreis bene lutatis, quorum vnum altius ſtet altero, cum liquores pretioſos & odoratos à materia (digeſta prius in Balneo M.) detrahere libet: vt meminit Vlſtadius cap. 56. Ad ſyrupum qui de acido citri ſucco conficitur, ſuccum illum deſtillari oportet per pannum ſeu filtrum: alioqui coagulatur cum refrixerit: & ſimiliter ſuccum limonum & arantiorum.

Per filtrum aliqui deſtillant etiam herbarum decocta ad leniſsimum ignem facta, quę poſtea paulatim ad ſpiſſitudinem mellis decoquunt, vt è radicibus ellebori nigri. Alij ſimpliciter colare contenti ſunt.

DE AQVA ARDENTE SEV *aqua vitæ ſimplici, eiusq; viribus & vſu multiplci.*

AQua ardens, ſeu aqua vitæ, à vino extrahitur, apud nos ex fæcibus tantum ab ijs qui vulgò vendunt, & ex hoc vno ferè victũ quærunt. Et forte nihilò deterior eſt quæ à fæcibus detrahitur: nam Lullus à corrupto etiã vino rectè ſeparari poſſe docet: imò ſi aliquoties deſtilletur, efficacior fiet, hoc eſt calidior & ſiccior: nam fæces etiã vſtæ, per quã

calidæ ſunt, & calidiſſimum reddunt oleum, quod de tartaro vocant. Sed quę à vino detrahitur aqua ardens, ſuauior mihi futura videtur & odore ſaporeq́; gratior, & nihil vſtilaginis reſipiens: & ad quintam eſſentiam quoque aptior. Aqua ardens vocatur etiam aqua ſaponis, ex qua oleo admiſto fit ſapo, vrit enim corpus & exſiccat. Fit autem hæc aqua, tanquam lixiuium, ex duabus ſeu tribus cineris partibus & vna calcis, & illa eſt fortior, in qua ouum ſubmerſum magis ſupernatat extra aquam, itaq; prima ſic facta, fortior eſt ſecundaria ad vſum cauterij, Monachi in Meſuen.
¶ Aqua ardens ſæpius deſtillata eò acuitatis deducitur vt bibi non poſſit, Cardanus, ſed hoc vulgò notum eſt. Solent autē vulgò qui vendunt bis tantum deſtillare: ad encauſtarū vitriariorū verò vſum quater, ni fallor. Nos ſupra docuimus, quomodo ſemel aut iterum deſtillata in ſerpentinis aut alijs conſuetis vaſis, (cannis brachialibus æreis,) in cineribus poſtea perfici poſsit donec phlegma omne deponat: qua ratione non tantū calidior & ſubtilior fit, ſed etiā guſtui gratior odoratiorq́;.


Neq; corporum quæ vocant, neque capitellorum (quæ alembica dicunt) vna omnibus ad omnes ſuccos deſtillandos eſt forma. Nam aqua trahitur quibuſdam ex vino impoſito in vas ęneum magnum igni incubans. Cui collum craſſum tripedale eſt, & collo huic inſidens capitellum etiam æneum in pyramidem faſtigia-

faſtigiatum, ambiente id velut ſitula aquam frigidam continente, vt celerius vapor largus à capitello refrigerato denſetur, & ne ignem ſic referat aqua vini. Alijs loco colli & capitelli vaporem excipit fiſtula ex ferro albo vel alio metallo, prælonga in multos anfractus mæandrorum modo & ſerpentum cõtorta (vnde ei vulgo ſerpentinæ nomen eſt) in aquam magna ſui parte merſa. Alijs alia quoque eſt forma, Syluius.

Formas vaſorum diuerſas aquam ardentem deſtillandi, apud Gualtherum Ryffium et And. Lonicerum depictas vidimus. Bulcaſis ait vinum ita deſtillari poſſe, vt acetum, cuius deſtillationem deſcripſerat. Vide infrà, mox poſt Titulum de deſtillatione in cineribus.

Sunt qui ab operculo lebetis vinum aut fæces continentis fiſtulam teretem recta aſcendẽtem faciant, infrà largiorem, vt quaſi coniformis ſit, eam ſupra recto ferè angulo flectunt, & per ſitulam aqua frigida plenam ſedi altiori impoſitam dirigunt, ſimplici quidẽ non intorto ductu, ſic copioſam aquam reddi aiunt. Similia inſtrumenta parua pharmacopolæ quidam parant, & veſicas vocant: vt ſi quo alicuius herbæ ſtillatitio liquore indigent, ex tempore conficiant, quin & aquam ſuperfundunt, vt copioſior reddatur, quod minimè laudo. ¶Aquam ardentem ſatis deſtillatam eſſe, hoc eſt vt minimũ quater, & à phlegmate omni purgatam, intelligitur, ſi accen-

ſa, tota à flammis conſumatur, vt nulla prorſus humiditatis nota in fundo vaſis relinquatur, aut ſi intinctum in ea linteolum accenſum non comburatur, quod maioris perfectionis indicium eſt, vt illud etiam ſi iniecta olei gutta ſubſidat. Oleum enim aereum eſt, quo ſubſtantia ignea, ad quam aqua ardens toties deſtillata peruenit, leuior eſſe debet. Sed vltra caliditatem repetitis deſtillationibus maiorem ſubinde tenuitatem acquirit, & cum ignis quilibet quò craſſior eſt, eò magis vrat, quo tenuior eò minus, tenuiſſimus, ſanè omnium minimè vret. Eadem cauſa, eſt, quod gutta aquæ vitæ in volam infuſa, quo melior fuerit eò citius euaneſcit & conſumitur. Audio & hanc eſſe notam huius aquæ laudabilem, ſi ſuccinum accenſum ei̓ꝗ in cochleario immiſſum ardeat.



Cum vinum (inquit Vlſtadi⁹ ca. 10.) bis aut ter deſtillatum fuerit, ſpongiam ſubtilem ſcinde in fruſta ita magna, vt ab omni parte poſſint attingere cucurbitã in parte ſuperiori, (nempe in ambitu interiori.) debet autem alligari ſpongia tribus aut quatuor

tuor funiculis extra eminentibus, quando superimpoſueris alembicum, ita quod ſpongia non poſſit in fundum deſtillatorij cadere, & intingatur in oleum oliuæ, & parum iterum exprimatur, ne forte oleum in cucurbitam incidat & cum materia deſtillanda miſceatur. Tum alembico ſuperimpoſito claudatur cum cera (vel reſina purgata) prædicta. Per hanc ſpongiam ſpiritus optimè deſtillabuntur, & phlegma propter oleum non tranſibit. Et hoc modo plus proficies vna deſtillatione, quàm alioqui tribus. Alembicus tamen ſit factus abſque limbo, vt cæci: ſed roſtro non careat, Hæc ille. Noſtri phlegma quod in fundo remanet à fæcibus deſtillatis, aquam mortuam vocant, eſt enim inſipida & fœtida. Talis, hoc eſt fœtens, à ſolis ne fæcibus reddatur, an etiã vino, non ſum expertus.

Pro aqua ardente deſtillanda vinum eligendum eſt optimum, nigrum, vel rubeum, vel album. Nigrum quidem & vetus vberiorem & meliorem aquam reddit. Ignis primò leuis, deinde vehementior fiet: ſed cauendum eſt ne vllo modo bulliat vinum. Quæ elicitur aqua, ardens cognominatur, vt anima vini: et cum bis vel ter deſtillata fuerit, aqua flagrãs, Albertus vt quidam citant.

¶Ex fæcum quinque partibus duplici deſtillatione, hoc eſt prima & ſecunda vnam relinqui audio, vel pauló minus. Phlegmate

omni iam consumpto, nihil amplius destillan do amittitur, sed totum redditur. De quatuor mensuris vini plerunque vna mensura aquæ ardentis colligitur in prima destillatione, plus minus secundum bonitatem vini. Deinde in altera destillatione, pro vna mensura redit dimidia. In tertia, pars vna de quinque consumitur: in quarto tantundem redditur, quantum imposueris, vt plurimum, si destillatio ritè fiat. Perges tamen destillare, sic enim aquam magis magisque perficies, ita vt nona & decima repetitione quàm perfectissima euadat. Sed quoniam ad destillationem toties repetendam & tempore maiore & sumptu opus est, tertiò aut quartò destillata aqua sæpe sumus contenti, & perfectam vocamus. Et sanè vt citius tardiúsue perficiatur aqua, plurimum refert instrumentum. Vapor enim magis destillatur in prima destillatione canonis, quàm in tribus serpentinæ. (Vide an legendũ sit, Vapor enim magis destillatur & pficitur in vna destillatione quę per serpentinã, id est cannam anfractuosam fit, quàm vel tertiò repetita per cannam rectam.) Sciendum pręterea quod tres diuersæ aquæ ex prima destillatione colligi possint, quarum prima perfecta est, illa scilicet quæ ardet & igne consumitur, linteum verò in ea intinctum quamuis ardẽs non cõsumitur, (facies igitur aliquoties periculũ, & cũ ardere aqua desierit: quod in destillatorio superest, tanquam inutile auferes.

feres.) Secunda inter vtilem & inutilem media est. Tertia inutilis, nisi quòd oculos & faciem clarificat, si ter quotidie, mane, meridie & vesperi inde lauetur. (Sed hæc vis tertiæ aquæ, si ex vino destillatio fiat, forte vera est: si ex fæcibus, vt apud nos non vera.) Porrò destillatorium non supra duas partes impleri debet, vt tertia relinquatur vacua, & vaporibus suũ sit spacium, Hactenus Lullus.

DE VIRIBVS AQVAE VITAE *ex libro Arnoldi de Villa noua qui de aqua vitæ inscribitur.*

ARnoldus in libro de Aqua vitæ quàm plurimas eius facultates describit, tum ipsius per se, tum aliis medicamentis admixtis ei post destillationem, seruato 12. signorum ordine à capite ad pedes: quoniam, vt ipse ait, remedia capiti adhibenda multò efficaciora sunt, si eo tempore admoueãtur, quo Luna in ariete est, & similiter in cæteris: id quàm verum mihi videatur, nunc non dicam: hoc tamen non tacebo, quo nostro seculo doctior quisque est, eò minus illum huiusmodi persuasionibus quas Arabes in rem medicam inuexerunt, tribuere. Aqua vitæ simplex (inquit Arnoldus ex nescio quo Theoderico) rumpit abscessus tum intrinsecos, si bibatur, tum illita extrinsecos. Rubentes & caligantes oculos emendat: fluxum lachrymarum

restringit. Epilepticos pota iuuat, paralysin inuncta curat. Ingenium acuit, memoriam restaurat. Exhilarat, & iuuentutem conseruat. Lentigines, impetigines, & omnes maculas faciei tollit. Synanchen gargarisata curat (& vuam humore flaccidam:) item phlegma salsum, guttam rosaceam & dolorem dentium remouet. Maniacis & melancholicis mirabiliter confert. Venenum fugat. Odor eius (accensæ) muscas & reptilia frigida interimit. Decoquit carnes, & pisces à putredine seruat. Vinum putrefactum restituit. Extrahit virtutes herbarum & radicum, si per quatuor dies (aliâs horas) imponantur in ea, viola tantum excepta. Debet autem reponi in vitreo vel argenteo vase optimè clauso. Melior vberiorq; fit ex vino vetere, puro & rubeo. Hæc ille. Qui plura desiderat, quod ad vires aquæ ardentis, legat quæ superius scripsimus de viribus quorundam liquorum quos aureos vocant nostri, & aquas virtutum. Nam plerasque omnes facultates ex æquo tum illis tum aquæ vitę simplici adscribunt, & multò magis compositæ, maximè verò quintæ eius essentiæ: Adeat pręterea Lullum in libro de Aquis. Vidi etiam Alberto adscriptum quoddam fragmentum de aquæ ardentis viribus. Sed homines empirici rerum atque temporum imperiti, aut vt sponte decipiant quos possunt, multa impudentissimè Galeno etiam & Hippocrati & Aristo-

Aristoteli, de aqua ardente scripta attribuũt. Frigidas passiones omnes, quæ curabiles sunt, breui curat: præcipuè verò cerebri, neruorum & iuncturarum affectus. Tineam & vlcera, omnémque scabiem, si assiduè lauetur, curat. Lienem iuuat. Vermes omnes interimit. Anhelitum fœtentem emendat. Lumborum dolorem tollit. Membra læsa, si illinatur, pristinæ reddit sanitati. Carnes & pisces à putrefactione prę̨seruat: sed antequam edantur, aqua communi ablui debent. Camphora in eam imposita, dissoluitur. Infusa in eam aqua communis, fundum petit: & similiter oleum. Hæc Albertus, vt quidam citant.

¶Sapor eius sapores omnes excedit, immutatq; : & odor odores omnes, Lullus. Calorem natiuum magis, quàm vllum aliud remedium confortat: ventriculo, cordi & hepati saluberrima, sanguinem nutrit, cum hominis natura miram & maximè conuenientem habet familiaritatem. Membrorum, venarũ & meatuum omnium orificia aperit & purgat: obstructiones tollit omnium, & omnia corroborat. Quin etiã animi affectus immutat, tristitiam & anxietatem tollit, lætos ingeniosos & animosos reddit, Lullus. Capitis dolorẽ illita aufert: lumbricos interimit à ieiuno pota. Animi deliquia excludit. Vlcera pudendorum sanat inde abluta. Stomachicis succurrit. Flores oẽs exterminat. Cadauera ne

corrumpantur à vermibus conseruat. Caniciem excludit. Prægnantibus non conceditur. Capitis pituitam aut catarrhum emendat. Potentiam ad coitum auget. Auditus difficultati auribus infusa prodest. Cum vino mixta & pota comitiali medetur. Ore diutius retenta varios dentium dolores tollit. Oculorum maculas seu albugines abolet (infusa nimirum:) fluxiones verò eorum auertit, vel ore tantum retenta. Lepram aliquandiu prohibet & occultat. Putrida vlcera corriguntur impositis madentibus inde linteis. Cum pauco apij decocto calculos vesicæ pellit. Mulieres fœcundas reddit, grauidis nocet. Dolores diuersos curat, & ossibus quoque fractis vtiliter calida (cum stuppa aut emplastro aliquo) imponitur. Spasmum in cruribus illita remittit, Innominatus. Sunt autem pleraque vt videntur, ex Lullo desumpta. ¶ Noui ego mulierem vetulam, frigidam, cachecticam, in sudario per aquam ardentem intus accensam calefacto, restitutam. ¶ Sunt qui Constantini testimonium de viribus aquæ ardentis adducant. ¶ Aqua vitæ præter cætera ad stranguriam & alios vesicæ affectus valet: ad tertianam & quartanam febres cum frigido humore coniunctas: ad lupum, ad vermes, ad vlcerosum doloris sensum. Menses in mulieribus promouet. Calculum renum frangit & expellit: & fœtus mortuos absq; magno dolore. Fluores vteri cuiuscunq;
coloris

coloris emendat. Perfectam esse aiunt, quæ ex decem vini partibus ad vnam redacta fuerit, (hoc tertia aut quarta destillatione fieri puto.) Capiti illita vermes, crustas, scabiem, porriginem & achôres sanat. Maculas in facie & alibi tollit. Oua fracta aut quibus adempta est crusta, si imponas, in ea coqui possunt. Apoplexiam, tumores, phlegmata, tenesmum & lassitudinem inuncta sanat. Morpheam potu & illitu emendat. Cutim mollem & puriorem reddit. Deniq; contra morsum canis rabidi valet. Vulnus quoduis aqua ard. ablutum egregiè sanatur, ita vt nihil mali symptomatis superueniat.

Ego cum aquam ardentem, nimis calfacere & siccare perciperem, mel aliquando admiscui, vnde & suauior potus, & mitior factus est, ventriculo frigido vtilis, per hyemem præcipuè. Sunt qui cùm aqua mulsa pēr misceāt, aut potius cum apomelite, quod vulgo nostri ex fauis faciunt, &c. Aliqui caricas eo perfusas, & accensas, calidas deuorant. Licebit & quemuis syrupum, pro vt morbus requiret aliū atq; alium, dulcem admiscere.

Vinum ne conturbetur aut putrescat, decima pars ardentis aquæ infusa efficit: melius longè sulfur, sed odore prodit dolum: idem potest alumen, sed noxia ambo, valetudini vehementer obsunt, Cardanus.

Si vinum per saporem vasorum vel vuarum fuerit corruptum, aqua ardente infusa

restituitur. Eadem vinum pendulum recentius purgat: item vinum putrefactum, & acetosum quoque: nam acetum conuertit. Denique cuiuis malo aut corrupto odorem & saporem bonum conciliat: ex bono etiam vino melius reddit, Albertus, vt quidam citãt. Cum vinum infundendum est vasi vacuo, plerique orbiculum ex sulfure incensum immittunt: alij aquam ardentem, intincta in eam stuppa.

¶ Vinum cui datur omnis sapor & odor in momento, & est res curiosa, maximè pro diuitibus, qui diuersitatem vinorum ostentare volunt, & etiam vtilis: possunt enim vino hoc modo communicari diuersorũ remediorum qualitates. Herbæ, semina aut aromata quæuis infundantur in aquam ardentem per horas 24. sic vis illorum extrahetur. Tum aquæ sic imbutæ modicum vino bibendo miscebitur, Arnoldus de Villa noua.

Cum aqua ardente aromatibus imbuta quomodo fiat vinum quod vulgò Hippocraticum vocant, in Vinis dicam

De quinta essentia vini dicam infrà sub Titulo de Quinta ess.

DE IIS QVAE ARIDA DEstillantur, in liquore aliquo infusa.

QVæ sicca vel arida sunt, destillari nõ possunt, nisi in liquore aliquo infusa & ma-

& macerata fuerint. De his hoc in loco scribam: de ijs verò quæ recentia in liquore aliquo ante destillationem præmacerantur, inferius inter aquas compositas, statim ab initio. Quamuis & illæ de quibus hîc agimus, compositis adnumerari potuissent. Arida igitur conteruntur primum, deinde in aliquo liquore macerantur, vino, aceto, aqua pluuiali aut fontana, atque his ipsis vel crudis, vel destillatis : acetum quidem & vinum hunc in vsum aliâs semel, aliâs sæpe destillantur : aut in alio quopiam stillatitio liquore. Poterunt & in plantæ alicuius succo macerari, eóque similiter crudo, aut (quod præstat) destillato. Aqua ardens rectificata aromatibus macerandis magis conuenire videtur, nisi nimiam caliditatem, qua vtentes detracto inde liquore affici possent, vitemus. Aliqui cinnamomum contritum aqua fontana affusa destillant, vt inter olea dicemus. Semina etiam & alia aromata, à quibus oleum elicitur, in aliquo ex prædictis liquoribus macerantur. Præstat autem hęc omnia, arida, dico, infusa, in cineribus igne lento destillari, meo quidem iudicio.

De aquis virtutum siue aureis, quæ fieri solent saluia alijsq́ herbis odoratis & aromatibus in vino infusis, infra dicam inter aquas compositas : & de ijs quæ in aqua ardente infunduntur inter aquas vitæ compo-

sitâs. Refert etiam quamdiu infusa in vino macerentur: nam recentia, tenuia, rara, minori tempore indigent, quàm sicca, crassa & densa: & contrita quàm integra: radices quã semina & aromata: & ea rursus quàm herbę. Vide superius vbi de præparatione destillandorum præcepimus. Vulgaris quidem consuetudo ea ferè tantum sicca in vino infusa prius per aliquot dies destillat, quæ odoris maximè gratia requiruntur, vt aromata & herbæ odoratæ. Sed reliqua etiam omnia quorum odorem saporemq́ꝫ, qualiscunque is sit in liquore stillatitio, seruari volumus, rectè destillantur in vino infusa, vt supra etiam docui, vbi de aqua absinthij mentio fuit, & de viribus remediorum retinendis in aquis destillatis. Et sanè in ijs quæ cum recentia sunt, & humore multo abundant, ideoq; minus odora sunt, vt gentiana, astrantia, iris, baccę iuniperi, & alia, liquores ex siccis in vino aut alibi infusis magis probarim: si quæ verò adeò rara vel tenuia sunt, aut nullius odoris, aut refrigerare & humectare debent, ea recentia potius destillanda fuerint. Est quando anni tempus aut recentiũ inopia, ad sicca confugere cogit.

Gentianæ aqua. Gentianæ magnæ siue albæ, (cuius radices pinguissimæ sunt, & vino infusæ, nec ipsæ corrumpuntur, nec vinum corrumpi sinunt, vt ipse per biennium expertus sum) libras quatuor radicum recentium, aut po-

aut potius ſiccarum, conciſarum minutatim, in duo vaſa vitrea magna iuxta fornacem in zeta ponito aut ſuſpendito, vaſe diligenter occluſo: & vinum generoſum ſuperfundito, vt per duos digitos excedat: perges autem recens affundere donec radices imbibere deſinant: & ſic eminente per duos digitos vino, vt dixi, vas per menſem relinques: & demum in duabus cucurbitis vinum cum radicibus diſtributum deſtillabis in Balneo M. vel in cineribus igne lento. De aqua centaurij minoris & gentianæ ſimul in vino deſtillatarũ, vide infrà inter aquas compoſitas.

Baccæ iuniperi etiam aridæ vino infuſæ optimum & ſuaui odore liquorem reddunt: abſinthium verò (dies paucos præmaceratũ) perquàm efficacem & amariſsimum, idq; magis ſi in cineribus deſtilletur: quorum vtrunque nos experti ſumus.

Pyretrum vel recens vel ſiccum vino infunditur, aut aceto ſimplici deſtillatóue.

In aqua ardente etiam infuſa, vt dixi, vim ſuam ei communicat: ſed multò efficacius hoc fieri audio, ſi contrita remedia ab initio ſtatim fæcibus vini deſtillandis (ex his enim potius, quàm vino aquam ardentem noſtri eliciunt) admiſceantur. Sic & abſinthij aquam & alias optimè parari, quidam ceu rem arcanam me docuit: ego eius rei periculum nondum feci.

Aqua roſacea cum roſis ſiccis ſic fit. Roſis

siccis superinfunde aquam, non amplius quàm vt in ea macerari possint. Transfer in cucurbitas vitreas aut plumbeas, & destilla paulatim. Vtilis erit hæc aqua in remedijs, & ad ornatum (seu odorem.) Est qui libræ vni rosarum siccarum, aquæ libras decem affudit, & destillauit satis bonam. Sed hoc non fit, nisi cum ex recentibus fieri non potest, Bulcasis. Si rosæ quas incarnatas vulgò vocamus, siccatæ, vapore aquę calidæ humectatę destillentur, aquam rosarum bonam reddent, Syluius.

Nucis vomicæ aqua siue succus igne decerptus, aquam calore, non odore vel sapore imitatur, præstantissimum contra venena remedium, Cardanus libro secundo de Subtilitate. Et paulò post, Si venenum recens sumptum adhuc in ventriculo maneat, præstantissima sunt auxilia quæ vomitum validum prouocant, lac, lixiuium, oleum, aqua nucis vomicæ. Ego per succum igne decerptum, aquam destillatã ab eo intelligi puto: nam & aquam nominat, quod colore ei similis sit, non item odore saporeq́ꝫ, quod aquis destillatis conuenit. Sed cum nux vomica tota durissima siccissimaq́ꝫ sit, apparet scobem eius oportere in aliquo liquore macerari, vt aqua, vino, aqua vitæ, aceto. Ego in aceto potissimum macerârim, quod & venenis per se resistit, & ad vomitum quoqꝫ ciendum prodest.

Aquæ ex recentibus plantis destillatæ (inquit Brunsuicensis) præferri debent. Quæ si quando haberi non possunt, siue aliam ob causam, siue quod peregrina quædam arida tantum adferantur, vt spica, saliunca, stichas, schœnuanthos, epithymus, &c. ex aridis hunc in modum destillabis. Mense Maio quotannis ante Solis ortum, cum ea nocte non pluerit, & cœlum fuerit serenum, rorem colliges, ex prato aliquo diuersis herbarum & florum genere virenti, non aquoso aut vliginoso, neque in concauo loco, sed potius in monte aliquo, si fieri potest. Colliges autem linteum album extensum per herbas trahendo, donec roris plurimum imbiberit: tum exprimes in aliquod vas, & iterum trahendo replebis & exprimes, donec satis collegeris. Hunc rorem in Balneo Mariæ ter destillabis, & in Sole rectificabis, (nempe in arena feruente per dies quadraginta,) & seruabis per annum. Quocunque autem anni tempore liquorem ex herbis siccis desyderaueris, sic facies. Herbarum quas in vmbra siccâris, (folijs districtis seorsim seruatis) quantum volueris in vase vitreo pones, & roris aquæ superinfundes ter tantum: aut tribus vicibus ita vt primum tantum infundas, vt herbæ satis operiantur aqua, & rursus bis tantum. Deinde per duos aut tres dies in fimo equino pones, destillabis: iterumq; putrificabis:

ita vt tertio alternis putrificetur ac destille-
tur. Hæc sanè aqua multò præstantior erit,
quam si quis, vt Bulcasis scribit, ad vnam a-
ridarum rosarum (aliarúmue herbarum aut
florum) aquæ communis libras decem affun-
dat, & mox destillet. Medicus quidam peri-
tissimus, si ex aridis modo iam dicto aqua de
stilletur in rore infusis non ter tantum, sed no
uies destillato, meliorem aquam scribit futu-
ram quàm si ex recentibus fieret, quæ mul-
tum phlegma secum habent. Idem ait rorem
nouies destillatum vires ex plantis ei infusis
non minus extrahere quà aquam vitæ, Ha-
ctenus Brunsuicensis.

Rori quidem per se etiam vis medicata in
est, vt in aqua eius destillata alibi docet Brun
suicensis. In comitiali morbo si placentulam
ex farina cum nocturno rore diui Ioannis
sub cinere coxeris, ac eam infirmo dederis
commanducandam, sanari aiunt, Alexander
Benedictus.

DE QVINTA ESSENTIA *remediorum.*

QVintam essentiam nominat summam
& cœlestem in quacunque planta, me-
tallo, animali, aut partibus eorum fa-
cultatem & virtutem, quæ totius essentiæ vi
& puritate, non vlla elementari aut sensibili
qualitate, etsi absque qualitatibus non sit, hu
mani corporis valetudinem conseruet, iu-
uentam

uentam extendat, senectam differat, & omne genus morbos abigat. De hac primus omniũ Raymundus Lullus scripsit, omnibus suo etiam seculo medicis ignota, nec literis prodita, nec vsu ipso tentata. Illum præter alios sequuti Io. de Rupe scissa, (quem tamen quidam ante Lullum floruisse putat, vt supra scripsi, ego contemporaneum fuisse iudico,) Hieronymus Brunsuicẽsis, Philippus Vlstadius, & alij forte pauci, & ipsi quidam literis de eadem mandarunt. Est autem alia simplex, vt celebratissima illa vini seu aquæ ardentis quinta essentia, chelidoniæ, sanguinis humani, fragorum, antimonij, &c. Aliæ compositæ, nempe cum remedia quædam ad aliquam quintam essentiam iam perfectam adijciuntur, vt vires earum extrahat, quibus & aurũ potabile adscribi debet.

¶ Dubitatio oritur, inquit Cardanus, an aquam liceat facere temperatam, quã Quintam vocant essentiam. Erit autem hæc, vt docebo, æther, id est, substantia tenuissima mobilis, & quæ motu calorem temperatum retinet, & eum plurimum. Hæc igitur vires omnes conseruare potest, & vitam producere. Nam cum tenuissima sit, miscet se humido primo penetrans solida, ac excrementa separat quæ in illo continentur. Quia verò calidi plurimum habet, eijcit impurum quicquid est, naturalemq; ob id calorem instaurat. Nihil enim aliud est senectus, quàm naturalis

caloris imminutio : imminuitur verò, quia motus prohibetur, vt de igne dixi : similis est enim huius ad illum ratio. Motus verò prohibetur ob terreæ substantiæ abundantiam. Quoniam sola terra plurimam habet materiam, & motu omnino caret. Ergo aqua illa calore cum sit sic temperato, nec cor vexabit, nec iecori infesta erit. Itaq; sola hæc ista quæ diximus præstare potest. Cũ igitur ardens aqua diuturno circulationis motu tenuitatem retinens, caliditatem acumenq́; saporis ac odoris exuerit, æther est : ac tum primum fragrat. Est enim nil aliud odor fragrans, quàm acutus cum moderatus extiterit. Indicio est quod piper non fragrat, &c. Igitur ardentem aquam, si ad temperamentum redierit, tenuitate retenta, necesse est fragrantem fieri : & si fragrãs fiat, necesse est vicissim in æthera esse conuersam. Fit & quæ iuuentutem instaurat aqua cum tyri carne, fit & cum elleboro, qualem apud patrem meum vidi. Sed hæ diuexãt corpora, & iuuentutis imaginem fucatã reddunt: æther verò veram præstat, cum eam retineat diu quam quis habet & exornet. Sed nunquid igne qui calidissimus est, tenuior æther ? Certe sic: nam cœlo contiguus, ideoq́; leuissimus : impressam enim ab astris caliditatem circulatione moderatur tenuitate retenta, atque eodem modo hæc aqua calore ignis ad summam redacta tenuitatem motu ipso refrigeratur ac temperiem acquirit.

Itaque

Itaq; & hæc & æther, medium quasi sunt inter mortalia immortaliáque. Locum enim cum habeat ac temperiem tum substantiam cœlo proximam, corrumpi nequit. Dum verò infra impellitur, refrigeratur, atque sic post multa secula corrumpitur. Itaque medium est quasi mortalis ac immortalis, cuius generis Stoici animam humanā esse credunt. Hæc omnia Cardanus.

Virtus vniuscuiusque rei latet in quinta eius essentia, calida, frigida, humida, sicca, &c. & idem operatur quod prius in suo mixto vel cū sua materia, sed celerius & mirabilius multis modis. Post destillationem super fæces aliquoties repetitam, intercedente semper noua digestione, semper quælibet aqua tandiu circulari debet in fimo equino aut alibi, donec suauissimi odoris fiat. Nā fragrantia summa in omni quinta essentia requiritur. Quædam semel & iterum destillari satis est, tum circulari, & post dies aliquot si quid de terra & fæcibus superest in fundo circulatorij, separari defundendo. Essentia quinta vini non amplius vrit os, nec amplius est aqua ardens, sed subtilior, & cœlum vocatur: cui stellas suas addi dicimus, cum diuersarum qualitatum herbæ, & contra diuersos morbos excellentes, in ea macerantur, vt infrà in Aquis vitæ compositis, docebimus: Solificari autem siue deaurari, cum Solis, id est, auri virtutem ei imprimimus, vt supra in

Auri potabilis mentione explicatum est. Hęc ferè ex Lulli libro de Quinta essentia. Essentia quinta cuiusque medicamenti millies maiorem habet virtutem, quàm antea habuerat, dum adhuc corpus elementatum esset. Vlstadius.

QVOMODO EXTRAHATVR *quinta essentia rerum omnium, ad applicandum illas (vires earum) corporibus humanis, ex primo libro Lulli de Quinta ess.*

QVinta cuiusq; rei essentia, extrahi ab ea potest, lignorum, fructuum, florũ, radicum, foliorum, seminum, lapidum, metallorum, carnium, & quarumuis specierum, hunc in modum. Quamcunque rem à qua volueris quintam essentiam separare, impones in quintam essentiam vini (putam & perfectam vt prædictum est:) & expones insolandam in vere, vel in vase ad ignem leuem: & intra tres horas habebis quintam essentiam rei mixtam cum quinta essentia vini, quæ conuertetur in talem naturam, qualis rei impositæ est, siue ea calfaciat, siue refrigeret, humectet, siccet, purget, vel cuiusuis alterius conditionis aut odoris fuerit: neque idem tantum efficiet, sed eodem in gradu quoque, hoc est, non magis aut minus, &c. Post hæc enumerat reme-

remedia singulatim quæ in primo gradu calida sunt, deinde in secundo, tertio, quarto: & similiter frigidorum, humidorum, siccorumq́ catalogos instituit. Deinde de gradibus remediorum & eorum mixtionis artificio in genere docet. Postremò addit etiam catalogos iuxta secundas qualitates, vt vocant: Quæ omnia nos omittimus, quoniam doctis & medicis scribimus: neq; conuenit partes scientiarum inter se confundi. Deinde lib. secũdo per singulos morbos, (eos duntaxat qui grauiores & ferè incurabiles vulgò habentur,) docet quænam remedia quintæ essentiæ vini admisceri debeãt. Scripsit & Rogerius Bacho libellum de facultatibus aquę vitę per 12. signa, secundum morbos à capite ad pedes, aquis et medicamentis pro singularum partium & affectionum natura aliâs alijs adiectis. Hunc aliqui non rectè Arnoldo de Villa noua attribuunt.

¶Io. Bracescus vir in chymicæ artis mysterijs nostro seculo exercitatissimus, vt scripta eius testantur, in Dialogo cuius interlocutores sunt Raimundus Lullius & Demogorgon (quem autor Italicè edidit, vnà cum altero super expositione librorum Gebri. Ioan. Petreius Norimbergæ vtrunque Latinè excudit sine authoris nomine,) quintam essentiam illam quę ad humanam vitam conseruandam & extendendam faciat, non ex plantis, animalibus aut gemmis, sed ex solis metallis re-

quirendam asserens, ita scribit. RAYMVNDVS. Cum necesse sit vt hæc medicina omnino incorruptibilis sit, & omnia elementa in hoc superare debeat, necesse est vt extrahatur è materia quæ ab omni corruptione quam alienissima. DEMOGORON. Tamen dixisti tu in libro quem de naturæ secretis inscripsisti, hanc extrahendam esse de vino rubeo. Idem confirmat Ioan. de Rupescissa, alij verò Chelidoniam accipiendam esse autumant, alij sanguinem humanum. RAYM. Non parum erras, si persuasum habes philosophorum scripta ex nuda litera intelligenda esse, maximè verò in hac scientia, quanto clarius & apertius loquuntur, tanto plus obscuritatis habent eorũ scripta: similitudinibus enim & per ænigmata locuti sunt. DEMOG. In hac re qua vsi sunt similitudine? RAYM. Dicit Senior philosophus hanc medicinã conuerti & variari de colore in colorem, & de sapore in saporem, et de natura in naturam: propterea nomina eius multiplicata esse. Item Minois philosophus, Si quæratur (inquit) quare factum sit rubrum antequam reciperet albedinem: Respondendum bis denigrari, bis in colorem citrinum conuerti, & bis recipere colorem rubrum. Cum verò bis colorem rubrum recipiatur rubrum vinum & sanguis humanus, videlicet post putrefactionem & in destillatione: propterea veteres per similitudines loquẽtes vocauerunt ipsam vinum rubeum, sanguinẽ humanum,

manum, & sanguinem draconis, & his simi- libus, &c. Paulo post etiam signa illa quæ Io. de Rupe scissa de quinta essentia iam perfecta ponit, nempe vt ad eam in angulo domus po sitam, ingredientes omnes mirificè allician- tur: & alterum vt ad eam collocatam in verti ce turris congregentur omnes aues, quæ illā odoris suauitatem percipiunt, allegoricè in- terpretatur: vt per turrim intelligatur fornax in angulo domus posita, in quam vitrū quod materiā continet decoquendam ponitur: per intrantes verò domum istam & per aduolan tes aues, significentur spiritus & vapores illi qui virtute caloris sursum feruntur ac ascen- dunt in altum per collū longū vasis siue boc- ciæ: qui cū figuntur, & amplius non ascendūt, indicium est (inquit) ipsarum humiditatem a- queam iam consummatam & materiam dul- coratam, & medicinam finitam esse. Et in hac quidem sententia etiam Rasis fuit, Hæc ille.

DE QVINTAE ESSENTIAE *à vino extractione, ex Philippo Vlstadio & Raim. Lullio.*

VInum quàm generosissimum, cuiuscunq; coloris, vinosum potius quàm dulce, quater destillabis in alembico, ita vt commu- niter aqua ardens paratur. Quòd si etiam sæ- pius destillet, præstabit. Perfectè destillati in- diciū est, si accensum in vase aliquo (argenteo




vel ſtanneo) totum con-ſumatur, ſic vt nulla humiditas in vaſe remaneat. Sic igitur præparatum imponatur in pellicanum, id eſt vas vtrinque anſatum, quod etiã vas Hermetis aliqui vocant, per cuius in ſummo foramen materia circulanda immitti poteſt & extrahi. Et vaſe diligenter lutato, & luto forti cæmentato, ex frequenti aſcenſu deſcenſuq́ aqua inveram quintam eſſentiam conuertetur. Porrò vinum ſic deſtillatum, vt diximus, cum habeat omnia quatuor elementa, tamen per crebram motionem & agitationem aſcendendo deſcendendoq́, de corruptibili in incorruptibile fermè tranſit & conuertitur. Quod ſi per crebrum deſtillationis aſcenſum ac deſcenſum craſſum à ſubtili, impurum à puro ſeparatur: quanto magis id contingit in deſtillatorio vbi millies milleſies ſurſum ac deorſum agitatur. Hoc igitur motu exiſtimandum eſt materiam elementarem conuerti in ſubſtantiam inelementarem & corpus incorruptibile, ita vt tantò remotior quinta hæc eſſentia à corruptione corporis elementari ſit, quantò cœlum ipſum quatuor elementis incorruptibilius eſt. Cæterum hac circulatione multoties iam facta, tãdem aperiatur quod in ſummo eſt foramen: vbi ex

vbi ex pretiosissimo & suauissimo odore cognosces, numquid de quatuor elementis restet quod in quintam essen nondũ conuersum sit. Nam si res perfecta sit, odor longè omniũ fragrãtissimus prodibit, adeò excellẽs vt qui eo fruuntur, ex terra ad cœlum eleuati sibi videantur, & cœlesti quadam fragrantia frui. Hic vapor si in secretum aliquem domus locum se insinuet, adeò replebit totum domum, vt nihil suauiùs, amœnius, & odoratius vnquam sensisse videaris, res dictu mirabilis & ferè incredibilis. Quòd si in fastigio turris ponatur, omne genus auium quæ in vicinia sunt alliciet. Si verò excellens illa odoris gratia nondum appareat, iterum claudes pellicanũ, & diligenter lutatum rursus impones ad destillationem circulatoriam, quousq; appareat perfecta ipsa quinta essentia, siue vt vult Raimundus libro primo capite secundo Mercurius vegetabilis. Non solum verò habet odorem illum & saporem excellentissimum, sed etiam quandam incorruptibilem naturam circa alias medicinas: Et certè nullam habet adustionem in ore sicut aqua vitæ neq; vllam humiditatem siue phlegma, quia omnis materia terrestris & elementaris in fundo residet.

QVOMODO QVINTA ESSENtia *facilius & minore sumptu extrahatur, in gratiam pauperum ex ijsdem.*



A Fimum equinum impone in B vas magnũ & profundum, vel in foueam ad hoc factam, & in medio fimi ponatur C destillatorium impletum materia destillanda ad duas tertias, ita vt tertia pars remaneat extra fimum vacua, vt materia ascendere & descendere possit, & sic in aquam clarissimam conuerti. Sed fimus per singulas hebdomades semel vt minimum renouandus est. Idem hoc fieri potest in vinaceis recens expressis per vindemiam: Vel in diebus canicularibus ad Solem. Potest etiam extrahi quinta essentia ex vino turbido immundo & putrido, modò non sit acetosum, nam etiam ex corrupto vino, quod in bono loco natum sit, quãquam turbato & mali saporis, optimam aquã vitæ destillari videmus. ¶Est & alter modus sine igne & labore extrahendi, huiusmodi.



Aquam vitæ quam inueneris nobilissimam, pone in vitrum cum collo longo, habente in summitate foramẽ, quod debet claudi & lutari cera rite præparata, vt inferius docet Vlstadius ca. decimo. Deinde vertatur vitrum

trum & cum collo imponatur in fimum, sic
crassior materia residebit in fundo destillato-
rij: quod cum longo tempore in fimo sepultũ
fuerit, tandem extrahetur ab ipso leniter, in
forma, sic vt est impositũ. Tũc videbis separa
tionem puri ab impuro, & subtilis à crasso, o-
mnis enim materia crassior erit circa collum
vitri. Itaq; stilo ferreo tenui & acuto ceram
perforabis vsq; ad aquã: & stilo extracto ef-
fluet materia crassior, quæ in collo residebat,
hæc cũ effluxerit tota vsq; ad subtilem, hoc est
ipsam quintã essentiã, vas digito obstructũ in
uertes. Sic habes Quintã essentiam, sed minus
pretiosam superiore. Simili modo potest a-
qua ardens in vas vitreũ poni, quod non ver
tatur, sed directè in fimo sepelia' per aliquod
tẽpus. Postea colando separetur materia cras
sa quæ residebit in fundo, à subtili superiore:
sed hæc adhuc minus pretiosa est. Attrahit ta
mẽ omnes virtutes herbarũ, & aliarũ materia
rũ, vt non sit contemnẽda. Possunt & alij modi
excogitari, sed ego primũ modũ ex animo o-
mnibus cõmendo ceu optimum & excellentis
simum, non magno labore & sumptu paruo
constabit: nec pœnitebit te huius vel illius,
thesaurum enim magno cum fœnore repe-
ries, Hæc Vlstadius capite octauo. ¶ His subij
cit modum extrahendi quintam essentiam è
musto, id est vino nouo feruente in vase per
autumnum, quod absque illo vini nocumen-
to fit, quem breuitatis causa, & quia ab alijs

etiam authoribus, quod sciam, non attingitur (nisi à Lullio forte) omittam.

QVIBVS LOCIS VLSTADIVS *in Cœlo suo varias quintas essentias extrahere doceat.*

Quomodo extrahatur quinta essentia (vini,) in qua potest resolui aurum ad faciēdum aurum potabile, cap. x[illegible].

Quomodo extrahatur quinta essentia mellis, quæ ingreditur aurum potabile, capite xij.

Quinta essentia ex chelidonia, cap. xiij

Ex sanguine humano, ouis, carnibus, &c. cap. xiiij.

Ex pomis, piris, & alijs fructibus, capite xv.

Ex floribus, herbis & radicibus, capite xvj.

Ex antimonio, cap. xvij. ¶ De ijsdem omnibus leges etiam apud Lullium libro 1. de quinta essentia.

Quintam essentiam vini, aliqui vegetabilem Mercurium, item cœlum & clauem philosophorum vocant, hæc, vt aiunt, omnis rei per tres horas in ipsa maceratæ vim attrahit. ¶ Io. Bracescus per vinum rubeū à quo quinta essentia extrahenda sit, allegoricè aliud quippiam & metallicum intelligi putat, vt supra recitauimus, vbi de quinta ess. in genere egimus.

Aqua

AQVA MIRABILIS QVAE CONtrarium efficit quàm aqua vitæ: quæ Quinta essentia frigida appellari potest.

FLorum sambuci, florum vngulæ caballinę quæ crescit super aquas habens magna folia & florem giluum: (aliâs florum nenupharis, quod placet, & sic Rogerius interpretatur) vtrorumque libra. Seminis portulacę, sem. lactucæ vtriusque libræ tres, (aliâs, selibra.) Foliorũ solani scrup. duo. (aliâs, solani, quantum de omnibus.) Debent autem hæc omnia recipi viridia, & destillari septies, seruarique in terra profunda in vase vitreo. Hęc aqua in Sole cum calescit in meridie, vasa vitrea, vel lignea subtilia, imagines vel testas ouorum facit per aera volare, (locus videtur corruptus, aut res ipsa falsa:) Pannus ex ea madidus & in ignem proiectus, resilit ab igne illæsus: & quicquid in ea intinctum fuerit, calorẽ ignis non patietur. Nec ab igne læditur pannus in ista aqua madefactus, si aqua vitæ super aspergatur, & in ignem proijciatur, vel per candelam accendatur, ardet enim, sed non consumitur, nec vllum vstionis vestigium in panno relinquitur. Quod si pars huius aquæ sub ardente Sole in scutella ponatur, & in aerem cum aspersorio (vel aspergillo, vt vocant) fundatur nubem magnam & densam efficit subito, & calorem Solis pro magno tempore miti-

gat. Menſes ſiſtit, ſudorem prohibet, appetitũ excitat, dolorem capitis ſedat, maximè ex calida cauſa, vel Solis aduſtione obortum. Cancrum omnino & integrè ſedat. Deniq; multas & magnas virtutes habet, valet enim in calidis cauſis, ſicut aqua vitæ in frigidis. Quamobrem vſus eius eſt in omnibus febribus tam acutis quàm peracutis: in omnibus affectibus calidis, & oculorum doloribus & capitis ex caliditate, item ad tædium (faſtidium) ſtomachi, ad lupum, & fiſtulam, & dolorem lateris, & calefactionem membri virilis ex coitu, & omnem paſſionem circa hæc membra genitalia ex quacunque cauſa calida. Et poſt partum mulierum perutilis eſt, ſi pannus ea intinctus ſuperponatur vuluæ, & ſuper locum paſſionis ſi paſſio fuerit extrinſeca: ſi verò intrinſeca, ſumatur de ea, & per clyſterem in vterum immittatur. Si vitrum in ſtomacho fuerit, ſumatur de ea ad dimidiam teſtam oui mane & veſperi. Virgæ intrinſecus dolenti per ſyringem iniĳciatur. Ad obſtructionem verò hepatis & lienis & alios affectus ex calida cauſa, linteum, in ea madefactum ter die apponatur ad affectum latus, ſanguinem enim maximè purgat. Sed diligenter cauendum eſt ne pannus inde madidus ſuper ſtomachum reuoluatur.

Eiuſdem facultatis videtur aqua in libello Raimundi Lullĳ de aquis deſcripta, his verbis. Aqua compoſita ſecundum reſiduum (vt

habet

habet codex manuſcriptus, lego contrarium) aquæ vitæ: R, camphoram candidam, roſas, papauer album & nigrum, lactucam, cichorium, portulacam, violas, ſolanum, capillos Veneris, cymbalariam, ſemper viuum, vermicularem, roſtrum porcinum, cardicellum. Folia terenda terantur & deſtillentur.

DE CHELIDONIAE ESSENTIIS *omnibus extrahendis: quo exemplo induſtrius quiſque vti poterit ad aliarum quoque plantarum eſſentias extrahendas.*

PEr chelidoniæ quintam eſſentiam aliud quippiam allegoricè intelligi Ioan. Braceſcus putat, vt ſupra retuli vbi de quinta eſſ. in genere egimus.

Chelidonia (inquit Vlſtadius) vires innumeras poſſidet: & quinta eius eſſentia, quam hic elicere docebimus, etiam ipſum aurum potabile ingreditur. Chelidoniam quum maximè matura eſt cum herba, radicibus & floribus minutatim conciſam ac in mortario contuſam, pone in cucurbitam terream vitreatã. Cucurbita autem tota repleta, clauſa, & luto ſepta ponatur in fimum equinum recentem per tres hebdomadas. Deinde impoſito alembico deſtilletur in Balneo M. igne admodum

lento, & exibit phlegma. Tum fęces extrahes, & super marmore quàm subtilissimè tritas in cucurbitam repones cum alembico cæco, & in Balneo M. per hebdomadem relinques aut in fimo equino (pluribus diebus.) Deinde paulatim refrigerata materia alembicum rostratum impones, & in cineribus destillabis vt capite decimo de separatione olei ab ipsa terra diximus, & exibit aqua clara continens in se aerem & aquam. Separabis autem aquam ab aere in cucurbita recenti per balneum M. modico igne: ascendet enim phlegma, & oleum remanebit, quod seruabis. Tunc iterum fæces super marmore conteres, & quatuor partes phlegmatis ad vnam fæcum affundes, miscebis, incorporabis, & in Balneo M. per septem dies relinques, deniq; per arenam magno igne destillabis, & exibit phlegma primum, deinde aqua rubicunda, siue potius oleum quod est elementum ignis: à quo phlegma in Balneo Mariæ separabis, vt suprà. Cæterum fæces relictæ quæ nihil amplius præter terram continent, igne forti vrgeri & ad calcem redigi debent per decem continuos dies, (nimirum in calcinationis seu reuerberationis fornace, aut in ipsa fornace calcis vt capite 10. docuit.) Deinde iterum tritæ super marmore imbibantur cum ipso phlegmate, & destillentur per alembicum, donec in illa materia videas paruos lapillos albos instar salis. Et hoc ipsũ sal iterum dissoluatur cum aqua ex qua destillaueris: &

lauerís: & postea iterum destillabis : idq; toties repetes, donec ipsa terra amittat omnem impurum & terreum colorem , & ad album deducatur, (ad albedinem ceræ:) Et sic terra erit rectificata . Debent autem reliqua etiam elementa rectificari, ita vt singula septies destillentur, aeri quidem & igni ad singulas vices affundendo phlegma et postea separando, vt prædictum est. Quum autem faciliori via id facere volueris, dissoluatur quodlibet elementum cum aqua sua per partes æquales, (& cætera, quæ omitto, quòd obscurius tradita sint.) Est etiam alia via subtilior redigendi quodlibet elementum in suam perfectionem seu quintam essentiam : sed præsupponitur, quòd elementum quodq; prius iustificatũ sit. Deinde ponatur in vas circulatorium in fimo equino, aut in balneo Mar. per dies xxx. Tũc iterum destilletur. Sic corpus ipsum tanquam materia crassa permutabitur in spiritum vel substantiam subtilissimam. Sunt qui idem facilius efficiunt, accipiendo quatuor partes terræ, & vnam partem de vno quatuor elementorum quodcunque voles, & digerendo modo prædicto, & circulando per dies x x x . sic quoduis elementum in quintã essentiam permutant. Materia autem satis circulata iudicatur, quum quinta ess. super reliquam materiã innatat. ¶ De viribus singulorum chelidoniæ liquorum. Elementũ aquæ prodest ad omnes ægritudinines corporis , calidas & frigidas.

Tēperat etiā omnes venas circa cor, & omne venenum à corde expellit. Omnes qui pulmoni accidūt morbos curat. Sanguinem purgat, & hominem præseruat ab omni corruptione virtutis naturalis. Prodest in summa omnibus ægris in quocunq; morbo.

Elementum aeris, oleo simile, iuuenum vires & venustatem confirmat & auget, si interdum cum cibo vtantur: omnem enim sanguinis putredinem prohibet. Adurit (Consumit) & expellit omne phlegma salsum, & tollit melancholiam & omnem bilis adustionem.

Elementum ignis quantitate grani tritici cum vino optimo permixtum, & infusum in fauces hominis ægroti, imò etiam semimortui, omnes vires corporis restituit & recreat, penetrat enim vsq; ad cor, & ipsum calefacit, & expellit omnia venena & omnes humidas superfluitates à corde. Lullius cum quinta essentia vini infundit huius olei guttulam, vt moribundos aut desperatos restituat intra vigesimam horæ partem.

Sunt qui alio modo breuiore quintam essentiam à chelidonia extrahant. Chelidoniā cum radice & flore minutatim scindunt, ponderant, & aqua fontana super eam infusa decoquunt donec ad idem pondus reducatur. Deinde in pila lapidea terunt, & succum expressum linteo à fæcibus purgant, reliquum ad mellis consistentiam decoquunt. Postea in cucurbitam ponunt, ita vt repleatur dimidia: & in

& in balneo M.destillantes, aquam seu phlegma colligunt. Deinde vase in cineres translato, oleũ aerium excipiunt: cui cum supernatans alterum olei genus viderint (aucto nimirum igne,) aliud vas recipiens, supponunt, in quo ignis elementum colligitur. Horum liquorum vnum quẽq; rectificari oportet, vt idoneus sit remedijs corporis humani: nempe septies repetita destillatione, aquæ quidem seu phlegmatis in Balneo M. ita vt singulis vicibus cucurbita diligenter lauetur (purgetur) à fæcib. remanentibus, quæ admisceri debent elemento terreo post ignei liquoris destillationem relicto in cucurbitæ fundo. Similiter aerẽ rectificabis septena per cineres destillatione, admiscẽdo fæces cũ terra. Deniq; liquorem ignis similiter (Materiã verò terreã, ita vt in superiore modo dictum est.) His ita paratis vires attribuunt, easdem quas supra scripsimus, singulis: quas nihil attinet repeti: ea tantũ, in quibus differunt, adscribemus. Aqueus chelidonij liquor omnes à pectore calores & venena pellit. Pulmonis & hepatis obstructionibus prodest. Humorẽ enim & phlegma superfluũ consumit. Deniq; hominẽ intra dies nouem ab omni infirmitate liberat. Aerius liquor non atram bilem, non amaram, nec phlegma in corpore humida obtinere sinit. Sanguinẽ auget, & in omnes corporis partes eũ distribuit penetratione sua, quamobrem hoc oleo vtentes sæpius venam incidunt. In peri-

culo amittendi oculi si per xxx. diles vna aut altera gutta quotidie instilletur, mirificè prodest. Liquor igneus multò efficacior est aqueo & aereo, & iuuat vbi illi frustra tentati sunt. Iuuentutem conseruat, senectam vegetam & iuuenilem reddit, cor recreat: & cum aqua siliginis sumptus dicitur esse elixir vitæ. Porrò terrea materia rectificata per dissolutiones, coagulationes, & calcinationes, est subtile sal terræ, quo cum omnia metalla in lapidem conuerti possunt, & omnes spiritus figi habentes humiditatem radicalem. Nutrit etiam leprosos. Ex hoc philosophi prisci lapidem fecerũt quem philosophicum vocant. Modus liquores prædictos intra corpus sumendi huiusmodi est. Tres guttas ignis chelidoniæ, tria cochlearia aquæ rosarum, modicum cochleare de aere sanguineo (liquorem aerium intelligo,) permisce, & propina ieiuno: si affectus est calidus, cum vino: & si homo excesserit annum vigesimum quartum, cum aqua vitæ. In febribus autem calidis, nullo modo sumi debet, Hæc omnia Vlstadius.

De quatuor elementis extrahendis à chelidonia, & à folijs LAVRI, vide etiam Io. Ganiueti librum qui Amicus medicorum inscribitur, differentia 4. cap. 7.

Quo=

QVOMODO EXTRAHATVR *Quintum esse à fructibus, vt pomis, piris, prunis, cerasis, castaneis, &c. ex Vlstadio.*

FRuctus minutissimè concisos & contusos in mortario terreo, (lapideo,) misce cum decima parte salis communis. Deinde in cucurbita cum alembico cæco pones in fimo, vt supra dictum est de sanguine humano, &c.

Ex floribus, herbis, radicibus.

Plantas bene maturas collige, cœlo sereno, Luna crescente & iam ferè plena: purgatas minutissimè discinde, & in pila marmorea contunde cum decima parte salis: & in



circulatorio seu alembico cæco fermentabis in fimo equino per mēsem. Deinde in alembico rostrato destillabis in Balneo M. augēdo primum ignem vsque ad tertium gradum. Tum fæcibus è cucurbita extractis & minutissimè tritis, aquā destillatam rursus super infunde, & rursus putrificata in fimo vt prius tandem destillabis, ignem minuendo per gradum medium. Deinde iterum teres fęces, &c. vt prius, & destillando rursus minues ignem per medium gradum. Putrefactio quoq; de-

crescat semper per medium gradum: nempe ita vt in secunda digestione putrefiat per dies viginti & vnum, in tertia per dies quatuordecim, in quarta per dies octo. Quarta autem destillatione peracta ponatur in circu-



latorium (supra infráque clausum & largum, in medio angustum, cum breui rostro cauo exsumma inferioris ventris parte sursum tendente:) & digeratur in fimo vel balneo cum igne primi gradus: vel in Sole, aut vinaceis, per mensem. Euadet autem liquor tanto nobilior, quanto sæpius destillatur. Et sic habes quintam essentiam: quæ tamen efficacior fuerit, si ex herbis seminibus vel radicibus destillaueris aquam: & eam rursus infundas super fæces suas, digerasq́ per septem dies: & postea destilles per cineres, prorsus eodem modo vt supra de chelidonio dictum est: vt singula elementa seorsim habeantur, & quidem rectificata.

DE QVINTA ESSENTIA

ex sanguine humano, ouis, carnibus, & melle.

QVinta eſſentia quomodo eliciatur ex SANGVINE HVMANO, OVIS, ET CARNIBVS, lege apud Vlſtadium cap. 14. Additur eis pars decima ſalis, cum quo bene miſcentur, putrificantur, & deſtillantur, idq́ꝫ quater alternis vicibus: & demum circulatione longa perficiuntur, donec ad ſummam odoris ſuauitatem & ſubſtantiæ ſubtilitatem perueniant: meminit & Lullus lib. 1. canone. 4. de Quinta eſſentia, ſed illic addendũ eſſe ſalem codices impreſsi omiſerunt. Videtur autem ſal rectè addi humidis rebus deſtillãdis, illis ſcilicet quæ facile putreſcerẽt, quales præcipuè animaliũ partes ſunt.

Aqua pretioſiſsima Alberti Magni, vt in libro quodam manuſcripto reperi. Sanguinem hominis ſani deſtilla per vitrum tanquã aquam roſarum. Hac illita omnis corporis infirmitas ſanatur: & potu eius quicunqꝫ internus eſt morbus. Exigua eius quantitas ſumpta omnibus viribus exhauſtos reſtituit. paralyſin efficaciter curat: & ab omni futura ægritudine præſeruat. In ſumma omne morborum genus curat. Ego verò neqꝫ ex ſanguine humano remedium hominibus fieri probare poſſum, quod etiamſi ratio & experientia ſuaderent, religio tamen prohibere videtur, præſertim in tanto remediorum numero, &c. Sed neqꝫ ipſa præparandi ratio placet, in hac Alberti aqua, ſi modo eius eſt, cum ſemel tantũ & ſimpliciter deſtillari iubeat. Pl⁹ ratio

nis habet quæ ſequitur compoſitio, ipſa quoque in eodem libro manuſcripto mihi reperta.

Oleum ſanctum ſiue oleum viuum, quòd vitam hominis conſeruet, Hugonis Gordonij, quo ille plurimas grauiſsimas ægritudines curauit. Sanguinis rubicundi de homine ſano vel hominibus ſanis, ætatis annorum viginti quinque aut triginta, libræ tres. Spermatis ceti, medullæ bubulæ, vtriuſque libra. Deſtillentur in alembico bene lutato: & exibit aqua prima alba, altera pallida, tertia, flaua, quarta rubea & craſsiuſcula. Oleum ſic deſtillatum cùm Luna pariter creſcit decreſcitq́, quamobrem ſanctum cognominant. Quòd ſi ægroto qui & vires omnes, & loquendi facultatem amiſerit tres guttas cum vino perexiguo infuderis, mox & loquetur & validior erit. Si quis quotidie huius olei guttam cum cochleario vini biberit, animo alacri & corpore per omnia membra robuſto euadet: & ſenectutem prorogabit quàm fieri poteſt longiſsimè, nec ab vllo veneno lędetur. Curat etiam fiſtulas, fracturas veteres & chronica vlcera, ſi vini lotione prius ſicciora euadant. Vulnera recentia triduo ſanat illitu. Ficos ani internos externosq́ curat. Medetur varijs affectibus, lepræ, morpheæ, paralyſi, & alijs, ſi quis ieiunus guttam cum vini albi cochleario biberit.

Nonnulli multum gloriantur de ſanguine humano

humano ſublimato, vt quidam Bartolemæus de Montagnana Paduæ faciebat, ſed certè ipſum præparare neſciebat: quo ſi vti volueris, facias ſic. Sanguinem de ſanguineis iuuenibus bono victu vtentibus recens extractũ, quieſcere permitte: & aquam ſupernatantem abijce: deinde cum modico ſalis triti fortiter agita, & in vaſe diligenter occluſo (lutato) reconde in fimo equino per quadraginta dies: demum deſtilla aliquoties, ſuper fæces ſemper aquam refundendo. Vltimo verò habebis aquam mirabilem, quæ cum zulapio aliquo mixta hecticis ſummopere conducet. Fiet autem melior, ſi poſt deſtillationem rurſus quadraginta dies in fimo maceretur. Licebit etiam cum ſanguine alia remedia hecticis ſalubria admiſcere, Guaynerius.

De quatuor elementis extrahendis à ſanguine humano, vide Io. Ganiueti Amicum medicorum 4.7.

De ſanguine humano ſimpliciter deſtillato lege Brunſuicenſem in libro Germanico deſtillationum: Idem hanc aquam & excrementi humani, ſi miſceantur, mirabilia quædam efficere ſcribit. Mihi animus ab huiuſmodi remedijs abhorret.

Io. Braceſcus per ſanguinem humanum allegoricè aliud quippiam & metallicum veteres inſinuaſſe putat, vt recitaui ſupra vbi de Quinta eſſentia in genere ſcripſi. Vlſtadius capite decimo Cœli philoſophorum docens

quomodo fiat quinta eſſentia vini, ſingulis elementis ſeorſim abſtractis: Et hoc (inquit) quod in ſeptima deſtillatione eſt deſtillatum, appellatur ſanguis humanus, quem Chymiſtæ maximè inquirunt, & eſt ipſe aer. Hæc ille. Videtur autem aeris liquor qui in pleriſque deſtillatis oleoſus eſt, ſanguinis humani nomine appellari, quoniam corpus noſtrum ex quatuor humoribus tanquam elementis conſtat: ex quibus ſanguis aeri comparatur, calidus, humidus & pinguiuſculus, &c. Ioan. Braceſci verò ſanguis humanus metallicum quiddam eſt à colore ſic dictum.

De extrahenda quinta eſſentia à MELLE, quæ intrat aurum potabile, lege Vlſtadium capite duodecimo: & capite viceſimo ſecundo: vbi & modos diuerſos præſcribit ad triplicem aquam mellis colligendam, & facultates addit: de quibus capite duodecimo nihil dixerat, & duas tantum aquas diuerſas elicere docuerat.

DE QVINTA ESSENTIA *metallorum.*

IO. Braceſcus in dialogo Raymundi & Demogorgonis, cum aſſeruiſſet quintam eſſentiam humanæ vitæ ſeruandæ & extendendæ vtilem, nõ aliunde quàm ex ſolis metallis haberi poſſe, ſubdit tandem: Cum autem ſecundum opinionem philoſophorum veterum ſingula metalla ſecundum ſimilitudinem, virtu-

tem,

tem, nomen, colorem, & proprietatem in omni metallo sint comprehensa, vt apertè demonstratum est in libro Expositionis librorum Gebri: igitur & hæc nostra medicina, quamuis solummodo ab vno aliquo metallorum extracta fuerit, habebit tamen nihilominus virtutem omnium metallorum & planetarum, & virtutem super totum corpus humanum sanandi plures infirmitates curabiles. Idem voluit significare Io. de Rupescissa de humiditate nostra radicali loquens, & de quinta essentia sub nomine aquæ vitæ: dicit enim aquam ardentem bonam in se continere omnium metallorum virtutem, & non aquã esse vitis, sed vitæ, quia vitam hominibus donet. Qui hac de re plura cognoscere velit & clarius, legat eiusdem Bracesci dialogum quo Gebrum interpretatur.

DE QVINTA ESSENTIA *extrahenda ab antimonio, plumbo, cerussa, ex Vlstadio.*

ESsentia quinta ex antimonio sic fit. Pulue rem antimonij subtilissimum incorpora cum aceto acerrimo destillato, & relinque donec acetum in colorem maximè rubicundum vertatur. Deinde colabis acetũ, & in va se puro aliud acetum destillatum antimonio superinfundes, & pones super ignem modicum donec acetum coloretur. Hoc toties

repetes, donec acetum desinat colorari. Quicquid verò eius coloratum fuerit, per alembicum destillabis in cineribus : defluet autem primo acetum ipsum : post hoc videbis egredi materiam mille colorum : & hæc est illa quinta essentia quæ à philosophis appellatur plumbum philosophorum, & à quibusdam lac virgineum, (differt tamen ab illo de quo infrà dicetur, inquit Vlstadius,) & ferè oleum benedictum colore refert. Hanc pones in pellicano vt circuletur per dies quadraginta. Vulnera exiccat, & vtilis est ad omnes plagas loco balsami : nam facilè & citissimè omnia vulnera curat: & apostematis omnibus mirum in modum confert.

¶Quin etiam ex plumbo vel cerussa extrahitur quinta essentia sicut ex antimonio, superfundendo acetum destillatum per digitos quatuor: postea in fimo digeratur, vt dictum est de quinta essentia herbarum & floru. Deinde destilletur, & primo videbis ascendere ipsum acetum : post ipsum, liquorem quendam oleo similem. Et hoc etiam appellatur oleum plumbi, siue quinta essentia plumbi, & habet in se quandam dulcedinem sicut oleum antimonij. Valet autem contra omnes combustiones ignis & aquæ calidæ, vt contra impetiginem & vesicas cholericas. Notandum tamen est, cerussam prius debere ablui sępius cum aqua rosarum, colando per pannum lineum, donec nil in ipso remaneat de puluere

cerussæ.

cerussæ. Deinde exiccata vsui reseruetur. Sic fieri iubet Bulcasis, & Ioannes de S. Amando super Antidotario Io. Mesuæ.

De extrahenda quinta essentia ex metallis diuersis, vt auro, argento, plumbo, stanno, vitriolo, ferro, cupro, sulfure, auripigmento rubeo, sandaracha, antimonio & marchasita plumbea, qui voluerit leget apud Lullium in libro de Quinta essentia.

Spiritus siuè quinta essentia VITRIOLI laudatur à quibusdam aduersus comitialem morbum & apoplexiam. Spiritus AVRI ad vitia iecoris. Spiritus BERYLLI aduersus renum aut vesicæ calculum. Sed de his & aliis quibusdam infra dicemus inter olea metallica & alibi.

DE AQVIS VITAE *compositis.*

AQuæ vitæ compositæ propriè dicuntur, vbi remedia quædam in ipsa aqua vitæ macerata & simul destillata fuerint: Minus propriè vbi postea adduntur, nec destillantur simul. Sunt & aquæ virtutum seu aureæ dictæ, vbi remedia non in aqua vitæ, sed in vino prius macerata destillantur, de quibus infra scribimus: & harum quædam plurima cum istis quas hîc describimus communia habent: nisi quòd minus vehementes minusq; calidæ & siccæ sunt.

Aquæ vitæ quædam simpliciter remedijs in aquam vitæ infusis fieri iubentur: aliæ in aquam vitæ ter quatérue destillatam. Sunt quibus etiam tempus infusionis seu digestionis præscribitur, vt dies xiiij. &c. Quædam initio trita immittuntur: alia integra, teruntur autem post dierum aliquot fermentationem. Sunt quæ semel tantum destillentur, aliæ bis aut ter. Et quædam in Balneo M. tantum: aliæ in Balneo M. semel & iterum, tertiò verò per cineres, vt quam Vlstadius describit cap. 45. licet illic infusio tantum in vino fiat. Apud eundem cap. 44. Aqua vitæ ter destillanda describitur, cuius prima aqua dicitur Benedicta, secunda Aqua vitæ, tertia mater balsami. Rursus quarundam destillatio sic repetitur bis aut ter, vt aqua prius destillata semper iterũ refundatur super fæces, vt apud Vlstadium cap. 49. & 56. Item aliæ lento igne in Balneo M. detrahi iubentur: aliæ in eodem valido igne, vt descripta Vlstadio cap. 46. Nonnunquam in prima destillatione herbæ tantũ recentes & semina recentia ponuntur cum aqua vitæ: à quibus extractæ aquæ postea adduntur sicca, odorata, aromata & alia, item mel, & iteratò destillantur: deinde ambra, moscho & camphora adiectis, tertiò alembicum semper inuoluendo cum pannis madidis ex albumine ouorum cum farina: Vide Vlstadium cap. 51. 56. Quod ad materiam, nulla ferè sine aromatibus componi-

tur

tur: plerisque etiam herbæ quædam odoratæ adduntur: quibusdam & flores & semina: interdum & aquæ aliæ destillatæ: Item vinum maluaticum, mel, saccharum, ficus: quibusdã deniq; aurum integrum: ego nisi extinguatur in liquore, frustra adhiberi puto. Sed hæc omnia clarius exemplis patebunt. Vlstadius Aquas vitæ compositas numero quatuordecim descripsit, quas nos breuitatis studio omittemus. Aqua vitę cum aromatibus & melle, &c. quater destillanda in Balneo M. legitur apud Vlstadium cap. 53. & alia similiter, sed sine melle, cap. 54.

Mirabilem quandã aquam vitæ describit Vlstadius cap. 56. Primum varia medicamenta recentia iubet digeri in Balneo M. per dies quatuor infusa in aqua vitæ: deinde destillari in cinere igne lento. Postea aromata & alia sicca addit, & per dies quatuordecim digeri iubet: ac iterum destillari in Balneo M. Deinde addit camphoram, rhabarb. crocum, ambram, & moschum. Quòd si aquã inquit, adhuc meliorem desideres, adijce pretiosos quosdam pulueres seu species confectionum diambræ, diamoschi, diamarg. &c. & ducatos aliquot optimi auri cum sacchari selibra: & tribus diebus in tepida aqua Balnei M. digeres, postea destillabis per filtrum in vitris retortis, bene lutatis, ita vt vnum vitrũ altiore situ sit quàm alterũ. Et hæc aqua vitæ (inquit) excellentissima est inter omnes alias.

Aqua vitæ, contra pleroſq; morbos auxilium. In aqua vitæ quater deſtillata impone roſmarinum, cinnamomum, caryophyllos, zinziber & macis, & duos aut tres florenos aureos, quibus hac ratione nihil decedit. Quater deſtillata vtere mane & veſperi ante ſomnum. Varia morborum genera depellit, & iuuentutem reſtaurat.

Aqua vitæ in qua maceratus ſit roſmarinus quid poſsit, vide infra in Oleo roſmarini.

Dianthos facti cum ſaccharo, vncias tres pone in tribus libris vini per triduum vel in aqua vini deſtillata ſemel pro ſenibus, (ea ſcilicet quæ prior manat, non quæ poſterior:) præterea deſtilletur per filtrum. Quidam in alembico deſtillant, & ſeruant ad vſum. Alij miſcent roſatæ nouellæ partem ternam, vt remittant caliditatem & ſiccitatem dianthos.

Aqua vitæ contra peſtem. ℞. Rutę, ſaluię, florum lauendulæ, maioranæ, abſinthij, roriſmarini, roſarum rub. cardui bened. pimpinellæ, tormentillæ, Valerianæ, granorum iuniperi, baccarum lauri, terræ ſigil. boli Armeniæ præpar. ana drach. duas. Dictamni, angelicæ, biſtortæ, corticum citri, meliſſæ, zedoariæ, inulæ campanæ, gentianæ, rhapontici, ana drach. tres. Coriandri præparati, florum borraginis, bugloſsi, ſandali albi & rubri, ſeminis acetoſæ, baſilici, rhabarbari, ben albi & rubri, granorum paradiſi, piperis, ana

ſeſquidrachmam. Zinziberis drach. duas. Cinnamomi, croci, ſpecierum confectionis contra peſtem, electuarij liberantis, elect. de gemmis, diamoſchi dulcis, diacameron, diambræ, diarhodon abbatis, lætificantis Almanſoris ana drachmam. Calami arom. caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, cubebarum, cardamomi, galangæ, agallochi, ana ſcrup. duos. Oſsis de corde cerui, ſpicænardi, camphoræ ana drach. ſemis. Folia auri octo. Moſchi ſemiſcrup. Theriacæ electæ vnc. iiij. Mithridatij vnc. ij. Vini ſublimati rectificati menſuras duas. Deſtillentur per alembicum.

AQVA VITAE CONTRA PEſtem, *à quodam noſtri temporis Medico Solodori in* Heluetia *anno Domini* 1547. *magno & mirabili ſucceſſu comprobata, ita vt vix decimus quiſque ex infectis qui eam ſumpſerunt, perierit.*

R. Margaritas optimas, hyacinthum Orientalem, matrem perlarum, corallos albos & rub. de ſingulis vncias duas. Vnicornis cornu ſeſcunciam. Croci, myrrhæ, boli Arm. terræ ſigillatæ, zedoariæ Venetæ, ligni aloes, eboris, Mithridatij, Theriacæ Alexandrinæ, cinnamomi electi, ben albi & rubei, corticum citri & ſeminum, ſingulorum vncias duas. Sandalorum omnium, de ſingulis ſeſcunciam. Oſsicula de corde cerui nu-

mero duodecim. Granorum pæoniæ, bacca-
rum iuniperi, vtrorumque numero sexagin-
ta. Conseruæ buglossæ vnc. duas. Radicum
tormentillæ dictamni vulgaris, inulæ, astran
tiæ, chelidonij, Libystici vulgaris, morsus
diaboli, ari, Valerianæ, saxifragę illius quam
Germani bibinellam vocant, angelicæ, de sin
gulis istarum stirpium radicibus vnc. duas.
Saluiæ, scabiosæ, rutæ, mentastri, pulegij, cen
taurij minoris, absinthij, rosarum alb. & rub.
de singulis manipulum. Liquorum destilla-
torum, rorismarini, gentianæ, melissæ, be-
tonicæ, rosarum syluestrium, sonchi siue ci-
cerbitæ quam nostri carduum anserinum vo-
cant, cardui benedicti, hyssopi, florum borra-
ginis, plantaginis maioris, iridis, singulorũ
vncias quinque.

Liquores destillatos, vt decet, in Balneo
M. miscebis cum optimo vetere vino Alsati-
co, aut potius cum aquæ vitæ sexies destilla-
tæ libris quatuor, in valida cucurbita vitrea
mensurarum quatuor capace: quam bene lu-
tatam per quatriduũ in Balneo M. relinques.
Deinde hyacinthos, corallos, margaritas &
matrem perlarũ in calcem rediges igne vren
do, & super marmore cõteres diligentisime
ita vt nulla amplius asperitas tactui se offe-
rat. Hunc puluerem in vase aliquo impones,
& cum aqua rosacea dilutum defundes: &
quicquid asperiusculum remanet, quod non
miscetur cum aqua iterum teres & denuo di-
lues.

lues. Corallos quidem tritos liceret per dies quatuordecim in ſucco berberis impoſitos in aquã reſoluere, qui modus melior videtur. Poſthæc radices mediocriter contundes, & ſimiliter iuniperi & pæoniæ ſemina: herbas verò diſcindes. Deinde in validam cucurbitam vitream ſex menſurarum capacem immittes herbas, radices & gemmas cum roſacea dilutas, & ſuperinfundes aquã vitæ, quæ cum liquoribus ſtillatitijs in Balnéo M. digeſta eſt: & luto ſapientię munitam cucurbitam impones in foueam, quã in loco humido exci târis, vt in cella aliqua ſubterranea, altitudine duorum cubitorũ, longitudine & latitudine ferè quatuor cubitorum, quã fimo equino & calce replebis alterno ſitu ſtratorum, vt vocant, ita vt pedes duos ſupra foueam emineant. In huius medio cucurbitam relinques per menſem. Deinde paulatim remoto fimo aufe-res eam, & materiam quã continet deſtillandam, in ſex minores cucurbitas diſtribues, & in Balneo M. deſtillabis igne tam lento vt ab vnius guttæ ad alterius delapſum decem vnitates ordine numeres. Omnino enim cauendum eſt, ne iuſto calidius ſit Balneũ. Peracta deſtillatione fæces in ſingulis cucurbitis relictas rude ſiue bacillo aliquo mediocriter agitabis, & aquam à ſingulis detractã denuò ſuperinfundes, ac iteratò deſtillabis igne lento vt prius. Hac etiam deſtillatione finita, fæces omnes effunde: & liquores in ſex cucurbitis

collectos distribue in duas cucurbitas, quarum vtraque tres mensuras capiat, & in Balneo Mariæ leniter destilla. Sic habes thesaurum & incomparabile aduersus pestem remedium. Vsus est tum ad præseruandum, tum ad curandum, imperato sudore post eius potum, & cætera. Cum primum autem aliquis se peste infectum senserit, (modo ne post viginti quatuor horas id fiat, post enim id tempus nulla aut minima remediorum spes,) semuncia huius liquoris epota, in lecto mediocriter opertus sudorem expectet, in cubiculo, vbi aeri aditus sit exclusus. Incipit autem sudor ferè post sesquihoram, & perferri debet vt minimum tribus horis: præstabit autem si paulò plus vel quatuor horis sudetur, nullo interim potu admisso, & facie subinde abstersa linteo. Postea paulatim remotis stragulis & absterso corpore, cum surrexerit æger, hordeum coctum, aut paucam tostam farinam arenæ in iusculo edet admixto aceto rosaceo, aut simplici; quod etiam per dies octo semper admiscebitur cibis eius. Pro potu sumet hordei decoctum cum passulis & glycyrrhiza, bene refrigeratum, quantum libuerit: & vino per tres aut quatuor dies abstinebit, postea diluet aqua. Cibo igitur post sudorem sumpto, lectus nouus ægro parabitur, aut permittetur ei pro arbitrio in cubiculo, sed absque aere, versari, per tres quatuórue dies. Quòd si à sudore internū calorem adhuc per-

ceperit.

ceperit, bibat liquorem destillatum ex refrigerantibus, vt papauere erratico, moris, intybis, floribus sambuci, aut acetosa. Et si inter sudandum, vt sæpe fit, anthrax aut bubo exoriatur, hoc remedio vteris. Cepam parte aliqua rescinde, excaua, & in cauum impone theriacam, tormentillam, dictamnum, diligenter trita, partibus æqualibus, & partem rescissam repone, & inuolue stuppa humida, & sub cinere per sex horas assato, tum in pila tritam, per linteolum aceto rosaceo affuso exprimito. Inde madidum linteolum loco impones, & quoties inaruerit, rursus madefacies. Quod si quis semel in mense semuncia huius liquoris pota sudauerit, præseruabitur. Proderit etiam si quis quotidie mane vnam aut alteram guttam ore aliquandiu retinuerit.

Aliam aquam vitæ tum ad pestem tum alios morbos commendatam describit Vlstadius cap. 46.

Aqua vitæ seu quinta essentia, cuius præsentaneus est affectus aduersus venena, præsertim ex animalibus morsu ictúue relicta, à Matthæolo Senensi descripta libro 6. commentariorum in Dioscoridem. Libra antidoti nostræ iam descriptæ, (cuius descriptionem nos breuitatis causa omittimus, licebit autem eius loco ponere optimam theriacam, vel Mithridatium vel aliam efficacem antidotum) et libra syrupi de corticibus citri, misceantur cum libris quinque aquæ vitæ toties destillatæ,

vt ad quintam essentiam peruenerit, & ponantur in cucurbita vitrea dupl@capacitatis, (hoc est librarum quatuordecim) & eam bene lutatam tandiu leniter commoueto, donec antidotus tota resoluatur & misceatur cum liquore. Sic per mensem relinques, bis in septimana similiter mouens aut agitans. Exacto mense aquam claram, quæ supra antidotum in fundo subsidentem ascendit, paulatim & leniter defundes in aliud vas vitreum, & optimè obstructum reseruabis. Hic liquor tam efficax est, quod innumeris experimentis mihi constat, vt si media eius vncia è vino bibatur, aut cum aliqua aqua destillata idonea, aut etiam per se, hominem veneno ex morsu ictúue cuiuscunque animalis infectum restituat, etiamsi & vocem & sensus iam amiserit, & magna cum admiratione omnium reuocet. Vt plurimum etiam humores iam infecti vomitu reddũtur. Eadem vis est contra venena quæ quis in cibo aut potu sumpserit. Est enim huius liquoris vis adeò subtilis & efficax, vt vel momento temporis omnes corporis venas penetret. Similiter etiam aliis multis & diuersis affectibus medetur, vt eruditus quisque medicus per se æstimabit: in primis verò pestilẽtiæ resistit, tum præseruando tum curando infectos, Hęc Matthæolus.

Aqua vitæ ad colicam affectionem. In mẽsuram aquæ vitæ rectificatæ immittes cinnamomi semunciam, nuces moschatas duas aut

tres

tres, caryophyllorũ ſcrupulos duos, ſingula trita, diei ſpacio, & deſtillata inde aqua in alembico vitreo, cochleare plenum ægro propina, Andreas Furnerius.

Aqua vitę Georgij à lapide. Cinamomi, cubebarum, zinziberis, nucis moſchatæ, caryophyllorũ, galangę, ſingulorũ, vncia. Saluię recẽtis vnciæ quatuor. Vini ſublimati ſexies ex vino optimo & non ex fæcibus, ad pondus omniũ, id eſt vnciæ decẽ. Deſtillatæ per alembicũ aquæ quotidie tantũ ſumi debet quantum auellana caperet. Hac vſum aiunt M. Gallum phyſicũ Caroli Imperato. & vixiſſe ãnis 124.

Aqua virtutum nobiliſsima, auro & argento pręferenda, ex libro quodam manuſcripto. Caryophyllorum, cinnam. macis, galangæ, zedoariæ, baccarum lauri, granorum paradiſi, ſingulorum ſemunciam, pulegij, ſaluiæ, hyſſopi, rutæ, betonicæ, ceri folij, camphoræ, ſerpẽtinę, ſing. ſemunciã, granorũ iuniperi, ſem. fœniculi, ſem. petroſelini, ſem. aquilegiæ, ſileris montani, florũ coſti, ſem. apij, herbæ paralyſis, caſtorei, ſing. drachmas duas. Libyſtici, ſpicænardi, cubebarũ ana vnciam, pimpinellę vncias duas. diatr (vox eſt corrupta) drachmas duas. Hæc omnia in vino deſtillato per dies quatuordecim, deinde colabis vinũ, ſpecies cõteres & rurſus admixtas vino per dies octo relinq; & deſtilla: & tandẽ inijce aliquot folia ſaluiæ recentia. Vires ei attribuuntur ezdẽ oẽs quas ſupra ſcripſimus in aquis virtutũ

quæ circiter viginti vni ex eis attribuuntur: Sanitatis conseruatio, iuuentutis restauratio, & aliæ, quæ etiam ferè simplici aquæ vitæ rectificatæ adscribuntur.

Aqua vitæ quædam in libro quodam manuscripto contra lepram & pestilentiam commendatur: ad cuius compositionem fumus terræ, vrtica minor, folia bedeguar, in vino macerantur in Balneo M. per mensem, deinde destillantur iniecta etiam auri in puluerē redacti drachma, deinde additur vinum destillatum quod cum pipere sit decoctum, vt æqua sit vtriusq; liquoris portio: qui iuncti & per octo dies simul in balneo M. macerati iterum destillantur. Huius aquæ cochleare quotidie mane bibi iubetur per mensem, & loca leprosa inungi. Purgari ea sanguinem aiunt, & congelatum dissolui, & totam corporis temperiem inde mutari: & si credere fas est, omnes ferè morbos curari.

Aqua vitæ Empirici cuiusdam, ad diuersos morbos peculiari quodam & egregio apparatu composita. Pedis coruini, iuæ moschatæ, saluiæ, turionum ebuli, betonicæ, hyperici, chamædryos, samsuchi, chamæpityos, origani, pulegij, hyssopi, rutæ, caryophyllatæ, gentianæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum manipulus sesqui, Polypodij, schœnoanthi, spicæ, cassiæ ligneæ, folij, singulorum drachma. Baccarum lauri drachma semis. Chamæmali drachmæ duæ. Nucleorum persicorum, balsa

mitæ,

mitæ,pimpinellæ,chelidoniæ,agrimoniæ,sin gulorum vnciæ duæ, Rosmarini vncia. Dictamni, tormentillæ,scabiosæ albæ, singulorum vnciæ quatuor. Seminis bardanæ sescuncia. Anisi,fœniculi,serpylli,alkekengi,granorum iuniperi,petroselini,singulorum semuncia. Sauinæ,nasturtij, vtriusque manipulus semis. Carui,cumini,seselios, singulorum drachma semis. Cineris vespertilionis,tamarisci,radicis ireos cum floribus, singulorũ sem vncia. Ex his omnibus fiat puluis qui diuidatur in sex partes: quarũ vnam pones in aqua vitæ ter destillata, & relinques fermẽtari per diem naturalem,tum destillabis, & postea aliam partem pulueris in aqua ista destillata fermentabis destillabisq; similiter, & sic deinceps singulatim cæteras quoque partes omnes fermentatas destillato, & vltimum liquorem serua. Deinde, Nucis moschatæ, macis, cardamomi, folij, cinnamomi, zedoariæ, singulorum vnciæ tres. Agallochi,sandali albi & rubei,singulorum vnciæ duæ. Ossium de cordibus ceruinis, vncia, Theriacæ veteris, vncia. Zingiberis,amomi,cubebarum,granorum paradisi,galangæ, piperis, singulorum vnciæ quatuor. Moschi electi vncia vel plus, saltem non minus semuncia. Trita hæc omnia ponantur in prædicta aqua per triduum, deinde iterum destillentur lento igne in balneo Mariæ,ter,semper refundendo aquam abstractam super fæces. Tandem adde huic liquori

olei oliuarum clarissimi quartam partem, & tantundem mellis optimi despumati, & cum per diem quieuerint destilla vt supra. Vtilis est hic liquor dolori capitis, epilepsię, manię, vertigini, obscuritati visus, deficienti auditui, pectori obstructo, cardiacæ: item contra venena, chiragram, podagram, guttam, arthritim. Sanguinem purgat, febres omnes de frigida causa tollit, stomachum roborat. Curat colicam, ileon, diabeten, splenis & iecoris obstructionem, aquam hyposarca, & passiones omnes ex frigida causa natas. Denique selectissimum est remedium pro conseruatione corporis. Propinatur quantum dimidia nux auellana caperet cum cyatho puri vini albi.

Alia. Mellis despumati libram. Aquæ vitæ selibram, ligni aloes vncias tres. Gummi Arabici vncias duas. Nucis moscatæ, galangę, cubebarum, cinnamomi, mastiches, caryophyllorum, spicęnardi, moschi, sin. drachmas tres. Ambræ drachmas duas. Hæc omnia pariter trita misce liquidis, & destilla. Hæc aqua fœtentem animam emendat, dentes dealbat, surditatem & tineam capitis curat: & omnia vulnera sanat, si intinctum ea linteum superponatur, deniq; iuuentutem conseruat, & amissæ speciem reuocat.

Aqua magnę virtutis in paralysi, quam amicus quidam ceu experimẽtis cognitam nobis, communicauit. Caryophyl. galangæ, zedoariæ,

doariæ, nucis moscatæ, piperis vtriusq;, baccarum iuniperi & lauri, corticum citrij & arantij, zinz. albi, foliorum saluiæ, ozimi, libanotidis, samsuchi, menthæ, pulegij, gentianæ, florum sambuci, rosarum rub. & albarum spicæ, ligni aloes, cardamomi, cubebarum, calami aromatici, stichadis Arabicæ, chamædryos, chamæpityos, macis, mercurialis, sem. artemisiæ, caricarum, passularum, dactylorum sine ossibus amygdalarum dulcium & amararum, pineorum, singulorum drachma. Consolidæ vtriusq;, virgę pastoris, ben albi & rub. singulorum drachmæ duæ. Scolopendrij sesquidrach. Laureolæ drach. semis. Mellis albi drach. quinque. Sacchari libræ tres. Theriacæ, Mithridatij vtriusque vnciæ quatuor. Aquæ vitæ quater destillatæ libræ sex. Destillentur in vase duplici, lento & continuo igne, donec mutetur color, tunc muta recipientem, idq; ter facies.

COMPOSITIONES DVAE *aquæ vitæ ex Raimundi Lullij libro de aquis.*

IN sequentibus aquis vitæ compositæ etsi Raimundus non exprimit vinúmne medicamentis an aqua ardens, vt simul destillentur, addi debeat: visum est tamen hoc loco eas recensere, quòd Raimundus videatur omnino in aqua ardēte, hæc remedia destillari

velle, potius quàm in vino, vt qui vbiq; liquores perfectiores & sæpius destillatos probet.

℞. radicum fœniculi rusci, capillorum Veneris, asparagi, raphani, petroselini, eryngij, milij solis, endiuiæ, scariolæ, singulorum partes æquales, misce & lento igne destilla. (Apparet hunc liquorem mouendæ vrinæ, & aduersus calculos vtilem esse.)

Alia. ℞. Caryoph. nucis mosc. mastiches, doronici, zedoariæ, galangæ, piperis longi, corticum citri, saluiæ, sambuci, (forte samsuchi,) anethi, spicæ nardi, ligni aloes, cubebarum, cardamomi, lauendulæ, mentæ, pulegij, origani, calami aromatici, sticados vtriusq;, chamædryos; chamæpityos, (singulorum partes æquales,) & parum moschi. Trita destillentur. (Facultates sunt eædem quæ aquæ vitæ simplicis, sed longè efficaciores. Vel eædem quæ supra alijs aquæ vitæ compositis ex pluribus medicamentis attribuũtur.) Deinde sequitur aqua ex multis remedijs frigidis composita, non suo loco (vt videtur) quam supra commemoraui, in Essentia quinta frigida. Deinde subijcitur Aqua vitæ perfectissima, (vt vocat: nimirum quòd ex plurimis ijsq; calidissimis composita sit.) ℞. Euphorbij, serapini, opopanacis, pyrethri, capparis, schœnoanthi, spodij, bdellij, piperis longi & albi vel nigri, cubebarum, castorei, zedoariæ, singulorum partes æquales, quibus addes mastichen bonam; & parum ambræ,

croci,

croci, & ossis de corde cerui. Item. ℞ omnia antedicta in aquis compositis, & igne lento destillentur. Est enim aqua mirabilis, & remediorum omnium mater ac princeps: cuius mirabiles & innumeræ sunt virtutes contra omnes passiones frigidas. Et fit tali modo, &c. subiungit autem destillandi modum per serpentinas, vt vocant, & alia addit quæ omnia aquæ vitæ simplici conueniunt, vt codicem nostrum librarij culpa mutilatum existimem.

DE REMEDIIS QVAE AQVAE *vitæ miscentur citra destillationem, primum intra corpus, deinde extra.*

SAepe instrumenta, tẽpus aut sumptus aliquem deficiunt, quò minus medicamenta quorum vim impressam vellet (ceu per metempsychosin quandam) in Aquam vitæ, per destillationem ei admisceat, qui vnus miscendi optimus modus est, nam & per digestionem seu præparationem in moderato calore primum aliqua mixtio fit, deinde in destillatione dupliciter, vaporum primò per minimas & tenuissimas spirituum partes, deinde guttatim cum in aquam concrescunt, mixtionis verò omnis perfectionem & colophonem circulatio imponit, & sanè nulla quam homines moliuntur mixtio, propius imitari potest na-

turalem: Quod vel hoc argumento à fine & effectu sumpto constat, quoniam hoc modo parata & mixta, minus quàm vllo alio corrumpuntur: & simplicissimam quandam purissimamq́ essentiã nacta, vt omnino ad sensum simplicia, & ætheree seu quintæ essentiæ similia videantur, ad incorruptionem quandam, quoad eius fieri potest, perueniunt. Hoc quidẽ constat, quod quæq; res minus exactè & per omnia mixtas è quib. constat partes habuerit, eò viciniorem esse corruptioni: quod primum & præcipuè in ijs quæ meteora dicuntur corporibus, deinde alijs multis siue per naturam siue per artem mixtis, facile intelligitur. Sed quoniam in diuersis adeò hominum conditionibus alij alijs de causis impediti, non semper quod optimum est sequi possunt, si quinta essentia fieri non possit, secunda saltem aut tertia, aut quotquot licuerit, destillationes lento igne repetantur. Multò melius enim omnis mixtio peragitur paulatim & lentè, quàm subitò & violenter. Et si destillare simul cum aqua vitæ remedia, quorum vim miscere ei desideramus, non licuerit: contrita saltem aliquandiu in ea macerentur: attrahit enim ad se omnium ei impositorum vires. Extat Arnoldi de Villa noua liber, aut Rogerij potius, quem manuscriptum habeo, in quo docetur singillatim ad quos affectus & morbos, quæ medicamenta in aquã vitæ maceranda infundi debeant, per singulas

las corporis partes, quas ille duodecim zodiaci ſignis attribuit.

Gentianam aduerſus grauiſsimos quoſdam morbos & venena antidotum eſſe optimam, multis hactenus ſeculis notum eſt: ſed multò efficacius pollinem eius cum aqua ardente faucibus pecorum, quæ veneno in cibo potúue vel morſu ictúue læſa ſciunt aut ſuſpicantur, quidam infundunt: & ſi gentiana deſit, ipſam aquam ardentem per ſe. Ad hominis morborum quorundam remedia, præſertim thoracis, apomeli addi poteſt: nam et alio qui in delicijs quibuſdam apomeli cum aqua ardente mixtum, & inadidus eo toſtus panis, pro ientaculo ſumitur. Poteris & arte deſtillatam ex gentiana cum vino aquam cum apomelite aut vino aromatite dulci contra diuerſos morbos propinare.

Abſinthite vinum præſtantiſsimum aliqui hunc in modum parant. Abſinthij, præſertim ſicci, comis aquam ardentem optimam ſuper infundunt, & tantundem vini maluatici: huius cochlear paruum miſcent cum paruo vini hauſtu & propinant. Sic ſtatim & efficaciter fit, & diu conſeruatur: ego in colica aliquando feliciter propinaui. Eadem ratione in alijs etiam tum herbis tum aromatibus, &c. vti licebit. Nam & breui tempore ſic virtus extrahitur: & gratior fit potus, & ſatis longo tempore conſeruatur.

Aqua vitæ viridis. Meliſſæ & balſamitę,

quas in vmbra ſiccaueris, illius vncias tres, huius duas, infunde in libras quatuor aquę vitæ quater deſtillatæ in balneo M. per dies octo, deinde vtere (ſiue per ſe, ſiue) admiſcendo ei alias aquas vitæ compoſitas, ad confirmandum ſtomachum. Oportet autem in vmbra ſiccatas eſſe herbas, vt viridis & pulcherimus color reddatur. Nam ſi in Sole ſiccâris, aqua fiet óbſcura ceu ſuccus alicuius herbæ, Vlſtadiùs capite 56. Licebit & alijs coloribus tingere, qui ſimul & coloris gratiam & remedij vim augeant, vt croco, paſtinacis luteis & rubentibus aridis. Sunt qui per æſtatem ceraſa acida nigra addunt, vnde etiam ſapor fit gratior, & calor minus remittitur.

Aquæ ardenti quidam inijciunt mentam conciſam & contuſam, inſolantque per quatuor aut quinque dies, poſtea colant, & rurſus inſolant. Hac extremum naſum illinunt aduerſus corruptum & peſtilentem aerem.

¶HIS SVBIICIAM AQVAE ARdentis *vſum cum alijs medicamentis extra corpus.*

MVlti vngentis calidis, qualia ſunt, Martiatum, Arragon, dialthæa, vſus tempore aquæ ardentis aliquid miſcent, & ita inungi iubent.

Aqua cerebro calorem fouens ac reſtituēs, qua perfricandum eſt caput. Aquæ vitę vncię

duæ

duæ. Moſchocarij, caryophyllorũ, ſamſuchi, cubebarũ piperis longi, ſing. drachma ſemis. Trita miſceto, capitiq; infricato aliquandiu. Sunt qui euphorbij ſcrupulum ſemis addant. Epiphanius Empiricus, alij alia odorata & calida addunt, vt Saluiæ vncias ſex. Rutæ, zinzib. granorum paradiſi, cinnami, florum roriſmarini, corticum citri, ana ſemunciam. Olei laurini vnciam. Spicæ drachmam. Caſtorei ſeſqui drachmã. Et in deſtillato liquore ſupſpendunt moſchi & ambræ, vtriuſq; granum. Hunc illitum capiti prodeſſe aiunt, etiã odore, paralyſin & apoplexiam auertere.

Aqua mirabilis ad pudendorum abſceſſus, eiuſdem. Ouorum vitellos tres ad duritiẽ toſtos & minutim inciſos pila cõteres: aquæ vitæ heminam ſuperinfundes cum ſcrupulo aluminis, drachmis duabus camphoræ & dimidia æruginis, ſingulis contritis. Macerata aliquandiu per linteum validè exprimes. Hoc liquore imbuta linamenta ter quaterue per diẽ vlceribus imponantur, miraberis effectum.

Aqua pro lauandis partibus paralyticis. Myrrhæ, aloes, ladani, terebinthinę, caſtorei, ſing. drachmas duas, zedoariæ, galangæ, cubebarum, nucis moſch. piperis longi, pyretri, ſingulorum drach. tres. Herbæ paralyſis, iuæ arthriticæ, ſtichados Arab. ſaluiæ, ſamſuchi, mentæ, pulegij, centaurij minoris, roſmarini, ſingulorum ſemũciam. Omnia trita infundes in aquæ vitæ deſtillatæ libras duodecim per

tres dies: Vt reperi in libro quodam manuscripto: sed forte nimia est aquæ vitæ mensura: nam ad singulas libras eius, sex drachmæ tantum (cum scrupulo forte) specierum adduntur.

In Gallico morbo interdum fauces & guttur ex prauis destillationibus eroduntur, quibus nisi succuratur, sæpe gargareon absumitur, sæpe vsq; ad ossa transit corruptio. Itaq; purgationes & diuersiones fieri debent, &c. Fit & aqua ad id mirabilis: destillat theriaca in aqua vitæ & aceto per alembicum, aqua exit limpidissima virtutum multarum: præcipuè autem valens vbi profundius conduci vis medicamēti debet: si ergo bolum Armenium aut sphragîda in eo dissolueris, ac partes erosas tetigeris, & seminaria eius contagionis absumes, & erosionem omnem sanabis, Fracastorius libro 3. de contagione.

DE AQVIS DESTILLATIS *compositis, sed alijs quàm cum aqua vitæ.*

AQuas quæ ex duabus aut pluribus medicamentis permixtis destillatæ sunt, compositas voco. Harum aliæ medicinales sunt, aliæ odoriferæ, aliæ cosmeticæ, id est ornandi gratia inuentæ. Sunt quæ simul duo ex his aut etiam omnia præstent: nos vnamquanq; tamen ad vnum genus referemus, in quo scilicet magis excellit. Medicinalium rursus a-

liæ intra corpus ſumuntur, aliæ extra tantum adhibentur, aliæ vtrobiq;. Nos duo tantum capita inſtituemus, nam licet quædam vtrobiq; vſurpentur, magis tamen vel intus vel extra. Nunc earum quæ in corpus ſumuntur, quædam ſimpliciores ſunt, quas priore loco deſcribemus: ſecundo ex pluribus compoſitas. De aquis vitę compoſitis, vbi ſpecies in aqua vitæ ſimplici macerantur, ſeparatim ſcripſimus: Hic reliquas, vt dixi, & quas caponum aquas vocant ponemus, & vnam cum medicamentis aliquot in ſanguine porci infuſis.

In vino macerari & poſtea deſtillari, de ijs præcipuè herbis & medicamentis inſtitutum videtur, quæ per ſe parum ſucci habent, vt ſaluia, beronica, meliſſa, abſinthium, &c. quæ inſuper odorem ſuum, attrahente illum ac imbibente vino, ne ob tenuitatem diſſipetur, ita firmius retinent. Dicemus autem hic etiam de quibuſdam in vino macerandis, ſed recentibus. Nam ſupra de aridis in vino alióue liquore maceratis atq; ita deſtillatis egimus.

Beronica, vulgò dicta ꝛerenbꝛeyß, in vino per dies aliquot maceratur, & ſimiliter meliſſa. Vires nimirum eædem ſunt, ſed efficaciores tenuioresq́;, quæ herbis ipſis per ſe.

Meliſſa id eſt citraria (inquit Lullus) ponatur in vino ad deſtillandũ. Huius vini cochlear bibatur à ieiuno. Intellectum, & ingenium acuit, memoriam auget. Cui lingua impeditur, is linteum hoc vino madidũ linguæ impo

nat, & rectè loquetur, nisi balbutiat naturaliter. Epilepticus cũ pauca theriaca ieiunus bibat, & perfectè curabitur. Curat anhelitum fœtentem, & aufert dolorem dẽtium. Carnes vel pisces in eo positi non putrescunt, & seruari possunt quàm diu libuerit. Vino corrupto infusum, id restituit. Calculos frangit, vrinam & menses prouocat. Valet contra iliacos & renum dolores. Contra scrophulas bibi debet, & emplastrum ex herba fieri. A ieiuno pota rumpit omnes internos & latentes abscessus. Sanat omnes punctiones, quæ ad cor aut latera feruntur. Omnibus vermium intra corpus generibus, aduersatur. Omnes deniq; corporis tum viui tum mortui corruptiones tollit: & omnia quæ tangit sanat, seruatq; in bona sanitate, & bona virtute. Spiritus exhilarat, omnibus membris confert, & sanat genera guttarum frigidarũ. Neruos super omnia confortat. Vtilissimum est contra scabiem ex frigore generatam. Visum bibentis acuit: caliginẽ & lachrymas & superfluos humores oculorum tollit. Pectori salubre, concoctioni vtile contra malos humores quibus impeditur. Cum bono vino potum, appetitum ciet. Labes, lenticulas siue maculas faciei inde ablutæ abstergit, quod si adiecto pauco balsamo facies lauetur, bonitas coloris efficitur. Gingiuas curat. Odor eius occidit omnes muscas & vermes. Hydropẽ sanat cuius causa est

ſrigida: & choleram ſuperfluam, potu & ab-lutione. Omne genus vulnerum vtiliter eo abluitur, & ſic ab omni putrefactione præſeruatur. Omnia febrium genera ſanat, maximè quartanas. Sancti Lazari morbus huius vini potu creſcere prohibetur. Prodeſt etiam iis quorum imminutum eſt cerebrum, & phreneticis. Item ſi quis caſu ederit araneam, & ſtatim hoc vinum ſuperbiberit, veneno lædi non poteſt. Hæc Lullius. Meliſſa contuſa in vino per noctem maceratur. Deſtillatam hãc aquam quotidie potam vel (&) in ore retentam apoplecticos ſanare aiunt: item comitiales, hydropem, quartanam, alioſq; varios ex bile atra aut pituita affectus. Datur etiam ad vuluæ ſtrangulationem & dolorem dentium. Remaclus F.

Aqua centaurii minoris, auro comparanda. ℞. Gentianæ partem vnam, centaurii partes duas. Trita & quinque diebus in vino macerata deſtillato. Hæc aqua mane & veſperi pota præſeruat corpus ab omni morborum genere: omnia apoſtemata excludit: bonum colorum facit. Peſtilentiæ reſiſtit: phthiſicos ſanat: ſtomachum repletum inanit: calculum in renibus frangit: aquoſos ſplenis humores ſeparat: menſes promouet, ſi nouem diebus quotidie mane bibatur, & vterum expurgat. Item purgat omnem bilem & ſanguinem corruptum. Omnes plagas intra corpus ſanat: viſum clarificat. Morſus venenoſos curat.

Ad vulnera quidem ſananda centaurij etiam puluis imponi debet, Lullius in libro de Aquis. Quidam hodie aridas gentianę radices in vino macerant, & aquam inde efficacisſimam deſtillant.

Saluiæ & pulegij partes æquales in mortario contuſas deſtilla. Hęc aqua calefacit hominem nimis refrigeratum. Coctam cum caſtoreo quotieſcunq; aliquis biberit ca. (calidam vel eã) per tot dies prolongat vitã eius vſq; ad tempus ſtatutũ à Deo. Nec poteſt eſſe quiſquã tantopere refrigeratus, quin ea pota cum caſtoreo nouem diebus perfectè ſanetur. A ieiuno pota remouet malum ventris, & omnem guttam, & ſcabiem, & facit bonum ſanguinem, optimum colorem in facie: & ad alia multa prodeſt, ter die pota, Aegidius.

Aqua de iuniperi baccis recentibus vino maceratis deſtillatur. Ego aridas in vino maceraui, vnde liquorem deſtillatum optimum & odoratum habui.

Iridis radices cõtuſę per duos aut tres dies in vino albo macerantur, & deſtillantur.

Sed quarumuis herbarum radices, quæ in vſu medico ſunt aut eſſe poſſunt, conciſæ minutius & dies aliquot in vino maceratæ, aquam reddunt eiuſdem facultatis, ſed tenuioris, &c. Minus autem vini affundi debet recentibus radicibus, quàm aridis: & forte illis etiam minus, quæ aut refrigerare debent, aut modicè calefacere: quare eaſdem recentes potius quàm

tius quàm aridas destillabimus, vt pauciore vino indigeant: aut si recentes desint, in aqua potius macerabimus aridas, aut in alio quopiam liquore idoneo, aceto interdum, præsertim ad vsus extra corpus.

Gualtherus Ryffius radices in vino maceratas destillandas enumerat, quæ sequuntur: Allij, Angelicæ satiuæ & aquaticæ, ari, aristolochiæ cauæ quam vulgò sic Germani vocant, asari, bistortæ, bryoniæ, carlinæ, dracunculi, eryngij, hibisci, hirundinariæ, iridis, inulæ, lapathi, liliorum, mei seu dauci cretici, pæoniæ, pastinacarum, petasitæ, peucedani, pimpinellæ seu potius saxifragiæ: polygonati, pyretri, raphani cõmunis & syluestris, raporum, rubiæ, satyrij, scrofulariç maioris, symphyti maioris, Valerianæ. Hic dum suas singulis facultates adscribit integrũ librum facit, cum tamen alias vires non adferat, quã quæ remedijs ipsis simplicibus etiam ante destillationem attribuuntur, quod vno verbo ipsum ab initio monuisse satis fuerat. Et sanè miror cum tanto studio libros transcripserit, & sua omnibus modis ad magnitudinem augere conatus sit, cur alias plurimas radices omiserit, imò potius cur non omnes quç in vllo sunt medicorum vsu enumerauerit cũ suis singulas repetitis facultatibus, quod quidem ne faceret non voluntatem ei, sed memoriam festinatione impeditam defuisse puto.

Raphanum syluestrem, quem vulgò maio

rem vocant, in vino per aliquot dies maceratum, minutatim concisum, efficacem stillatitium liquorem reddere crediderim: facilè enim acrimoniam suam deponit in liquores in quibus maceratur, ita vt etiam dulces quædam radices, vt pastinacæ, simul cum eo in aceto maceratæ, acriores euadant, raphani verò segmenta suam acrimoniam exuant. Aduersus calculos quidem in aceto macerari poterit, vnà cum apij radice & aniso, &c. & destillari in cineribus.

Pyretri radix recens (vel etiam arida) contrita & in vino macerata destillatur: vel etiam ad dentium dolores & apophlegmatismos, in aceto siue recenti siue destillato, vt docet Ryffius.

Aqua vtilis aduersus dentium putredinẽ. Radices pyretri tenuissimè contritas cum vino generosissimo misce: & fac mixturam quæ sit similis aquæ vitę compositę: hanc per alembicũ destillabis. Vsus tempore cochlear plenum gustabis, (ore continebis,) mane vel quando volueris: nam breui senties remedium. Sanat dentes infirmos, corruptos, concauos: eosdem purgat & clarificat. Et ad omnem putredinem siue immunditiam oris extrahendam, & per sputum exercendam prodest, Innominatus.

Aqua ad epilepsiam, cuius duo vel tria cochlearia in ipso paroxysmo dari debent, ab amico nuperrimè nobis cõmunicata. Aquam angelicæ,

angelicæ, quam in vino optimo per triduum præmacerare poteris, & aquam lauendulæ, pari portione miſce & da patienti.

De vino & lacte ſimul deſtillatis, ſcriptum eſt ſupra in ſimplicibus aquis ex animalibus.

AQVAE COMPOSITAE QVAE *dam, vel ex remedijs per ſe, vel cum aqua fontana deſtillandis, ex Rogerij Tractatu 4. cap. 6.*

AQua extracta è folijs hyſſopi, leuiſtici, ſatureiæ, praſſij, inula, & floribus iridis & trifolij illius quod multos flores gerit ad magnitudinem nucis gallæ cuius flores ſi ſugantur ſuccum dulcem reddunt. Humores phlegmaticos thoracis diſſoluit, ſputum attenuat, promouet & incidit.

Aqua deſtillata ex gummi Arabico, tragacantha alba, glycyrrhiza, violis, maluis, omnibus in aquam infuſis & deſtillatis. Caliditatem pectoris reprimit, & ſiccitatem emendat.

Aqua foliorúm plantaginis, quinqueruię, tormentillæ & roſarum, ſi bibatur cum vino calido, pectoris vulnera ex cauſa calida conſolidat, & dyſcraſiam calidam alterat.

Aqua extracta è folijs vel floribus iaceæ albæ vel nigræ, verbaſco, roſis, ſauina, lappa inuerſa, intemperiem thoracis frigidam expurgat.

mendat, phlegmaticos humores consumit, & vulnera thoracis ex frigida causa consolidat.

Aqua destillata è menta, betonica, melissa, balsamita, satureia, saluia, serpillo, polio, pulegio regali, hasta regia, ex folijs singulorũ: capitis & stomachi infirmitati ex causa frigida medetur, fluxum ventris eadem ex causa sistit, concoctionem iuuat.

Aqua è floribus violarum & maluarum, alterat & laxat.

DE AQVIS VIRTVTVM SIue *Aureis, & alijs quibusdam compositis ex pluribus remedijs, cum vino destillatis.*

AQuæ virtutum, quas Germani aureas nominant: omnes destillantur aromatibus & herbis odoratis, (præcipuè saluia, quæ tanquam basis in hisce aquis compositis videtur,) per dies aliquot prius in vinum infusis: & in vsu frequentiore sunt foris adhibitæ quàm intra corpus sumptæ, præcipuè ad spiritus suo odore confortandos, & contra capitis dolores, &c. Sunt qui simpliciter in vino infundi iubeant, alij vase optimè obturato (quidam in lagena stannea) posito in cella vinaria, in fimo equino, in balneo Mariæ, in Sole, in paleis aut stramento conciso, in calce cui aqua pluuialis aspergatur in lagena.

Aquas

Aquas virtutũ Gualtherus Ryffius in suo Destillationum libro complures cum aqua ardente compositas describit, pauciores verò aromatibus & cæteris speciebus in vino macceratis, quæ tamen præferendæ videntur vbi vitia leuiora sunt, & corpora ficciora, & minori caliditate indigẽt. Sumptu quoq; & tempore minore fiunt. Et licet in his quoq; aquã triplicem colligere, viribus differentem, ex quibus mediã pręcipuè probârim. Nam aquæ vitæ purior circa initium destillationis fluit, circa finem aquosior. Ex aromatibus verò & gummis, prius dilutiores partes ascendunt, calidiores & ficciores sequũtur, quod vel color magis magisq; ad rufum vergens declarat. Postremæ vstilaginem olent, & gustu insuauiores sunt. Sed extra corpus efficaciter adhibentur, &c. Verùm triplex melius colligitur ex aromatibus & speciebus ficcis tantũ, non in vino, sed aqua ardenti quæ nihil amplius phlegmatis habet rectificatis: in quibus similiter mediam elegerim.

Aquis virtutum, aliqui etiam semina odorata diuretica admiscent, & fœniculum, violas, petroselinum, saxifragã, thus, mastichen, pomum arantium: præter aromata & herbas odoratas, saluiam, costum, rutã, abrotonum, serpillum, lilium conuallium: Talis Arnoldo cuidam Parisiensi adscribitur.

¶ Omnino in aromatum tum speciebus, tum numero & pondere varietas est.

Sunt qui diuersa aromata, vt caryophyl. nucem mosc. cinnamomum, sing. semunc. (quibus alij addūt zedoar. galang. piperis longi, granorum paradisi, singul. drachmas duas,) saluiæ & lauendulæ tantum addant, vt coniunctum pondus earum æquet pondus aromatum, &c. Huius aquæ tres aut quatuor guttas vino quod in prandio & cœna bibitur, misceri consulunt: aut mane & vesperi cum modico vino seorsim bibi. Hæc aqua (aiunt) visum clarificat, cerebrum & ingenij bonitatem confirmat. Paralysin amolitur. Faciem candidam & nitidam reddit, cutem abstergit: & alia plurima præstat.

Aliqui mense Maio vel Iunio, quum saluia & lauendula in vigore sunt, huius dimidium, (vncias sex,) illius duplum accipiunt, & minutatim concidunt: Addunt caryophyllorū, zinziberis, nucis moschatæ, macis, granorum paradisi, cinnami, zedoariæ, galangæ, rorismarini, singulorum semunciam, conterunt, vino infusa destillant. Hæc aqua (inquiunt) post tertium annum melior est quàm initio. Vires habet easdem omnes, quas supra singultim circiter viginti in alia aqua virtutum enumerauimus. Descriptionis huius Iudęum quendam autorem faciunt, qui vires has omnes ei attribuat.

Aqua mirabilis & multæ virtutis. Caryophyllatæ, zinziberis, rorismarini partes æquales ponantur in generoso vino per octo

dies

dies, & poſtea deſtillentur vt aqua vitæ. Prodeſt dolenti pectori, ſtomacho debili, doloribus & torſionibus ventris. Vermes in corpore & inteſtinis interimit. Si quis obeſior attenuari cupit, hanc bibat: & ſi quis macilentus habitum meliorem deſiderat, cum ſaccharo bibat.

Aqua virtutum. Saluiam, lauendulam, roriſmarinum, carui, & aromata diuerſa, conciſa aut trita in optimo vino in lagenam ſtanneam infuſo macerabis: quam obrues calce viua per dies xiij. & calci aquam pluuialem aſperges, poſtea deſtillabis inſtar aquæ roſaceæ. Hac aqua madidum linteū fronti & ſyncipiti in capitis dolore impones.

Alia bona & nobilis. Saluiæ lib. i. ſ. Nucis myriſticæ, zinziberis, caryophyllorum, granorum paradiſi, cinnamomi ana vnciam ſ. putrefiant in vino præſtantiſsimo, more ſolito. Tum ſpecies conterantur & deſtilletur totum.

Sunt qui præterea addant, florum borraginis, roſarum rubearum, corticis citri, ligni aloes, ſingulorum vnciam ſemis, & in optimo vino (cuius pondus ſextuplex ſit ad reliqua) per tredecim dies macerentur: deinde vino colato ſpecies diligenter conterant in pila lapidea, iterumq́; admiſceant vino, & vel mox deſtillent, vel adhuc dies aliquot relinquant. Aliqui etiam in vas recipiens deſtillantem aquam, ſaluiæ recentis, malim a-

ridæ, ſemunciam ponunt. Facultates eius hæ prædicantur. 1. Carnem omnem, piſces & cibaria reliqua, quibus aſpergitur, ab omni corruptione integra cum odore ſaporéque ſuo conſeruat. 2. Omnia vinorum vitia emendat, vt cum turbantur, pendula ſunt, aut ſitum olent, alitérue corrumpuntur, ſi modicum eius vino inſtilletur: ita ſaporem & colorem recuperant, alia intra ſeptem dies, alia intra vnum, neque amplius deinde corrumpuntur, neque medicata ſentiuntur. 3. Aromatibus aſperſa vim eorum conſeruat & odorem. 4. Abſceſſus interaneos rumpit, & antequam ſuppurentur per inferiora expurgat. 5. Abſceſſus extrinſecus ſimiliter ſi illinatur aperit, & effluere facit, demum ſanat. 6. Vitia oculorum curat, vt lippitudines tum fluidas tum ſiccas, & puſtulas & maculas, aut albugines ſeu pterygia, ſi modicè cum penna inſtilletur. 7. Quicquid præter naturam in facie ſub oculis excreſcit, & lepræ incipientis ſuſpicionem facit, illita hac aqua per pennam ſanatur. 8. Pota affectus omnes interaneos curat. 9. Item vitia iecoris, ſplenis, inteſtinorũ, ventriculi. Omnes malos humores ex cruditate in ventriculo natos, tollit. 10. Argentum viuum ab argento vero ſeparat. 11. Vulnera quæuis ſi illinatur percurat: item plagas & ictus & ortos inde tumores. 12. Hydropem pota & illita depellit, item auriginem. 13. Cerebro (craneo) illita, guttam ex catarrho cerebri

rebri nascentem emendat. Illita & pota capitis dolores aufert. 14. Oris vitia emendat, si quis per noctem in eo retinere possit. 15. Ozænis & fœtori narium & catarrho medetur, si quis intra nares aliquandiu retinendo toleret. 16. Dentium malis illita succurrit. 17. Cordis affectus sanat, & pectus cum siccius vel humidius iusto fuerit, aut tussi aut anhelatione ægrum, &c. 18. Memoriam auget & obliuionem tollit in homine, qui sæpius per interualla vel guttam inde hauserit. 19. Furfures, porriginem, scabiem, vlcera, pustulas & si quid aliud impurum cutim infestat, aut etiam interiora corporis, abstergit, & venena exigit, illita & pota. 20. Illita faciei vtcunque modicè colorem nitorémque iuuenilem conseruat, vt vel octogenarius, vix paucos supra triginta annos natus videatur. 21. Omnem lepram incipientem auertit. Hæc ex libro quodam manuscripto Germanicè sine authore. 22. Exhilarat, & iracundiam remittit. Et aduersus pestilentiam commendatur. Attribuuntur autem ab aliis iidem aut similes affectus etiam aliis aquis virtutum: aut aquis vitæ potius compositis, quæ destillantur ex aromatibus & herbis odoratis, &c. in aqua ardente optima maceratis, & ferè etiam aquæ ardenti simplici.

Alia aqua virtutum. Saluiæ nobilis vnciæ decem, lauendulæ herbæ (alias florum) vnciæ duæ: rutæ, zinziberis caryophyllorū

granorum paradiſi, nucis moſchatæ, ſingu-
lorum vncia: cinnamomi ſemuncia. Galan-
gæ, piperis longi, vtriuſque drachmæ duæ.
Spicæ, citrij, caſtorei, ligni aloes, granorum
paradiſi, ſingulorum drachma. Hæc omnia
contrita in vaſe ſtanneo cum libra olei lauri
ni, & ſeſquimenſura vini generoſi, per dies
nouem aut tredecim ſeruentur: & ter aut qua
ter interim agitando miſceantur, poſtremò
deſtillentur. Alij non oleum laurinum, ſed
baccarum lauri vnciam addunt, & rutæ tan-
tum: & macis drachmam. Vires ei eaſdem o-
mnes attribuunt, quas & proximè præceden
ti adſcripſimus circiter viginti. Alij eandem
aut ſimilem non cum vino, ſed cum aqua ar-
dente parant.

Aqua vitæ qualis Conſtantinopoli fit in
aula imperatoris, vt idem liber manuſcriptus
habet. Caryophyllorum, nucis moſchatæ,
zinziberis, coriandri, galangæ, piperis lõgi,
granorum iuniperi, arantiorum, ſaluiæ, baſi-
lici, roſmarini, amaraci, menthæ, lactucæ, fo-
liorum lauri, pulegij, gentianæ, florum ſam-
buci, roſarum albarũ, ſpicę nardi, ligni aloes,
cardamomi, cinnamomi, artemiſiæ, ſingulo-
rum partes æquales: malum Punicum, ficus
duas, paſſulas, amygdala, dactylos, de ſingu-
lis parum. His tritis admiſce partem mellis
& ſacchari. Omnia in generoſo vino per
quinque dies macerentur, ac deſtillentur. Eſt
autem optimus qui primus effluit liquor, al-
ter in-

ter infirmior, tertius infirmiſsimus. Quod in fundo ſimile vnguento relinquitur, vtile eſt ad multos affectus frigidos. Primus liquor remedio eſt ad omnes maculas oculorum, ruborem & ſanguinem(concretum.)Ventriculum confirmat, animum exhilarat, guttæ medetur, febri, tuſsi, vtero, & tineæ capitis, bonum denique colorem conciliat.

Aquas vitæ aliquot Vlſtadius deſcribit, plures quidem cum aqua ardente compoſitas: cum vino autem ternas, capitibus 46. 49. & 55.

Petrus Andreas Matthæolus Senenſis morbum Gallicum ſanguineum cholericúmque recenter contractum curare docet aqua philoſophica, vt ipſe vocat (codicis Baſileæ olim excuſi folio 70.) compoſita(ex diuerſis medicamentis, ſuccis, ſyrupis & vino, per octo dies ſimul maceratis,)ac deſtillata in vaſe vitreo per balneum feruentis aquæ, cui arenæ quantitas ſit commixta. Excipit autem duplicem aquam, primam claram, ſecundam rubentiorem. Deinde ad pituitoſum vel melancholicum morbum Gallicum, aliam compoſitionem ſubiungit ſimiliter deſtillandam. Quòd ſi efficacius, inquit, in atram bilem remedium deſideraueris, tres aut quatuor angues, longos, nigros, excoriatos exenteratoſq́;, tum multo ſale, temporis aliquo ſpatio, tum aceto perfricatos, vt vnà colliqueſcant, addere poteris: nam hoc non ſolum morbo

Gallico, sed lepræ multisq́ alijs ægritudinibus, quas nunc prętermittendas duximus, maximè confert. Sed compositionem istarum aquarum & vsum, apud ipsum authorem leget qui voluerit. Ipse quidem se quosdam decimo potu curasse ait: alios longiori tempore, in quibus grauior erat morbus.

Io. Alemanar libri de curandi morbi Gallici ratione cap. 4. Humoribus, inquit, euacuatis, procuranda est membrorũ alteratio: pro qua intentione, fiat balneum siue stufa cũ aqua dulci, in qua bulliant malua, bismalua, melilotus, chamæmelum, rosæ, lapathum, fumaria, postridie post purgationem. Et quum incipit sudare æger, accipiat infra scriptam aquam. ℞. radicis althææ, fumi terræ, lapathi, inulæ, singulorum selibram: minutim incisa pone in quatuor libris vini maluatici per diem & noctem: deinde addatur theriacæ ætatis decem annorum aut amplius sescuncia: destillatæ huius aquæ accipiantur vnciæ tres cum vncijs duabus aquæ buglossæ in principio, vt dictũ est. Et ista stufa reiteretur omnibus sex diebus transactis aut septem, bibendo istam aquam, quę est optima & singularis, & in hoc morbo magnum secretum, & vltimũ est cauterium.

Aqua ad asthma certi remedij. Calaminthę, hyssopi, adianti, marrubij, scabiosæ, tussilaginis, singul. manipulus. Aristolochiæ rotundæ vncia. Ireos sescuncia. Sem. vrticæ tantundem. Radicum fœniculi, petroselini, vtra-

rũq; vnciæ duæ. Lilij cœlestis vnciæ tres. Inulæ campanæ selibra. Sem. sinapis, nasturtij, vtriusq; sescuncia. Costi drachmæ quinq;. Spicæ drachmas decem. Baccarum lauri vnciæ quatuor. Nigellæ sescuncia. Omnia tenuiter trita per dies sex relinquantur in vini albi sex mensuris infusa, deinde lento igne destillentur. Propinabis mane vncias ternas, Epiphanius Empiricus.

Aqua ad renum & vesicæ calculos. Asparagi, rusci, apij, fœniculi, petroselini, rubiæ, sing. semuncia. Seminum quinq; diureticorũ, ligustici, lithospermi, ammeos, raphani, seselis Massiliensis, dauci, saxifragæ, sing. drachmæ tres. Adianthi, matricariæ, ceterach, scolopendrij, trifolij, graminis, senecionis (cardaminam inteligo) hepaticæ, sem. peucedani, singul. manipulus. Iridis semuncia. Xylobalsami drachmæ sex. Glycyrrhizæ vnciæ duæ. Quatuor seminum communium frigidorum maiorum mundatorum, sing. semuncia: hederæ terrestris, pimpinellæ, sing. manipulus j. ſ. Nucleorum cerasorum vncia. Spicæ nardi drachmæ tres. Gummi hederæ drachmæ sex. Hircini san. pręparati vncia. Cinnamomi tantundem. Trita infusa vini albi libris denis, aut q. s. destillato. Similis aqua & ad eundẽ vsum describitur à Rogerio tract. 4. cap. 6. sed cum aceto destillata, non cum vino.

Aqua ad calculum Epiphanij empyrici. Hyperici, chamedryos, chamæpityos, sene-

ctonis, (non erigerontem, sed sisymbrium cardaminem intelligit:) graminis quinque folij, scolopendrij, helxines, verbenæ, eupatorij, pulegij, rutæ, sing. manipulus. Quinque radicum diureticarum, acori, inulæ, rubeæ, asari, tamaricis, singulorum drachmæ tres. Quinque seminum diureticorum, saxifragiæ, lithospermi, dauci, raphani, petroselini Macedonici, ammeos, marathri, cari libystici, sing. drachmæ duæ. Nucleorum persicorum drachma semis. Quatuor seminum communium frigidorum maiorum mundatorum, de singulis sesquidrach. Glycyrrhizæ vnciæ duæ. Baccharum iuniperi semuncia. Trita hæc biduo in libris quinq; vini relinques infusa, tum destillabis igne lento. Propina post balneum, vel mane in auroram tepidam, à semuncia vsque ad vncias duas.

AQVAE COMPOSITAE NONnullæ cum aceto destillatæ.

DE ipso aceto destillato vide supra vbi de aquis in Balneo Mariæ destillatis egimus.

Aqua vesicæ calculum comminuens, Epiphanij empirici. Succi saxifragiæ libræ duæ. Succi milij Solis, petroselini, anisi, singulorum selibra. Aceti albi vnciæ octo. Inde destillatam aquam ieiuno propinabis.

Aqua hirundinum sic fit. Hirundines iuuenes tritas in puluerẽ misce cum castoreo & pauco bono aceto, & destilla. Hæc aqua à ieiu-

à ieiuno pota est vera medicina morbi caduci de quacunq; causa prouenientis. Et quamuis homo passus fuerit illũ morbum per quinque annos curabitur, si huius aquæ parum sumpserit per quatuor dies: & curabitur perfectè. Phrenitim quoque à ieiuno pota curat intra nouem dies. Cerebrum bonum facit supra omnes medicinas: purgat stomachum pectus mollificat, neruos confortat, radices paralysis eradicat, augmentat naturam, & refrigerato calefacit. Item cum hyssopo cocta (cum hyssopi decocto malim) & pota, hydropem ex frigiditate natum curat, & febres quotidianas. Sed abstinebunt ea grauidæ, ne fœtus in vtero corrumpatur. Cum hyssopo pota capitis dolorem arcet: somnum facilem præstat, & concoctionem & vrinæ (aliâs alui) excretionem promouet, Pilos remouet, vbicunque cuti puræ illinitur, ita vt nunquam renascantur, Lullius & Aegidius.

Aqua Rogerij (tractatu 4. ca. 6.) aduersus obstructiones hepatis, lienis & matricis ex frigida causa, frangit etiam lapides renum & vesicæ. Potest autem bibi per se, vel cum saccharo. ℞. radicum rusci, asparagi, dianthos, scolopendriæ, ceterach, polytrichi, † pentilidion, hepaticæ, pulmonariæ, graminis, senecionis, cretani † simplicis, centaurij, psylij: seminum citrulli, melonum, cucurbitæ, cucumeris, rusci, asparagi, apij, petroselini Maced. fœniculi, leuistici, ammeos, sileris montani, dau

ci, ſaxifragiæ, milij Solis, xylobalſami, peuce dani vel ireos, hederæ arboreæ & terreſtris, gummi hedereæ, nucleorum ceraſorum, cantharidum vel cariarborum, lapidis ſpongię,† plumbum, ſanguinis hirci, aceti albi, (cardui) fullonis ſc. minoris (ſeminum minorum forte) cinnamomi, ſpicæ nardi, ſeminis † acori vſti, vrticę, trifolij, tribuli marini et campeſtris, vniuſcuiuſq; quantum libuerit. Ponantur hæc in amphora magna amplum habente fundum & ſtrictum os, quod cooperiatur ſuperius cũ argilla. Item iuxta orificium fiat foramen, vbi ponatur caput emboti: item ligentur, & tũc ſub amphora prima fiat ignis lentus, ita ne materia ebulliens attingere poſſit caput emboti. Sic vapor per embotum ad aliam ollam tranſiens in ſuperiori condenſabitur, & in liquorem valde clarum & ſubtilem vertetur, qui in inferiore olla recipitur. Hæc Rogerius. Quæ à librarijs corrupta iudicaui, hoc ſigno † notare volui

CAPONVM AQVAE.

CAponum aquæ, vt vocant, propinantur ad vires reſtaurandas, valde debilitatis morbo, aut nimia euacuatione, puerperis & ſenibus ægrotantibus. Solẽt autem caponem ipſum in aqua diutiſſimè coquere, vt caro omnis ab oſſibus ſoluatur: & ſic vnà cum iure deſtillare, vel per ſe, vel adiectis alijs aquis

pretioſis

pretiosis, aromatibus, auro, argento, gemmis. Caponē aliqui eò magis cōmendāt, quò fuerit annosior: nec iugulant, sed suffocāt: nec in aqua bulliendo deplumant, sed plumas manibus extrahunt, & sic exteneratum minutatimq; concisum destillant. Alij non integrum, sed pulpam adimunt.

Aqua capi analeptica, & subadstringens. Caponem coques in aqua secundū artē, & addes aquæ rosaceæ libram, conseruæ rosarum, borraginis, buglossi ana vnciam. Coralij vtriusq; ana drach. duas. Specierū diarhodon abb. drachmā. Passularū sine nucleis vnciam. Coriandri præp. semunciā. Fragmēta omniū (gēmarū,) margaritarū, ana ℥ j.ſ. Destillētur.

Alia. Capus decoquatur cum libra bubulæ ad sufficientem decoctionem: cui addes, vini maluatici, aquęrosarum, vtriusq; selibram: panis albi, vt imbibatur, vncias tres. Contundes hæc sine carne bubula, & addes species illas quæ sequuntur: Specierum electu. de gemmis, diarhodon abbatis, diamoschu dulcis, sing. drachmam. Diamargariton, specierum confectionis contra pestem, vtriusq; scrup. duos. Folia auri puri octo. Misceātur omnia cum iure, & destillentur lento igne.

Sunt qui hanc aquam parent cum croco & cinnamomo, &c. pro puerperis, quæ & debiles sunt, & vteri fluxio eis non procedit. Propinatur autem vel per se, vel cum saccharo.

Aliqui etiam sine destillatione hunc in mo-

dum parant: Capum vetustissimum exenteratum & rite paratum diutissimè decoquũt: pulpam deinde & ossa comminuunt, & in vase stanneo aut vitreo, bene obturato, & in cacabum aqua plenum pulliente imposito, circiter sex horas coquunt. Sunt qui aurum adijciant, vt annulos aut numos aureos.

Aqua quædã cum capone gallôue aut gallina, decoctis simul varijs medicamentis confortantibus, describitur apud Guainerium in capite de cura hecticæ: non destillanda, sed coquenda tantum in vase vitreo, imposito in caccabo plena aqua.

AQVAE COMPOSITAE, AD VArios *affectus, intra corpus præcipuè, quarum quædam ex recentibus adhuc pharmacis & succulentis fiunt: aliæ verò infusæ in plantarum succis aut aquis destillatis, sero lactis, aut sanguine.*

Aqua somnifera. Hyoscyami unciæ duę. Radicũ mandragoræ vncia. Opij drachmæ sex. Gith, succini, vtriusq; drach. duæ. Sedi maioris & minoris, nymphææ, lactucę, singul. manipulus. Trita infundantur in libras duas aquæ papaueris, cum vncia j. ſ. seminis lolij. per biduum destillentur.

Alia somnifera. ℞. sem. lolij ℔. Sem. hyoscyami selibram. Sem. portulacæ libras duas, Sem. vel rad. mandragoræ vncias tres, hali-

caccabi

caccabi tantundem. Singillatim tritis affun-
des, ſucci fabę inuerſæ, ſucci rad. vel foliorum
hyoſcyami, vtriuſq; libram. Succi foliorum
papau. nigri, aut ſi id deeſt, rubei, libram ſ. De
ſtillati huius liquoris exhibe vnciam, vehe-
mens eſt.

Aqua petralis dicta, tertia Aegidij, quod
petram ſeu calculum cõminuat. Seminis pim-
pinellæ, petroſelini, apij, ari, aliâs caryophyl
li, ſinapis, aro & lappa omiſſis, item apij, ni-
mirum herbæ & radicis: nam ſemen prius no
minatur) lappæ, maſtiches, ſingulorum par-
tes æquales. Bene trita miſceantur cum ſan-
guine lyncis (aliâs hirci, & melius) & pauco
aceto affuſo relinquantur per dies aliquot in
vaſe bene occluſo: tum deſtillentur. Vtilis eſt
calculoſis, qualiſcunq; fuerit calculus, rubeus
albus, acutus, planus, quod ſi calculus fuerit
confirmatus, patiens de hac aqua bibat quoti
die, ſic enim comminuetur, & redigetur in are
nam. Hac aqua ſi ſemel quotidie lauentur ca-
pita ſcabioſa, curantur, & noui capilli rena-
ſcuntur, & ſcabies intra nouem dies curabi-
tur, (aliâs & quæuis ſcabies inde lota cura-
tur intra tres vel quatuor dies.) A ieiuno po-
ta, ſanguinis & coloris bonitatem facit (ſu-
pra omnem medicinam) mirificè, neruos ro-
borat, & morbum caducum tollit bis die po-
ta. (Aliâs additur, Paralyſin exterminat,
ſi non ſi mortua in membris, Aegidius &
Lullus.

Aqua experta in vlceribus renum & vesi cæ per cardinalem Tutellensem. Caudæ equi næ, plantaginis rosarum rub. granorum, hali caccabi, radicum althææ, glycyrrhizæ rasæ, singulorum vncia. Iuiubarum, sebesten, vtro rumque drachmæ sex. Boli armeni semuncia. Quatuor seminum communium frig. maio rum mundatorum, sing. drachmæ tres. Sem. papaueris albi drachmæ sex. Cytoniorum se muncia. Seri caprini libræ sex. Relinquantur per duos dies in infusione, postea destillẽtur. Propinabis ieiuno vncias quatuor tepidas, quandiu durauerit, Epiphanius empiricus.

Aqua alia composita, secunda inter Aegi dij aquas: legitur etiã in libro Lullij de aquis. Ruta, satyrion cum manib. & testiculis, cheli donia, (aliâs, Ruta, agrimonia, satyrion, che lid.) saccharum (aliâs tutia) & lapis calamina ris, æquali singula pondere contrita destillen tur igne lento. Hæc aqua multis viribus pol let. Nullus oculorum dolor tam improbus est, qui non huic remedio cedat. Pota venenũ omne pellit, aut cum cibo sumpta, sic enim ve nenum vomitu reddit. Hydropicis medetur, stomachũ ab omnibus prauis humoribus ex purgat. Ignem sacrũ vno die extinguit, si stup pa cannabis in ea intincta superponatur. Va let etiam in igne nigræ dispositionis exterius candidum. (vel vt Germanicus quidã liber ha bet, contra internum calorem ignis, nam si ru bedo foris appareat, nullo modo emplastrum

impo-

imponi conueniet.) Cancrum curat admixta aloe, & stuppa cannabis in eam intincta emplastri modo imposita, bis in die.

Aqua composita, prima inter Aegidij aquas. Hyssopi, pulegij, caryophyllatæ, cichorij, singulorum drachma contrita destillentur. Postea accipe tutiæ, petroselini Alexandrini, rutæ, zedoariæ, aloes & lapidis calaminaris, singulorum drachmam. Contrita decoques in prædicta aqua ad consumptionem tertiæ partis, & liquorem panno colatum seruabis in vase vitreo diligenter obstructo per dies nouem (aliâs quadraginta.) Postea detur in potu quotidie mane ante diem (aliâs per decem dies) ægro ieiuno. Prodest autem contra morbum caducum, si sex horis postea qui sumpsit ieiunare pergat. Et sanè efficacissimum est remedium. Omnem neruorum resolutionem sanat, & membra corroborat. Cum castoreo pota valet contra omnem guttam, quę nondum radices egit in membris. Nouem cõtinuis diebus à ieiuno pota fugat omnem febrim ex quacunq; materia prouenientem, (si per nouem dies quotidie mane bibatur. Est etiam vtilissima hęc aqua ad abluendum vulnera in quibus nerui dissecti sunt.)

Alia Aegidij, numero nona, aliqui duplicẽ vocãt. Sem. apij, sem. papau. albi, apij, zinzib. (aliâs, Sem. apij, papaueris albi, sacchari, caryoph.) singulorũ æquale pondus. Tritis in

mortario adde aquam conseruatiuam (hoc est ex petroselino destillatã,) & destilla. Hoc summum est tussis remedium, & malè affecti pectoris, si quis ieiunus eam frigidam biberit, & vesperi quàm poterit calidissimam. Cum castoreo calida pota valet contra apoplexiam & membra paralytica sanat, modo paralysis non sit mortua in membris. Somnum & quietem facilem conciliat: membra omnia exhilarat, paruos humores pellit, & caput ac cerebrum confirmat.

Alia inter Aegidij aquas numero sexta. Gladioli, hyssopi, sauinæ, abrotoni, (aliâs seminis abrotoni, omissa sauina, non placet,) singulorum æquas partes, simul tere, & per dies aliquot relinque, tum destilla. Hæc aqua per quam efficax est. Resistit omnibus febribus tum calidis tum frigidis. Menses prouocat, si modo ter bibatur, sed noxia foret prægnanti, & fœtum perderet. Restringit fluxum sanguinis & ventris, (ego sanguinem ab ea vndecunque cieri potius quàm sisti dixerim: alius codex, nihil quàm ventris fluxum ab ea sisti, habet.) & stomachum purgat à malis humoribus. Vermes interimit à ieiuno pota, & omnẽ dolorem curat: cũ castoreo paralysim sanat, (si quotidie quàm calidissima bibatur,) intra tres dies. Eandem desriptionem reperio in libello Lullij de aquis.

Aquà

AQVA CONTRA PESTEM, &c. ex sanguine maialis, id est verris castrati, ex libro quodam Germanico manuscripto.

MAialem vndiquaq; ruffum & boni habitus iugulato, sanguinem olla recens exceptum, bacillo de iunipero rubra diu agitato, & agitando collectum sanguinis grumum abijcito. Tum ramenta eiusdem iuniperi immittes, & baccas de iunipero rubra similiter circiter vigintiquinq;. His addes parum agrimoniæ, rutæ, phu, scabiosæ, veronicæ vulgò sic dictæ, pimpinellę, cichorij, pulegij, singul. manipulum. Quòd si sanguinis mensura sextarios tres excesserit, adijcies theriacę vncias duas: sin minor fuerit, pro portione sanguinis theriacæ modum minues: Debent autem omnia præparata in promptu esse, vt sanguini adhuc calenti imponatur. Permixtis omnibus liquorem stillatitium elicito, quem diligenter seruatum in vitreo vase dies octo insolabis, quod semel quotannis facies, durat enim circiter viginti annos. Hunc liquorem experientia constat egregiè prodesse aduersus pestem, apostemata capitis & laterum seu costarum, iecoris & pulmonis morbos, lienis inflationem, sanguinem corruptum, febrim, tumores, cordis tremorem, hydropem, calores præter naturam, malos humores, & in primis aduersus venena & pestilentẽ febrim.

Bibet autem æger quocunq; ex prędictis morbis correptus, ligulæ menſuram, vel quatuor aut quinque, & vt inſuper ſudet curabit.

DE PVRGANTIBVS MEdicamentis compoſitis deſtillatis.

AQuæ compoſitæ dicendæ ſunt etiam illæ quæ ex medicamentis compoſitis in vino, aqua ardente, alióue liquore maceratis, deſtillantur. Aromaticæ quædam compoſitiones, ad cordis & ſpirituum vires inſtaurandas, aquis caponum parandis per deſtillationem, vt ſupra dixi, miſcentur item aquis ardentibus, ſeu potius quintæ eſſentiæ vini aduerſus peſtem & venena, vt ſupra docuimus. Sed & purgantia medicamenta, electuaria præcipuè, in quibus dacrydium & alia vehementia & ſtomacho inimica recipiuntur, liquoribus admixta, præcipuè cum aqua ardente rectificata, aut cum vino, (fortaſſis etiam cum vino & lacte, aut lacte ſeróue ſeorſim, in calidioribus naturis & morbis, rectè fieret,) & aliquãdiu in infuſione relicta, artificio ſe deſtillantur, vt propinentur ijs qui vel delicati ſunt & diuites, vel nimium viribus exhauſti, aut ſtomacho ad reliqua pharmaca abhorrente. Quod & Lullius vehementer laudat, et empirici quidam nobis cogniti cum gloria vſurparunt. Noui ego quendam qui electuarium

rium hamech & quod de succo rosarum cognominatur, præcipuè destillabat: & exceptum liquorem per se propinabat imbecilliotibus, robustioribus verò electuarij aliquid miscebat, ita se sine omni molestia ægros purgare inquiens. ¶ Cum elleboro aqua fit quæ iuuentutem instaurat: talem apud patrem meum vidi. Sed huiusmodi aquæ diuexant corpora, & fucatam iuuentutis imaginem præstant, Cardanus.

AVRVM POTABILE.

DE auro potabili, qui volet, legere poterit multa in libro Philippi Vlstadij, quē Cœlum philosophorum inscribit, & in libro Lullij de quinta essentia. Inesse quidem vim auro, quæ ab eo ignito extinctoq; in aqua, emanet, argumento est, quod aqua in qua extincta fuerit massa ferri, vel auri, vel argenti, aduersus aconitum venenum commendatur à Nicandro. Videtur enim de aqua intelligendum, in qua hæc metalla extingui debeant, cum nullum alium liquorem nominet. Ferrum inquit, ignitum, extinguas, aut ferri scoriam, aut aurum ignitum aut argentum, in turbida potione intingas. Vbi interpres, Ferrum (inquit) in aqua extingue, & bibe. Et paulò post, Scorriam ferri in melle extingue, & bibe apobāma, sic vocās liquorem in quo aliquid extinctū est. Dioscorides in vino extingui iubet, (vt & Auicēna habet & Aegineta, nec non

Aetius: qui & molarem lapidem ita extinctũ conferre addit, & vinum bibendum esse calidum:) his verbis, Et ferri scoria, aut ferrum ipsum, aut aurum, aut argentum candens vino extinctum, si is liquor bibatur. Et sanè vinũ plus virium auri candentis quàm aqua recipere posse videtur. Aquam cum aliquando gustarem, in qua sæpius extinctum erat aurũ, nullam in eo qualitatẽ odoris saporisue mutati deprehendere potui. Rursus aquam ardentem, præsertim ad quintam essentiam redactam, amplius vino virium auri attrahere cerdibile est, magisq́ꝫ si aurum in tenuissimas diductum laminas fuerit, maximè verò si in calcem redactum. Sed hæc omnia superabit, quod ex auro redditum fuerit oleum. Simpliciter verò decocti auri, vt in iure caponis, vim planè nullam esse, nisi quid ipsa persuasio potest, crediderim cum plerisque omnibus eruditis. De auri facultatibus vide Auicennã lib.2.cap.78. Sed quoniam purissimum ad remedia deligendum est, adscribam hîc Plinij verba ex libro 33. circa finem capitis 4. de auri purgatiõne. Torretur aurum cum salis grumo põdere triplici misso: & rursum cum duabus salis portionibus, & vna lapidis quẽ schiston vocant: ita virus tradit rebus vnà crematis in fictili vase, ipsum purum & incorruptũ. Ego Plinium hoc loco non rectè schistum lapidem pro schisto alumine accepisse conijcio, nam & alibi (libro 35. cap. 15.) aurum alumine

nigro

nigro purgari ipſe ſcribit. Excellit autem inter aluminis genera quod ſchiſtum vocatur. Quin & ratio à viribus ſumpta magis pro alumine facit, nam & ſale per ſe purgari dicit aurum, & ſchiſto addito, atqui alumen ad ſalis effectus, magis quàm lapis ſchiſtos accedit, cui veteres nullam aliam vim tribuunt niſi quam cum hæmatite (cui congener eſt) cõmunem habet, nempe ſanguinis ſiſtendi. Alumen verò ad purgationem metallorum, etiã in aqua forti, vt vocant, aſſumitur. Excuſari tamen Plinius poteſt, quòd lapidis nomen cõmunius apud eum ſit, nam & argentum viuũ & metallica multa lapides nominat, quare etiam alumen ſchiſton, lapidem ſchiſton appellare potuit. Non debuit tamen hoc facere propter differentiam illius qui propriè lapis ſchiſtus vocatur. Eodem in loco Plinij, poſt verba iam recitata, mox ſubijcitur. Reliquus cinis (ſalis ſcilicet quo cum vnà cremato purgatũ eſt aurum: vel duarum ſalis partiũ, ſchiſti verò vnius) ſeruatus in fictili & ex aqua illitus, lichenas in facie ſanat: lomento eum conuenit ablui, fiſtulas etiam ſanat, & quæ vocantur hæmorrhoides. Quòd ſi trito ſpuma adijciatur, putria vlcera & tetri odoris emendat. Ex melle verò decoctum cum melanthio, & illitum vmbilico, leuiter ſoluit aluum. Verrucas curari eo M. Varro author eſt. Hîc in prioribus verbis, cinis ſeruatus & illitus, nemo dubitare poteſt quin de cinere loquatur, ſequen

tia verò, decoctum & illitum, ad aurū ipſum videntur pertinere. Sed meo quidem iudicio legendum fuerit decoctus & illitus, idem nimirum cinis, vt & ſermonis conſequentia & ipſa remediorum ratio poſtulat. Nam & ſalis vſus apud medicos (Dioſcoridem & alios) eſt ad lichenas ſiue impetigines, ad excreſcentias omnes, eryſipelata & herpetes: & cum melle toſti ad phagedænas, &c. Puerorum verrucas noſtri ſale & fuligine perfricant. Et alumen apud Plinium putreſcentia vlcera compeſcit cum adipe: phagedænas vlcerum ex aceto, aut cum galla pari pondere cremata: cum ſalis duabus partibus. (qua proportione etiam ad auri purgationem miſcetur) vitia quæ ſerpūt. Porrò ſpumæ nomine Plinius haloſachnem intelligit vt etiā 31. 7. In hunc locū nihil obſeruatum inuenio ab Hermolao aut Gelenio. ¶ Cæterum vt alumine aurum purgatur, ſic etiam miſy, teſte ſimiliter Plinio 34. 12. & alia ratione cum argento viuo, vide Plinium 33. 6. Vt purgetur, cum plumbo coquitur, Idē 33. 3. Alia eiuſdem purgandi modum Cardanus libro 6. de ſubtilitate deſcribit.

Aurum potabile. Recipe mel & fauos de examine apum nouellarum: cui miſcebis ambram griſeam, ſperma ceti, agallochum, piper longum, caryophyllos, nucem moſchatā, ſandalos & aurum purum. Hæc in fimo equino per dies triginta relinques. Poſtea deſtilla bis per alembicum in Balneo, deinde materiā

reli

relictam conteres(læuigando super lapide nimirum,)& aquam destillatam denuò ei super infundes, & iterũ destillabis in cineribus. Hęc aqua aurum soluit. Quòd si aurũ potabile induratur, accipies eo magnitudine pisi, & impones in ouum coctum durum, cui vitellum ademeris, ita soluetur, hoc ægro propinabis, corroborat enim per se, Innominatus.

Chymistæ ex auro solido liquorem faciũt, qui potus, vt aiunt, corpus lætificat, Ge. Agricola.

Sapientibus placet, quòd ędere cibos paratos in vasis aureis, vel quorum decoctioni adiunctæ fuerunt laminæ auri: & bibere vinum in quo laminæ vel monetæ aureæ extinctæ fuerint multoties, bonam habitudinem cordi conciliat & imprimit validè, Arnoldus de cõseruanda iuuentute.

In quinta essentia vini aurum, argentum, margaritæ, & lapides pretiosi aliáque metalla dissolui possunt, ad faciendum aurum potabile. Sed hæc auri resolutio ad chymistas potius quàm medicos pertinet, Phil. Vlstadius cap. nono & deinceps: vbi plura de auro potabili legent qui volent.

Vinum in quo lamina auri quadragesies aut quinquagesies extincta fuerit, apud quosdam loco auri potabilis habetur, Arnoldus de Villa noua.

Idem in libro de vino: Vinum extinctionis auri(inquit) habet proprietatem magnam in

multis conditionibus, fit autem extincta lami
na auri in bono vino quatuor aut quinq; vici
bus, dimittatur clarescere, & diligenter cola-
tum seruetur, habet enim virtutem confortan
di cor, & desiccat superfluitates omnium alia
rum fæcum à sanguine: & substantiam cordis
& spiritus sua claritate illuminare potest, sua
soliditate confortare; & suo temperamento
temperare & præseruare, sanguinem purga-
re, & sua grauitate superfluitates ad partes
expulsionum inclinare, & iuuentutem conser
uare. Virtutes partium principalium in suis
actionibus conseruat & temperie soluit vri-
nam denegatam, sanat epilepticos & insensa-
tos, & confert leprosis. Multi hoc tempore vi
ri diuites & principes, partes aliquas auri cũ
ferculis eorum coqui iubent, alij vtuntur in
pannellis cum electuarijs, alij in limatura,
nam in confectione diacameron additur tum
auri tum argenti limatura. Sunt qui frustum
auri in ore tenere & saluiam deglutire soleãt.
Constat autem quòd argentum ore retentum
extinguit sitim: & corallium confortat stoma
chum, tum retentum ore tum collo suspẽsum,
ita quod pendeat versus stomachum, sic enim
eius conturbationẽ prohiberi expertus sum.
Alij conuertunt aurũ in aquã potabilẽ, qui mo
dus sine dubio optimus est. Et alij quidem ali
ter eo vtuntur pro diuersis hominũ cõdicioni
bus & tẽperamentis, Est sanè aurũ res arcana,
perfectissima, tẽperamẽto æquali & mirabili
pro-

proportione elementariarum virtutum composita, cui nullum corpus mixtum comparari potest. Vulnus cum eo factum non inflammatur, in electuarijs confortat visum, & synceram reddit supra omnia substantiam cordis & principium vitæ: lepram palliat & refrænat. Sed hæ virtutes auro vero & naturali, non chymistico attribui debent,

Elixir vitæ, quod nuper amicus quidam nobis communicauit per literas his verbis. Huius remedij descriptio Roma ad me missa est, quod an tantum posit quantum polliceatur nondum expertus sum. Extingue aurum ter vel quater in vino, vel sæpius pro quantitate vini. Deinde destillabis in Balneo Mariæ quater, & vtêris in varijs morbis tam calidis quàm frigidis, addendo calida vel frigida remedia, & interdum aliquid bonæ theriacæ, prout morbus postulauerit.

Spiritum siue quintam essentiam auri, quidam ad vitia iecoris sananda extollunt.

AQVAE ALIQVOT COMPOsitæ ad oculorum affectus.

AQua mirabilis ad visum conseruandū, & contra maculam oculorum. Rutæ foliorum, mentæ, rosarum rub. saluiæ, capillorum Veneris, (alij mentam & saluiam omittunt, & pro ijs addunt, fœniculum, verbenam, eufragiam, betonicam; siler montanum, &

endiuiam,)singulorum manipuli sex. Ponantur in vino albo per diem naturalem: deinde destillentur per alembicum. Quæ primò effluxerit aqua, argento comparatur, secunda auro: tertia balsamo, & hæc in vitro diligentissimè seruari debet, Lullius.

Aqua ad omnes curabiles oculorum affectus, ex Aegidio & Lullio, descripta est à nobis superius inter aquas compositas ad varios affectus internos.

Aqua composita ad oculos. Per initium Maij collige chelidoniam, verbenam, rutam, fœniculũ: teres singulatim, & de succo singularum vncias ternas accipies, miscebis: addes parum de pampinis (vt Galli vocant, pampes) rosarum, tres vncias sacchari candi, tutiæ optimæ vncias quatuor & tantundem sanguinis draconis. Omnia trita miscebis & destillabis in alembico vitreo. Liquorem qui extillauerit, per duos aut tres dies in recipiente clauso relinques, deinde vtêris. Efficax est ad oculos malè affectos, rubentes, & catarractam siue suffusionem.

Aqua vitis vnà cum melle per ignem sublimata, oculorum lippitudines maximè curat, Monachi in Mesuen. Est autem aqua vitis, inquiunt, quæ tempore veris cum putantur vites, ex locis incisis, per aliquot dies clarissima destillat. Hæc aqua etiam non destillata, punctiones & calorem oculorum remouet, & visum ex calida causa impeditum

clarifi-

clarificat, si in vtroque angulo oculi gutta vna ponatur, Rogerius.

Aqua vel oleum de sponsa solis visum acuit, & quemuis oculorum affectum intra quinque dies curat, &c. vide infra in cosmeticis aquis, inter eas quæ ad capillos tingendos faciunt. Aqua pro oculis æstate, ad præseruationem visus, descripta à Ioan. Manardo in epistolis 6. 4. Rosarum partes tres: herbæ fœniculi, rutæ, ana partem vnam: incidantur, & simul bene commisceantur, & post tres dies destilletur aqua, vel cum solo vapore aquæ bullientis, vel in Sole, vel ad balneum Mariæ vocatum, ita vt in recipiente aquam vase pugillus earundem herbarum (melius si aridæ fuerint, nostro iudicio) imponatur, vt super eas stillæ cadant, & rostrum superioris vasis cum inferiore illo studiose committatur, & circumlinatur, vt vapores exire non posśint.

AQVAE OPHTHALMICAE *quædam ex* Rogerio.

REpleto vase destillatorio folijs agrimoniæ, verbenæ, fœniculi, rutæ, memithæ, & leuistici incisis, superasperge aliquantulum vini albi & clari, & vasis lutatis destilla. Hic liquor tumorem palpebrarum ex frigida causa reprimit, lippitudinem desiccat, lachrymas intercipit, visum clarificat, maculas frangit. Quòd si efficaciorem volueris

pro maculis frangendis, adde folia gallitrici, & morſus gallinæ (anagallidis) cui flores rubent.

Poteſt etiam è fœniculo elici aqua ad eaſdem cauſas. Nam ex radicibus & folijs fœniculi in aqua decoctis, liquor collectus in pelui, ſupra aquam illam adhuc bullientem poſita, in phiala ſeruatur, & quotidie mane & veſperi gutta vna in angulo oculi ponitur ad prædictas cauſas, communi experimento.

Vt maculam frangas, myrrham & aloen trita cum prædictis aquis miſce: & colati liquoris guttam mane & ſero in vtroque angulo oculi pone.

Aqua de floribus ſpinæ albæ & ſalicis deſtillata, punctiones, calores & rubores oculorum remouet, lachrymas de calida cauſa intercipit, & maculas de eadem cauſa frangit.

Aqua de folijs (& floribus) euphragiæ, lachrymas de frigida cauſa intercipit, palpebras de eadem cauſa tumidas extenuat, maculas ex eadem cauſa frangit, & viſum impeditum reſtituit. (Ego euphragiam non calfacere, ſed temperatam eſſe, vel modice refrigerare gradu primo, ſiccare autem ſecundo dixerim.)

Aqua egregia ad viſus debilitatem, à Gordonio deſcripta. ℞. Chelidoniæ, fœniculi, rutæ, ſileris mon. eufragiæ, verbenæ, roſarum rub. electarum ana ℔. ſ. caryophyllorum, piperis longi an vnc. duas. Conquaſſata in alembi-

alembico vitreo igne lento destilla, & quotidie impone in oculis.

Alia eiusdem ad fistulas, quibus eam mederi certum est. Vini albi optimi destillati eodem vase, quo aqua vitæ, lib. 2. aquæ rorismarini, saluiæ, sing. lib. 5. sacchari lib. 2. Simul de nuo destillatis adiicito saluiæ, florum rorismarini, sing. vnciam. Macerata diebus octo, colabis vtêris.

Aqua ad cancrum in quacunque parte corporis. Herba cancri quæ etiam pes columbinus vocatur, flores cotoneorum, flores cerifolij, frondes aut folia rubi Idæi (quem Galli frambosiam vocant,) & paucę rosæ albę, mel, & vinum album, & alumen quod Galli à glacie nominant: Hæc omnia simul destillentur, Andreas Furnerius.

Aqua ex talpa, &c. ad omnem guttam, noli me tangere, capitis scabiem, guttam rosaceam & lupum: Vide infra inter cosmeticas vbi aquæ ad tingendos capillos inuentæ recensentur. In cosmeticis etiam referemus aquas illas qua tubercula & vlcuscula in facie sanantur.

DE AQVIS ODORIS.

AQuæ nonnullæ solijs ferè odoris gratiæ fiunt, vt manibus, faciei & capitis barbæque pilis aspergantur: item linteis, sudariolis, & vestimentis, cum alijs, tum lecto-

rum quibus non ſolum aſperſione, ſed etiam vapore ſuo feruida, odoris ſuauitatem communicat. Roſacea etiam ad ciborum condimenta venit, ſola puto in hoc genere: nam & ad intinctus aſſumitur, & infunditur aſsis carnibus adhuc calidis, &c. Cæterum ex odoratis aquis aliæ ſimpliciores ſunt aliæ ex pluribus compoſitæ. Vtriſq; aquæ virtutum, aureas noſtri vocant, adnumerari poſſunt, aliæ compoſitæ. Sed aquæ aureæ pleræq; omnes etiam intra corpus ſumuntur, & omnes in vino aut aqua ardente herbis aut aromatibus infuſis fiunt. Odoratæ nobis ſimpliciter dictę aliter, vt ex ſubiectis exemplis patebit. Rurſus odoratæ vel totæ deſtillantur, vel poſt deſtillationem etiam odorata quædam pretioſa eis adduntur. Quædam ſine deſtillatione fiunt.

Ireos puluis aquæ calidæ mixtus, odoratam reddit, & barbitonſoribus in vſu eſt. Lauendulæ & multò magis ſpicæ vulgò dictę flores, tum recentes, tum aridi, in aquam, aut vinum, aut aquam ardentem vaſe bene obturato inſolatoq; inijciuntur, vt odore ſuo imbuant. Sed recentes & adhuc humidi, vinum ferè in acetum conuertunt: ſicci non item. Odoratior autem fiet liquor, ſi flores in vaſe vitreo clauſo, in Sole ſiccentur: & poſtea vinum album affundatur. Quòd ſi quis odoratam aquam ex tempore deſideret, vnam aut alteram guttam olei de ſpica aquæ

puræ

puræ ſatis copioſæ affundat, & ſimul in vitreo vaſe oris anguſti agitet. Hæc omnia quanquam ſine deſtillatione fiunt: eadem tamen ritè deſtillata, præſertim aliȷs quibuſdam admixtis, ſiue pretioſis, vt moſcho, ambra, ziuetta, caphura, agallocho, ſiue mediocribus, vt aſſa dulci, ſtyrace, & ſtacte, myrrha, aromatibus quibuſuis, præcipuè caryophyllis: aut etiam villibus, vt roſis, corticibus aut floribus, aut foliȷs citriȷ, limonis, arantiȷ, foliȷs lauri, herbis communibus odoratis, roſmarino, amaraco, ozimo, &c. multo ſuauiora fient. Crocus quidem nimis vehemens eſt, & caput replet.

AQVA ROSARVM CVM MOſcho, *cum croco, cum caryophyillis, cum caphura, &c. ex* Bulcaſi.

CVm moſcho. In aquæ roſaceæ libris duabus pones moſchi boni contriti aureum, in ventre deſtillationis vitreo. Et deſtillabis paulatim, & repones in vaſe vitreo diligenter occluſo. Aqua eſt mirè odorifera, & regibus conueniens, vt panni eorum inde aſpergantur.

Cum croco. Croci boni ſemunciam in libris duabus aquæ roſaceæ infundes (per ſpatium diei,) & deſtillabis. Vtilis eſt hæc aqua vt miſceatur medicamentis: item ad odorem & ornatum.

Cum caryophyllis. Caryophyllorũ (contritorum) ſemunciam in ſeſquilibra aquæ roſaceæ per horas xxiiij. pones, & deſtillabis.

Cum caphura. Vnciam caphuræ cum libra aquæ roſaceæ deſtillabis, & vtêris in medicamentis regum.

Eodem modo fit aqua roſata cum ſandalis, & alijs ſpeciebus (aromatibus) quibuſuis. Sunt qui deſtillant hæc omnia in aqua ſimplici loco roſaceæ.

¶ Tribulum quaſi trifolium Romæ vocant, herbam odoratiſsimã, quam deſtillant pro ſuffumigijs, & alijs varijs odoramentorũ laſciuijs faciendis, Monachi in Meſuen.

Aqua odorifera, qua capitis, cordis & ſtomachi vires refocillantur. Florum lauendulæ manipuli quatuor. Roſarum alb. & rub. vtrarumq; manipuli duo. Roriſmarini, caryophyllatæ, cyperi recentis, corticum citranguli, ſingul. manipulus. Menthæ, ſaluiæ, thymi, ſampſuchi, foliorum lauri, vel pulegij, ſing. manipulus ſemis. Caryophyllorũ vnciæ quatuor. Galangæ, nucis moſch. calami aromatici, zinziberis, cinnamomi, florũ (malim radicis) ireos, ſing. ſemuncia. Vini albi libræ ſex, (vel q. ſ.) Trita infundãtur per octo dies in vitro bene clauſo: poſtea vtere. Egregia eſt ad manuum lotionem, ſi parum inde ad copioſam aquam puram miſcueris. Poteris etiam deſtillata vti, & imponere moſchi ſcrupulum, Epiphanius Empiricus.

Alia eiusdem eximia odoris suauitate oblectans. Zibetti, moschi, vtriusque drachma, ligetur in linteo subtili, & infundatur ad Solem per aliquot dies in aquæ rosaceæ libris duabus.

Alia eiusdem, perquam odorifera. Ozimi, menthæ, samsuci, iridis, hyssopi, balsamitæ, (sisymbrium interpretor,) satureiæ, saluiæ, melissæ, lauendulæ, rorismarini, singulorum manipulus semis. Caryophyllorum, cinnamomi, nucis moscatæ: sing. vncia. Citrangula poma (è citriorum genere, ouata specie, colore luteo) tria aut quatuor. Terantur & infundantur in aqua rosarum triduo: deinde lento igne destillentur. Destillatione peracta addes moschi scrupulum, & insolabis.

Alia eiusdem, excellentissimi odoris. Acetæ rosarum libræ tres: caryophyllorum, cinnamomi, sandalorum citrinorum, singul. drachmæ sex: florum lauendulæ manipuli duo. Assæ dulcis drachmæ sex. Vini maluatici, aquæ vitæ, vtriusque vnciæ duæ. Relinque per mensem in infusione ad Solem benè clausa in vitreo, vel super fornace. Deinde in balneo Mariæ destilla, & adde destillationi moschi drachmam semis. Tum rursus diebus decem in Sole vel super fornace relinque, vtere. Mirum in modum odorata est.

AQVAE ODOATAE ANDREAE *Furnerij, in libro eius Gallico de decoratione naturæ humanæ.*

AQua miræ ſuauitatis, pro ſuffiendis lectorum linteis, vnde locus vniuerſus grato odore ſpirat. In paruam phialam vitream immittes octodecim aut viginti grana moſchi, & zibettum, & ambræ parum: deinde aqua roſacea impletam igni appones, & cũ incaluerit auferes, & bene obſtructam refrigerari ſines: poſtquam biduo ſic reliqueris, vtêris deinceps. Tam elegans eſt, ac ſi deſtillata fuiſſet. Cum induſium aut lintea ſuffire volueris, pones eam in vaſe ore largo, & ſupra eam bullientem veſtimenta extendes, vt vaporem imbibant.

Alius modus aquæ odoratæ, quam vocant caſſolettam, id eſt capſulam. In vas paruum ex orichalco funde modicum aquæ roſaceæ moſchatæ, & modicum zibetti, & caryophyllos, agallochum, ſtyracem calamitam, omnia trita ad ignem miſceto: & exhalante inde vapore imbues quæ volueris veſtimenta. Mirabilis eſt odor, quem vt conſerues, vas diligenter claudes: & cum videbitur, amplius roſaceæ affundes, vt renouetur.

Alius. In aquæ roſaceæ libras quatuor immittes aſſæ dulcis craſsiuſculè tritæ, ſtyracis, & caryophyllorum camphoræ, agallochi,

lochi, singulorum vnciam. Moschi, zibetti, v-
triusque grana viginti. Hæc pariter indes in
vas vitreum membrana clausum, decem aut
duodecim foraminibus modicè pertusum: &
vas ipsum in cacabo aqua pleno per horas
quatuor bullire permites, quasi in balneo
Mariæ. Postea refrigeratum collabis per lin
teum subtile, & in vitreo vase seruabis, in quo
moschi grana quindecim iniecta fuerint, qui
bus cum aqua iam dicta perfusis, (dilutis,)
vas obstrues & per quinque dies insolabis.
Sic aquam habebis longè odoratissimam.

Aqua odorifera & secreta, cuius pars
vna cum decem aquæ puræ partibus mi-
xta, totam facit suauissimam. Moschi gra-
na viginti plus minus, (prout odor eius ma-
gis minúsue tibi placuerit,) nucis moscha-
tæ, caryophyllorum, galangæ, spicænardi,
granorum paradisi, macis, cinnamomi, sin-
gulorum vncia. Omnia trita indantur in vas
vitreum destillationi idoneum, affusa aquæ
rosaceæ sesquilibra aut circiter. Sic per
quatuor aut quinque dies relinques: postea
addes ter tantum aquę rosaceæ, & totum hoc
destillabis in alembico in caccabo pleno
aqua bulliente tanquam in Balneo Mariæ.
Aquam inde collectam diligenter occlu-
sam seruabis ad eundem vsum, vt supe-
riorem.

Alia excellens. Aquæ florum citri libræ

duæ. Aquæ de roſis rubeis libra: de myrtis, ſe libra. Roſarum moſchatarum bona quantitas, & ſimiliter iaſmini (ſcilicet florum) caryophyllorum ſemuncia. Aſſæ dulcis bene contritæ vnciæ tres. Vernicis vncia, Styracis calamitæ & rubei, vtriuſq; ſemuncia. Omnia trita & aquis admixta deſtillabis in alēbico vitreo cum capite & recipiente diligenter luto ſeptis, ad exiguum ignem aut in balneo Mariæ, vel in cacabo aquæ bullientis.

Aqua odoratiſsima, quæ cum etiam oleum deſtillatur. Illa quidem vel cum centuplo aquæ puræ permixta, totam ſua ſuauitate imbuit: hoc verò etiam cum millecuplo. Myrrhæ electæ, puræ, recentis & pinguis in fruſtula minuatim contritæ libra. Succi roſarum ſelibra. Mixta in alembico deſtillātur in cinerib. vbi primum lento igne aquam ſeparabis, aucto deinde oleum: demū aquam ab oleo ſecernes. Aqua illa faciei nitorem concitat. Vulnera efficaciter glutinat tum vetera tum noua. Oleum verò maximè pretioſum eſt, & eadem quæ aqua efficit, ſed multò celerius: verbi gratia, horæ ſpatio, quod aqua diei. Aquę huius deſtillata vncia centenis aquæ puræ admixta, omnes reddit egregiè odoratas: olei verò vncia, aquæ puræ etiam centenis libris addita, idem facit.

Aqua roſacea moſchata, quæ ad alias etiā cōpoſitiones requiritur. In vaſe vitreo quod inferius largum, ſupra anguſtum ſit, moſchi

grana

grana duodecim aut amplius immitte, & sic membrana clausum per quatuor aut quinque dies insolato. Deinde vas aliud simile rosis repletum modicè siccis & tusis, obstrues linteo tenui & raro, vel cilicio. Tum os vasis quod rosas continet impones in os alterius quo moschus continetur, & diligenter luto obstrues ambitum, & insolabis, ita vt vas rosarum superiore loco sit, alterum inferiore, in fenestra aut alibi vbi calor Solis vehemens sit. Poteris etiam rosas modicè siccas & contusas, optima aqua rosarum aspergere, & ita in destillatorium immittere, &c. Hac aqua longè suauissima tum per se vtêris cum volueris, tum aliis compositionibus eam admiscebis.

AQVAE DESTILLATAE *Cosmeticæ, hoc est ad ornatum pertinentes.*

AQuæ destillatæ cosmeticæ & in aliquot differentias distrahuntur. Aliæ enim faciei conueniunt, vt colorem eius reddant, album, roseum, nitidum, rugas amoueant, à Sole præseruant: aut vt maculas & scabritiem in ea aboleant. Aliæ ad capillos & colorem in eis mutandum pertinent. Aliæ dentes dealbant.

Non debet autem omnis cosmeticorum vsus inhonestus, & homine probè instituto

indignus videri. Nam Galenus quoque clarissimus medicorum coſmetica medicamenta non pauca præſcribit in opere de compoſitione ſec. locos: & ſæpe vtilem & honeſtum eorum vſum eſſe docet. Nam maritorum quorundam improbitas paruis & leuibus coniugum vitijs, ab amore earum ad pellices & meretrices auertitur: & vitia quędã huiuſmodi ſunt, vt hominem ingenuum cum ijs in publico apparere pudeat: nonnulla etiam moleſtiam inferunt, doloremue aut pruritum, vt tubercula quædam in facie, &c. Nos quidem hæc non mulieribus aut alijs hominibus, ſed medicis tantum ſcribimus, quos viros bonos & prudentes eſſe conuenit: vt cum aliâs honeſtis iſtis remedijs vtantur, tum in primis cum huiuſmodi à regum & principum nobiliúmque matronis ſpectatæ probitatis requiruntur. Plura de iſtis, & quid coſmetica ars, qua honeſtus ornatus quæritur, à commotica & fucatoria differat, leges apud Galenum de compoſitione medic. ſec. locos lib. 1. cap. 2.

Aquas coſmeticas ſimplices hîc non referemus, vt ſunt aqua florum fabarum, fragorum, roris, lactis caprini: Vide ſupra de aqua fragorum, & de eadem ac cæteris apud Brunſuicenſem aut Ryffium. Habet & aqua vitæ vim coſmeticam vt ſuo loco recitauimus.

Aquæ deſtillatæ de folijs perſici & ſalicis, æquo pondere mixtæ humectata inde tu

bercula

bercula in facie rubicunda (Galli vocant rubiz,) persanant.

Vinum aromaticum ad ornatum mulierum, quæ cutim albam, subtilem, puram & coloratiorem reddit. Zinziber & cinnamomum pone in vino, & destilla ad modum aquæ rosaceæ. Valet etiam contra omnes frigidas complexiones, & maximè contra paralysim. Arnoldus in libro de vino.

Cosmeticam aquam, qua cum mulieres cutem crassam, nigram & squamosam emendant, ex argēto viuo cocto in ouo crudo, &c. habes apud Nicol. Massam de morbo Gallico lib. 6. cap. 2.

Aqua ad faciei candorem. Spumæ argenti lib. ſ. Tritam cerne, & in aceti albi lib. 2. decoque ad tertiæ partis consumptionem, rude agitando, decoctam destillato. Tandem addito caphuræ semunciam, aphronitri, olei de tartaro, aluminis scissilis, sing. vnciam. Colato per pannū crassiorē, faciem & collum illine, Epiphan. Empiricus.

Alia eiusdem ad faciei nitorem ℞. radicum lilij, ari, dracunculi, singularum recentium selibram. Aquæ florum fabarum sesquilibram. Aquæ rosaceæ vncias octo: destilla: adijce moschocarij, cinnamomi, vtriusque drachmas duas. Faciem bis die abluito.

Aqua ad eundem vsum elegans, eiusdem. ℞. Florum fabarum, amygdalarum amararum, persici foliorum, sing. vnc. tres. lactis

caprini, quantum aliorum omnium, destillatis adde 6. vel 8. ouorum elixorum albumina, quæ misceri agitariq; cum aqua destillata oportet: mox iterum destillato atq; caphuræ drachmas duas admisceto.

Aqua Gallicana, ad lentigines, omnem scabritiem & maculas faciei. Tartari ad albedinem vsque cremati libra. Mastichæ, tragacanthæ, vtriusq; semuncia. Camphoræ drachmæ sex. Albumina ouorum quatuor. Trita mixtaq; in aqua rosacea destillentur. Remediantur cum admiratione, Epiphanius Empiricus.

Aqua concilians faciei roseum & formosum colorem. ℞. pintam aquæ vitæ ter destillatæ: prasilij vnciam: caryophyllos numero decem & totidem grana paradisi: cubebas quinque numero. Omnia trita & cribrata cum aqua vitæ perparum feruefacies in vase diligenter operculato, ne quid vllo modo expiret. Deinde refrigeratam hāc mixturam destillabis per alembicum vitreum omnino lento igne, & habebis aquam bonam & claram. Cum vti volueris, spongia inde madida faciem vel cutem alicuius tinge: Facit enim sine dubio colorem roseum, candidum, formosum. Et durat ista tinctura longo tempore, nempe per duos vel tres annos. Quòd si aqua vitæ defuerit, accipe vinum rubeum de Rupella quod reperiri potest optimum, mēsura semiloti: maior enim vini mēsura esse

debet

debet quàm aquæ vitæ. Sed aqua vitæ multò melior eſt adhanc aquam parandam. Hæc aqua cutem hominis ſubtiliter & mirabiliter ornat, ex codice manuſcripto ſine authore. Huic ſimilem mox ponemus ex Gordonio.

Alia rugas & maculas faciei tollens, et cutim clarificans, ex albuminibus ouorum deſtillatis: Vide ſupra intra aquas ſimplices in Balneo Mariæ deſtillatas.

Aqua mirabilis quæ delet napas (tubercula ſeu puſtulas papulásue aliqui napas vocāt, Itali puto) lupinas, glādulas, ſcrophulas, porros, id eſt verrucas, & omnia naſcentia mala vbiuis in corpore tollit. Olei laurini libræ duæ, thuris albi, maſtiches electæ, gummi Arabici, terebinthinæ claræ, ſingulorum drachmæ tres. Tritis terendis miſce omnia & deſtilla per alembicum. Et in aqua iſta ſic deſtillata infunde ſelibram cineris terrę, & iterum deſtilla: & ſerua aquam tanquam theſaurum, Innominatus. Videtur autem hic liquor oleum potius quàm aqua futurus: & niſi cinis adderetur, rectè deſtillatis balſamis adſcribi poſſet.

Aqua coſmetica faciem dealbans, & calculum comminuens, deſcripta eſt nobis ſupra circa finem tituli vbi de viribus liquorum deſtillatorum in genere egimus. Vide etiam Rogerium tractatu 4. cap. 5.

Coſmeticas quaſdam ad faciem reperies etiam mox in ſequentibus ad capillos inſcri-

ptis. Sunt inter balſama quoque inferius quæ ad ornatum faciant.

AQVAE DESTILLATAE ALIquot ad faciei ornatum ex Andreæ Furnerij libro Gallico de decoratione naturæ humanæ.

AQua ad nitorem & albedinē faciei. Florum roſarum albarum, nymphææ, ſambuci, liliorum ademptis crocis, fabarum, ſingulorum iſtorum florum libra. Aquæ fragorum ſelibra. Medullæ Panis albi quantum videbitur. Albumina ouorum duodecim. Thuris albi vnciæ duæ. In his omnibus per noctē infundatur ceruſſa trita. Deſtillentur omnia in alembico vitreo, aqua extracta Soli exponatur. Ea abluatur facies mane & veſperi, ita ne abſtergatur.

Alia, vt facies & reliquæ corporis partes pulchram & iuuenilem ſpeciem retineant. Aquæ vitæ vnciæ duæ. Aquæ de floribus fabarum, roſaceæ, vtriuſqꝫ vnciæ quatuor. Nymphææ vncię ſex. Mixtis omnibus adijce tragacanthæ albiſſimæ drachmam. Per ſex dies inſolatam hanc aquam colabis linteo puro. Vſus eius eſt mane, ita vt non abſtergatur.

Alia ad ſplendorē & formā faciei. Aqua de albuminibus ouorū recentiū per ſpongiam facta cū ęquali mēſura ſucci limonū, deſtilletur

vtro-

vt rosacea. Huic aquæ postea addes lixiuij cõ munis circiter duas vncias: & limonẽ integrũ contusũ (decorticatũ potius) imittes, post octo dies exprimes ab eo succũ, & miscebis cũ aqua Facies prius abluta aqua pura, & absterfa, hac aqua destillata lauetur. Nitorẽ elegantem cõ ciliat, cutim conseruat, & omnino optima est.

Alia qua vtebatur Isabella ex Arragonia ducissa Mediolani. Florem farinę frumenti su bigito cum sextario lactis caprini, inde panẽ in furno leniter coquito, & extrahito ante-quam nimium coctus sit. Huius panis medul lam per minuta frustula diuisam aut friatam, & in alio recentij lacte caprino infusam per sex horas relinquito. Admiscebis aquam è duodecim albuminibus ouorum cum spongia factam, calcis de putaminibus ouorũ vnciã, camphoræ, aluminis saccharini, corallij albi, singulorum drachmas duas. Omnia hæc tri-ta cum liquidis incorporentur, & in alembico vitreo destillentur. Aqua inde proueniet opti ma, & vtilissima ad tollendum omnes mole-stias in facie nascentes, decorem faciei quàm fieri potest summum conciliat.

Alia formam faciei concilians. Folia ro-rismarini & tartarũ albũ cum vino albo misce bis, & aqua inde extracta per alembicum vtê re vt præcedentibus ad eundem effectum.

Alia ad idem. Flores fabarum in bono vi-no albo per vnum aut alterum diem insola-bis in lagena vitrea, deinde lento igne destil-

labis. Vſus eius eſt mane & ſero vt ea abluatur facies, ſed eadem ſemper prius lauetur de cocto ceruſſæ. Et breui tempore videbis effectum.

Alia quæ omnes maculas tollit.

Cryſtalli & coralij partes æquales pone in vaſe vitreo, cum aqua limonum digitum trãſuerſum ſuperante, hoc vas obſtructum in loco aliquo frigido vt in cella vinaria, in terram impones, (addendum erat per quot dies,) Deinde limaces abiectis teſtis aqua modicè ſalſa toties lauabis, donec omnis eorum viſcoſitas abierit. Tum deſtillabis & ſeruabis aquã. Deinde ex rapis etiam minutatim conciſis aquam elicies in alembico. Vſus tempore accipe primæ aquæ cochlear vnum, ſecundæ quatuor, & tertiæ quatuor, miſce & ablue faciem, quæ tamen prius abluta ſit aqua pura & abſterſa.

Alia ad idem mirabilis. Accipe limaces ſine teſtis ſuis, & laua vt ſupradictum eſt, deinde ſalis (aliâs ſalis gemmæ) contriti vnciam in vaſe vitreo ſparges, & limaces ſuperimpones, tum rurſus ſalem alterum ſparges, & limaces ſuperimpones, idq́ alternis facere perges donec tertia pars vaſis impleatur. Tunc affundes ſucci limonum tantum, vt ſupra ſalem & limaces duobus digitis excedat, & deſtillabis. Aqua iſta vtêris vt ſuprà ſcriptũ eſt. Quòd ſi deſtillandi commoditas non fuerit, ſimul omnia mixta inſolabis vaſe clauſo, donec

vngenti formam recipiant, eoq́; vtêris vespe-
ri, vt alijs suprascriptis vngentis, (facie prius
abluta, abstersaq́;,) postridie mane ablues fa-
ciem cum aqua de floribus fabarum. Hoc etiã
in Antidotario Gordonij legimus.

Alia nõ destillata. Duodecim limones, sin
gulos in quatuor partes diuisos, in bono vino
albo pone. Hoc liquore vtêris sicut aquis prę
dictis. Feliciter succedet.

Post hæc sequitur eiusdem effectus aqua
destillata ex ciconia tenera, quam supra de-
scripsi inter Aquas medicinales simplices.

Alius modus optimus & secretus.

Oua sex recentia, vini Maluatici selibra, pi
pio nondum totus plumis vestitus; caseus à
pressura recens cui nihil ademptum sit buty-
ri, arantia poma octo, olei de tartaro vnciæ
tres, cerussæ vncia. Terantur quę teri possunt
& misceantur omnia, vt destillentur igne len
to. Aquæ vsus est, vt præcedentium. Cutem
reddit elegantem, subtilem, teneram, quàm
fieri potest maximè.

Lotio siue aqua regia quę tollit omnes ma
culas. In aquam terebinthinæ claræ, quanta
de libris eius duabus extrahit, impone masti
ches semunciam, thuris albi vncias tres, traga
canthæ semunciam. Trita commisce cũ aqua,
& destilla, aquam seruabis. Deinde axungiam
porci masculi non salitam liquato, & per lin-
teum duplex colato. Deinde accipito, zinzibe
ris albi, caryophyllorũ, cinnamomi, euphor-

bij, ſpicenardi, camphoræ, ſingulorum vncias duas, nuces moſchatas tres. Trita hæc omnia cum axungia colata, vt dixi, miſceto, his adde vncias duas argenti viui ſæpius abluti cum ſale & aceto, & per corium traiecti, & cum hoc incorpora ſcoriam (lafeuille ou de la laueure, vt Gallicè ſcribitur) argenti fini (de coupelles.) Omnia ſimul mixta deſtillato, aquam ſeruato. Poſtea accipe aquæ de terebinthina prædictæ vncias ſex, & poſterioris aquæ de axungia duplum, miſce: & cum vti volueris, abluito faciem prius cum decocto ceruſſæ & abſtergito. Tum de aqua iſta commixta circiter ſex guttas in volam manus effunde, & vbi volueris illine, & locum illitum linteo intege donec ſiccetur. Effectus ſequetur mirabilis.

Alia de limacibus. Limaces albæ triginta. Lactis caprarum libræ duæ. Adipis porci vel hœdi recentis vnciæ tres. Camphoræ tritæ drachma, deſtillentur in alembico vitreo.

Alia. De medulla panis frumenti albiſſimi ſex vncias infunde & laua in libris duabus lactis. Miſce diligenter, & deſtilla, vt ſupra, & laua.

Probatur etiam aqua deſtillationis albuminum ouorum.

Alia candorem faciei inducens. Myrrhæ vnciæ duæ, thuris albi, maſtiches, vtriuſque ſemuncia, zinziberis albi drachmæ tres, cinnamomi electi, argenti ſublimati, vtriuſque drachmæ duæ, camphoræ drachma, albuminis ouorum

rum

rum libra aut sesqui. Omnia diligenter mixta ponantur in ventre gallinæ iuuenis & bene habitæ, exenteratæ. Quod si voles, gallinam simpliciter adijcito, sed pelle detracta minutatim diuisam. Addantur etiã lactis asinini aut caprini sextarij circiter tres. Destilla in alembico vitreo.

Vt facies eleganter splendeat. Oua recentissima triginta, macerato in aceto quàm acerrimo per tres dies & noctes: deinde cum acicula pertundito, vt quicquid humoris continent effluat. Hunc in rosario destillabis, vt facies eo abluatur.

Aqua faciem clarificans. Radicem serpentariæ purgatam & concisam in tenues rotulas, per dies nouem macerabis in vino albo, ita vt quotidie vini recentis selibra aut amplius affundatur, deinde accipe omenta (toyllettes Gallicè) hœdina mense Maio seruata numero sex: oryzæ contritæ & coctæ in tribus libris aquæ solani nigri, & librã de farina oryzæ, aquæ prunorum syluestrium selibram, fabarum contritarũ sine corticibus quę in aqua iam dicta bulliant. His adijcies duodecim poma putrida, & oua decem: radicum iridis cõmunis aut iridis Florentinę manip. duos, mellis libram, amygdalorum amarorum selibrã, gummi Arabici, sarcocollæ, tragacanthæ, boracis, camphorę, singulorũ drachmas duas, lactis ouilli libras sex, terebinthinæ Venetæ vn

cias duas, aquæ de floribus nymphææ libr. duas. Hæc pariter in alembico destillentur igne lento. Aqua destillata Soli exposita sæpiculè moueatur.

Alia quæ maculas cutis delet & dealbat. Boracis vncia, camphoræ drachma semis, aluminis communis drachmæ tres, gummi Arabici, & tragacanthæ, vtriusque semuncia, sarcocollæ, assæ dulcis, vtriusque drachmæ duæ, cerussæ vnciæ quatuor. Omnia hæc terè, misce & infunde in aquæ serpentariæ aut (&) de floribus lilij, vtriusque selibram: vnà cum aquis de floribus genistæ, de solano, de nymphæa, singularum vncijs quatuor. Mixta destillabis in alembico vitreo.

Vt facies clara & iuuenilis fiat, adeò vt vix maiorem quindecim annis ætatem præ se ferat. Oua gallinæ recentia sine corticibus duodena, cinnamomi vncia, lactis asinini lib. Aqua inde per alembicũ detracta, ablue faciẽ.

COSMETICA QVAEDAM EX *Antidotario Gordonij.*

RECIPE radicum lilij, rad. dracunculi, ari, cicerum excorticatorum, oryzæ, amyli, cerussæ lotæ, saponis Gallici, ana vncias duas, ponantur in olla noua cooperta, decoquantur in furno, & conterantur. Tum ℞. tragacanthæ, gummi Arab. ana vnciam, infundantur in aqua de floribus fabarum. Dein

de por-

de porcellanas tempera in aqua limonum, do nec possint malaxari, adde boracis semunciã. Hæc omnia cum valde exigua axungia porci, misceantur cum aqua fabarum. Hinc facto quasi vngento illinè totam faciem mane & vesperi: & ablue cum aqua tepida colaturæ furfuris. Hoc medicamen abstergit, purgat, dealbat: denique faciem reddit summè & mirificè venustam, planam, æqualem, gratiosam.

Aliud: Limones scissi in tres vel plures partes, decoquantur in vino albo, quo cum facies abluatur.

Aliud ad rubificandum poma maxillarum, (cui supra quoq; similẽ descripsimus.) ℞. Aluminis, brasilij, granorum ex quibus fit persicum rubeum, terantur cum aqua vini destillata. Inde plurimum illinatur locus quem libuerit rubificare. Quod si aderetur perexiguum aquæ salis Ammoniaci destillati, color foret firmior ac diuturnior. Caueatur tamen ista aqua (Ammoniaci,) quia omne corpus corrodit, & si vti libuerit minima quantitate adijciatur, ne corrumpat medicamentum.

Qui plures liquores, destillatos præsertim, ad faciei puritatem & nitorem requirit, legat Rogerium tractatu 4. cap. 5. vbi is describit aquam fabarum, & limonum, quarum vsus sit vel per se, vel cum cõpositione quadam, &c. item aquam cum byronia & dracunculo compositam, & simplices, ex fragaria, ex hasta regia, ex herba moscata, ex florib. nigellæ, &c.

AQVAE AD TINGENDOS CApillos & alios pilos.

SPonſam Solis tritam(aliâs, Sôlſoſij ſemina trita) pone in lacte mulieris nutrientis puerum maſculum, decem (alij quadraginta) diebus, deinde fac oleum. Hoc oleum decoctũ cum auro foliato leniter bulliendo per diem vnum, mirabile eſt, nam ſi quis cum eo lauerit crines, auro ſimiles euadent. Eadem ſi facies illinatur & fricetur, plana & clara erit, vt angelica videri poſſit, continuando per quinque dies. Quin & viſum clarificat, & quemuis oculorum affectũ intra decẽ (aliâs quatuor) dies curat: nec non omnes dentiũ dolores intra triduũ, & ſi gingiuæ cum ea aqua bene fricētur, vermes cadunt & moriuntur, Aegidius inter cuius aquas hæc numero quarta eſt. Si quis biberit de hac medicina nouem diebus, curatur à paralyſi de quacunq; cauſa proueniente, etiamſi durauerit per quatuor (annos.) Lullius in libro de aquis. Videtur autem hic liquor non deſtillatione, ſed expreſſione tantum fieri, vt dicam inter Olea ex ſeminibus.

Aqua ex lardo deſtillata, vt capilli longi & flaui ac ſplendidi fiãt, & facies elegantior. Lardi quantum volueris radendo quàm minutiſſimè conſcindes, deinde in pila marmorea contundes vt paſtam ſubactã referat. Hac in alembico deſtillata liquorem album colliges, quo pilos & faciem inunges. Pulchritu-

dinem

dinem enim eis & splendorem conciliat, Andr. Furnerius.

Aqua ex melle destillata pilos venustos et prolixos reddit. Vide infra vbi dicemus de quintis essentijs simplicibus: & inter aquas quæ destillantur in rosarijs.

Aqua dealbãs, &c. ex talpa, sexta inter Aegidij aquas. Talpam in puluerem redige cum sulphure, & affuso chelidoniæ succo relinque per aliquos dies, postea destilla. Hac aqua lauabis locũ cuiusuis bestiæ, & dealbabitur. Eidem si admisceas aquam (aliâs omittitur vox, aquam,) aloen & ceram, inungendo locum affectum curabis omnem guttam: & quod vocant noli me tangere, si emplastrum inde factum imponas. Inuncta (similiter) scabiem capitis emendat, & curat guttam rosaceam emplastri modo imposita. Cæterum cum lapide calaminari & aloe mixta, curat lupum perfectè, emplastro inde imposito bis in die, si etiam superfluitates eadem mixtura lauentur. Nullo modo autem intra corpus sumi debet.


Aqua tingens viridi colore. Cuperosæ (id est vitrioli) libra. Smerilli selibra. Destilla & vnge, Epiphanius Empiricus. Capparorum aqua destillata virides verè pilos & capillos efficit, Cardanus.

¶Aqua ad dentium purgationem benefaciens. ℞. Salis Ammoniaci, salis gemmæ, sing. vncias tres, aluminis saccharini sescun-

ciam, deſtillentur, aut in libris duabus aquæ macerentur octo dies, colenturq́; dentibus lauando affrica, Epiphanius Empiricus. Alias duas ſimiles ad eundem vſum reperies infra poſt Aquæ fortis deſcriptionem.

PER DESCENSVM QVOMOdo deſtillentur aquæ ex herbis, floribus & radicibus.

MODVS DESTILLANDI PER deſcenſum aquas odoratas & efficaces ex floribus & herbis.



ACcipe vas figulinum A: ſuper quod linteum lineum rarum B extende, & ſuper ipſū roſas, (nam ſic roſacea fragans mirum in modū euadit,) aut vaccinia floréſue alios aut herbas ſparge. Inde habeas patellam C quæ vas integat, & ſuper fundum D ignem pone. Sic deſtillatur odoratiſſima nonſolum, ſed etiam efficaciſſima aqua. Roſacea in Sole concluſa poni ſolet, vt fumi odore priuetur, cum tamen odorem roſæ retineat, Cardanus.

Roſæ recentes linteolo ſuper peluim tenſo im-

ſo impoſitę, ſi vas carbonibus ignitis plenum acceperint, deſtillant aqua multa & odora in eam peluim. Eodem modo flores reliqui Syluius. Mihi quidem hoc deſtillationis genus pro ijs omnibus quæ frigida ſunt & refrigerare debent, commodum videtur, præcipuè ſi odore careant, vt pleraq; omnia aſtringentia: & magis etiam quæ frigida & humida ſunt. Quin etiam multam aquam & breuiori tempore, minoriq; ſumptu ſic habebimus, nec periculum eſt quòd euaporent. Sed danda opera ne vas impoſitum nimis ferueat: & ne diutius quam par eſt relinquatur, ne aqua aduſtionē reſipiat.

Si duæ matulæ ſibi applicentur, & ſuperior roſis impleatur & inſoletur (interpoſito linteo) deſtillat aqua odoratiſſima in ſubiectam, Syluius.

Aqua roſarum moſchata quomodo in Sole fiat per deſcenſum, præſcripſimus ſupra in capite de aquis odoratis.

Palpebras inuerſas emendat violarũ florũ luteorum humor, qui per ſe in vitreã ampullã deſtillat. Vas impletur florib. qui diebus pluribus ſole continuo macerantur: vnde liquor quidam colligitur in fundo, is oculis ſalutariter imponitur, Alexander Benedictus.

℞. Turiones fœniculi, antequam floreant, ſucci plenos cum folijs, hos in phialam vitream imponito, non omnino tamen replebis: et os eius inuerſæ in alterã phialã ſubiectam im

mittito, ac oblinito fermẽto, ne spiritus exhalare possint. Pones autem phialas in foramine alicubi in pariete, solem meridianum feruidissimum versus. Sic intra sex aut circiter horas aquam habebis vtilissimam ad lippitudinem & visum acuendum: cuius vtilitatem amicus in seipso expertus, qui aquam quoq; ipse parauerat, nobis indicauit.

Scillæ recentes detracto cortice exteriore, cultro incisæ vasi infernè foraminulento, & supra operculato lutoq; munito imponuntur. Huius ollæ fundus immittitur in alteram ollam subiectam in scrobe terræ, & luto commissura circumdatur. Tum ignis excitatur circa superiorem ollam per noctem vnam (horas decẽ aut amplius.) Sic aqua defluit in ollã inferiorẽ: quæ cũ farina vel pane mista, gustata mures cito necat: citius, si lithargyri paucũ miscueris. Bulcasis lib. 2. & ex eo Syluius.

Est quãdo per descensum fiũt aquæ & olea quædã, quemodo ex resinosis arboribus vrẽdis pix, Syluius. Sed de oleis quæ per descensum fiunt infra dicemus. Quędã medio ferè inter ascensum & descensum modo fiũt, vt oleũ vitrioli cucurbita in latus posita transuersa.

DESTILLATIO IN CINERIbus, vel arenis, aut scoria trita, &c.

IN cineribus destillantur tum aquæ, tum olea: Aquæ, mitissimo calore, quem manu tũ cine-

cineres, tum ipsa destillatoria vasa tangendo discernes. Et forte nihil interest, in Balneo Mariæ aut cineribus quasuis aquas destilles, si ignis modum obserues. Nam in balneo Mariæ aquam cui destillatorium vas imponitur feruere licet: cineres feruere aut calere nimis non licet, nempe cum herbæ, radices, flores, aut liquores aliqui ad deriuandam ex eis aquam destillãtur. Eò quidem suauiora, & empyreumatis minus olentia fieri creduntur in cineribus destillata huiusmodi, quò lenius lẽtiusq; res perficitur, ita vt capitellũ nõ caleat, & aliquãdo inter vnã & alterã guttã delabentem, circiter quinquaginta vnitates ab accelerãte numerari possint. Olea verò maiori igni & calore vehementiore indigent, nempe ficciore, itaq; licet in cineribus rectè fieri possit, quicquid in aqua fit, non conuertitur tamen, nam olea in cineribus fieri possunt, in aqua bulliente nequeunt. Sed hæc res clarior fiet infra vbi de quinta essentia docebimus.

Facilis autem & in promptu est per cineres destillatio, si vas figlinum aut æneum mediocre, satis profundum, & cucurbitæ seu corporis destillatorij capax cinere tenui & cribrato aut arena tenuissima, eo vsq; repleatur, vt quæ in vase est materia destillanda, tota infra cineres habeat neq; emineat. Hoc vas cineribus plenũ supra quinq; aut sex ferreos cylindros aut bacil. pones: q trãsuersi de latere ad laterẽ impositi sint. trib. nẽpe laterib. foco im

poſitis, eorum duo latera occupabunt, poſte-
riori, ſi res ad parietem fiat, non eſt opus. An
terior pars huius ceu quadratæ conſtructio-
nis aperta relinquetur, vt ignis illic fieri &
ſubijci poſſit. Longitudinem laterum ſingulo
rum pedalem eſſe ſatis eſt, altitudinem digito
rum ſex, aut circiter. Hæc omnia circunqua-
que luto (admiſtis fruſtulis teſtaceis) obfirma-
bimus, vt calor melius contineatur, duobus
ſpiraculis relictis in angulis. Sed modus hic
prorſum extẽporaneus eſt, & pro vno dunta-
xat vaſe idoneus. Ego operoſiorẽ aliquando
fornacẽ conſtruxi huiuſmodi. In angulo do-
mus baſin cũ lateribus & calce erexi, ad altitu
dinẽ ſeſquipedis. Super baſi fornacẽ rotundã
cum hoſtio vno anguſto, longo latoq; inſtar
parui lateris, (ita vt manus inſeri poſſit,) qui
cum claudere libet fornacẽ opponitur. Spi-
racula ſeu vẽtilia erãt tria. Altitudo fornacis
ad digitos circiter decẽ. Super hanc fornacẽ
eiuſdẽ circunferentiæ lamina ferrea impoſita
erat, diametri ad duos pedes aut amplius, circa
hanc vndiq; margo erigebatur ex crudis lateri-
bus (nã pro fornace lateres coctos accepi) in
orbẽ, altitudine ad duos palmos. Rotundum
hoc ſupra laminas ſpaciũ cineribus replebat.
In cineres per circuitũ circiter quinq; vitrea
deſtillatoria indebantur, vt eodem tempore,
& eodem igne, plures ſimul aquæ, aut olea de
ſtillarentur. Vndiq; autem fornax munita e-
rat luto ſubacto cum aqua valde ſalſa cui
pars

pars aliqua fimi equini miſta erat. Eſt ſanè hoc genus fornacis valde idoneum, quòd exiguo igne indigeat, qui & ipſe in tali forma diutiſsimè indurat: vt mane & veſperi ſemel curaſſe ignem ferè ſufficiat. Debet autem is ex carbonibus tantum fieri, qui per batillum ferreum, tantùm vt commodè per hoſtiolum inſeratur, in fornacem immittuntur; batilli huius margines vtrinque modicè eleuantur, vt carbones commodius contineantur. Opus eſt etiam batillo ferreo oblongo (pro modo fornacis) in fine curuato ſecundum angulum rectum, & ibidem in fine aliquantulum dilatato, per quem moueantur & digerantur qui intus ſunt carbones, & de batillo detrudantur. Sed hæc experientia melius cognoſcuntur. In his fornacibus, & quomodocunque in cineribus, tum alia aquarum oleorumq́ꝫ, vt dixi, genera rectè parantur, & præcipuè quæ ſicca in vino infuſa & aliquando vaſe optimè clauſo macerata fuerint, eundem prorſus odorem ſaporemq́ꝫ reddditura: vt abſinthium, ſicut ſupra docui, gentian[illegible], baccæ iuniperi, & aromata, ex quibus deſtillatas aquas aureas denominant noſtrates, &c. tum aquæ vitæ deſtillatio aliquoties repetitur: in qua hoc animaduerti, meliorem ſemper & puriorem partem primam fluere & quicquid phlegmatis eſt, (vel aquæ mortuæ, vt quidam vocant, quòd inutilis, noxia, & ferè fœtida ſit,) poſtremum ſequi: quod in capitello vitreo pulchrè

dignoſcitur: nam dum eſſentia purior, ignea ſcilicet & aerea fluit, nullum in capite ſignum apparet: vbi verò iam phlegma commeat, aquæ ſtriatim fluentis veſtigia manifeſtò apparent, quæ vt primum videri cœperint, remouendum eſt vas recipiens, & quicquid in cucurbita ſeu ventre reliquum fuerit, tanquã inutile effundendum: & altera deſtillatio inchoanda, idq́ repetendum, donec nullum amplius phlegma ſe prodat, quod quarta plerunque aut quinta deſtillatione contingit. Poſtquam non amplius deſtillatione, ſed circulatione opus eſt, vt liquor rectificetur, vt illi loquuntur, & in cœlum aut quintam eſſentiam vertatur.

Deſtillata vapore aquæ calentis vires & qualitates plantarum integrius retinent, ſed quia excrementoſa ſunt, parum diu ſeruari poſſunt. Diutius quæ cinerum aut ſcoriæ pulueratæ calore deſtillantur in vaſis lapideis aut vitreis, quantumlibet multis, ſuper longã aut rotundam fornacem tegulis intectã, quæ ſuſtineant arenas altas plumbo alto circundatas. Sed vaſa hæc paulatim calfacienda & refrigeranda ſunt priuſquam aeri frigido aperiantur: alioqui mox rumpuntur, Syluius.

Vlſtadius deſtillationem quandam in cineribus fieri iubet igne tam lento, vt poſsis numerare vnum, duo, tria, per ſingula guttarum interualla.

Fructus quoslibet bene maturos, conciſos &

os & contritos destillabis in arena igne lento, Vlstadius.

EXTEMPORANEVS QVIdam modus.

COnficitur & repente aqua, dum calefacto aut feruente succo, cyathus superponitur vitreus, in quo fumus transit in guttas: guttæ inde collectæ in aquam coguntur. Sic acetum in aquam facilè vertitur. Vtilis hæc ad oculorum maculas & suffusiones detergendas, maximè si albo aceto ruta incoquatur, Cardanus.

RESINAM larignam aliqui in vase ligneo ponunt cuius fundus ad perspicuam & quam fieri potest summam tenuitatē à tornatore redactus sit: sic in loco calido purior & tenuior pars destillat.

DE ROSARIIS ID EST INstrumentis, quibus ex rosis & alijs medicamentis liquor stillatitius elicitur, igne subiecto plerunq; immeditatè, ex carbonibus aut segmentis lignorum.

IGnis in destillatione magis adustionis odorem communicat aquæ destillandæ quam carbones aut aqua, quod vt caueas arenam imponito patellæ in communibus rosarijs: aut potius fac vt arena inter ignem & patel-

lam ſit, necnon circa patellam, eamq; vitrea-
tam ſi terrea eſt; nam & ex ære fit. Patellæ &
alembici commiſſuram luto munies, faſcia
ſcilicet lintea luto inducta & aptè circumpo
ſita, nec non vas recipiens cum naſo alembi-
ci, Brunſuicenſis. Hodie quidam roſarias i-
ſtas capellas ex ære faciunt, & ſuprà arenam
ponunt herbas deſtillandas: & in circuitu pa
tellæ (infra ipſam quoque, ni fallor) ſpacium
vacuum aqua replent, canali vbi infundan-
tur ad id facto. Ignem autem vel ex carboni-
bus ſubijciunt, vel ex lignorum ſegmentis bre
uiſsimis, quòd ignis flamma propter ambien
tem aquam minus poſſe nocere videatur. Sed
proculdubio hæc omnia in vitreis vaſis mul-
tò fœlicius deſtillabuntur, ſiuè in Balneo Ma
riæ ſiue in cineribus.

Acetum deſtillatione candidum redditur, cum ad alios chymiſtarum & medicorum v-ſus, tum vt ſyrupo acetoſo miſceatur, de quo Bulcaſis verba adſcribam. Conſtrue atanor ſimile illi in quo deſtillatur aqua roſacea: & ſuper pone vas deſtillatorium ex vitro vel ex terra vitreata: & imple tres partes ex aceto bono, vt quarta pars vaſis ſuperius ſit va-cua, ne cum ebullierit acetum effundatur. De inde operi vas cum vaſe aliquo ſuperius, ſi-cut nouiſti, habente naſum, vt ſit in aqua roſa cea: & fac ignem leuem, non fortem, nam ſi eſſet fortis, non fieret acetum adeò album. Oportet autem acetum quod deſtillatur, eſſe

ex vi-

ex vino albo, & acerrimum. Sic album & purum colliges liquorem, & repones. Eodem modo destillari potest vinum, Hæc Bulcasis. Ego in vitreis vasis in cineribus aliquando destillaui, quod aliquot hactenus annis seruo odore saporeq; aceto non destillato simile, colore tantum & substantia differens quibus aquam puram refert. Videtur autem Bulcasis sentire destillandum esse acetum cum igne sine aqua, non in balneo Mariæ, sed eo modo quem in rosis destillandis, primum & secundum facit, id est, sine aqua cum igne lignorum, aut potius carbonum. Nos in cineribus optime destillauimus. Dissoluuntur aceto forti præsertim destillato, vel succo limonum, margaritæ, testæ ouorum, lapides renum, vesicæ: coralium vtrunq;, eaq; post siccata prompte friantur: præcipitatum & sublimatum & cinabrium, & in argentum viuum redeunt, Syluius. Aceto destillato metalla resolui chymistæ aiunt: item vrina humana destillata.

Cannabis folia in farinam versa, quod caput feriant, potum suauiter inebriantem efficiunt, Cardan. Videtur autem aqua superinfundenda, & cum simul fermentata fuerint, destillanda, similiter vt aqua ardens vel in rosario, aut simili instrumento vbi ignis immediate subijciatur: & forte bis aut ter repetenda destillatio. Idem dixerim de AVENAE aqua, de qua similiter Cardanus: Aqua (in-

quit) ex auena destillata vtuntur Moscouitæ quòd vinò careant: nec minus excalefacit aut inebriat quàm vinum. Cum enim auena crassioris sit substantiæ, necesse est vt ex destillatione incalescat, attenuetur ac exacuatur, & ad naturam aquæ ardentis accedat, Hæc ille. Idem sanè fieri poterit ex quouis potu inebriante, vt zytho, ceruisia, curmi, & apomelite, præsertim vetere: & eo qui cum milio decoquitur.

Mel inter destillandum inflari & exundare solet, cum incalefactum est: hoc cauetur, cum destillatio fit in rosario communi, superimposito in patella ligneo cribro (cum setis equinis,) ita vt mel attingat. Destillaturus autem in cucurbita vitrea, puram & bene lotam arenam admiscebis, & ignem lentum facies. Aqua prima abijcitur, colligitur verò secunda cui color aureus, & sub finem ruffus. Huius aquæ vsus est mulieribus ad capillos, vt augeantur, mollescant, & flauescant, ea madefacti præsertim in Sole. Defluuia capillorum emendat. Oculis tumidis & lippis medetur: & aquosas earum tunicas & caliginem discutit: angulos oculorum læsos & vlcerosos sanat. Locis ambustis egregiè medetur, præsertim mollibus, & teneris, ita vt nulla cicatrix relinquatur. Posterior aqua, quæ ruffa est, expurgat pus & saniem in putridis vlceribus, si ea lauentur, & imponantur madida inde lintea: & cum ea

repur-

repurgârit, carnem etiam producit, Ryffius. Vide Vlstadium.

DE OLEIS DESTILLATIS.

Et primum in genere: deinde particulatim:
De oleis ex plantis, floribus, herbis, gummis, resinis, seminibus, corticibus, lignis.
De oleis compositis illis quæ balsama vocant.
De oleis ex animalibus.
De oleis metallicis.

OLea quæ vasis chymisticis siue per descensum, siue per ascensum parantur, quædam simplicia, quædam composita sunt: horum quædam ex pluribus composita vt balsama, quæ artificialia vocant, aliquot: quædam ex paucis. Sunt quæ inter simplicia & composita media videri possint, vt illa vbi vni medicamento contrito liquor aliquis additur, quo cum maceretur & vnâ destilletur, vt per id quasi vehiculum ascendat, postea separatur.

Item quædam ex plantis fiunt, earúmue partibus, floribus, radicibus, seminibus, corticibus, resinis, gummis, lachrymis. Quædam ex animalibus, eorúmue aliqua parte, aut excremento. Alia ex metallicis, aut similibus vt ex antimonio, plumbo, succino. Nos

de ſingulis loquemur, per tres iſtas poſteriores claſſes. De cæteris verò oleis quæ alio quopiam modo fiunt, vt expreſsione, infuſione, &c. infra ſeorſim tractabimus.

Vt oleum benedictum ex lateribus ignitis oleo reſtinctis deſtillatur per ſublimationem, ſic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, reſinis, oſsibus, medullis, & alijs pingui humore abundantibus, poteſt ſublimando trahi oleum. Syluius.

Olei natura rebus mixtis ſiue à natura compoſitis omnibus ineſſe videtur, cum ſali etiam corpori aridiſsimo inſit, vt Cardanus ſcribit. (Eſt etiam in ſale pinguitudo, quod miremur, Plinius) ſed alijs plus alijs minus. Eſt enim oleoſus & pinguis humor quin in mixtis ineſt, non aqueus ille & facilis exiccatu, ſed aereus qui etiam calidus eſt: Vtrique enim elemento ſui generis humiditas eſt. Hunc liquorem in quibuſdam ipſa natura ſeparat, non in plantis tantum per ſuccos ſiue liquores, opoùs Græci dicunt: lachrymas, gummi, reſinas, elæomeli: ſed etiam in corporibus inanimatis, vt in metallicis pinguibus, ſulfure, argento viuo: item in bituminum generibus diuerſis, naphtha, ſuccino, ambra, & petrelæo, cui nomen quòd è ſaxis effluat. Manifeſtiſsimè verò in animalibus, tum per alias eorum partes, tum prçcipuè adipes, medullas, ſanguinem & in ijs quæ ſanguine carent congenerem ei pinguem aliquem humorem.

morem. Idem neque excrementis deest, alui, vesicæ, sudori, melli, ouis, &c. In solidis quidem tum animalium tum plantarum partibus, ijs præcipuè omnibus inesse videtur, quæ fibras seu venas habent manifestas, per quas scilicet nutrimentum attrahitur. Nutritioni enim dulcia maximè destinantur, quæ quidem facilè in pinguitudinem à mediocri calore vertuntur: quin & ipsa pinguia subdulcia sunt. Et succi pinguis abundantia in ijs maximè spectatur, quæ dulcibus multis aluntur. Pinguia tamen ipsa per se non nutriunt, quòd innatent, neque in massæ seu chymi in ventriculo vnitatem redigi possint. Iam pinguiusculus ille succus eò plus olei continet, quo in solidiore aut ficciore inest materia, vt pote syncerior & minus aquosus. Guaiacum quidem quod in aqua subsidit, eò abundat. Rariora & leuiora ligna pinguem succum in gummi aut resinas conuertunt, quamobrem eo minus abundant: solidiora densioráque & grauiora eundem retinent, vt guaiacum, iuglans, fraxinus.

Porrò oleum lignis omnibus inesse vel cinis ostendit: omnium enim cinis pinguitudinem suam habet, quam in lixiuium deponit. Adeò durabile est pingue aereum & magis etiam igneum, vt cum terra comburatur, aqua euaporet, illa remanent, partim in cinere, partim in fuligine, quanquam in vtrisque etiam illis terræ essentia reliqua sit, vt sola

aqua absumpta videatur tota. Sed hæc ad philosophos pertinent.

QVOMODO EXTRAHENDVM *sit oleum ex aromatibus, vt caryophyllis, nuce moschata, croco, macis, & alijs.*

AROma quodcunq; volueris cõcisum, & contritum crassiusculè, aqua vitæ rectificata & circulata, mediocriter perfunde, & simul macerata demum destilla igne perquàm lento. Et cum aqua vitæ omni iam detracta, oleum stillare inceperit, materiam aromatũ è cucurbita exemptam sacculo impones diligenter filis obligato, & in prælo ad id apto exprimes, vtrisq; ferreis præli laminis bene calefactis. Sic expressum oleum destillare, rectificare & circulare conuenit: vt oleum syncerum à crassiore materia separetur. Fæces deinde rursus digeri seu putrificari possunt cum aqua vitæ prius separata, (& denuo destillari.) Et hic modus commodissimus vtilissimusq; inter cæteros videtur, Ryffius: sed obscurius quàm oportebat, nos vt licuit vertimus.

OLEVM QVOMODO PER *destillationem extrahatur è lignis, & similibus, velut caryophyllis, ex Cardano.*

IN



IN vitreo vaſe A. cõtrita ponuntur, & quanto leniore licet igne deſtillantur: & ſi liceat aqua feruente circum vas poſita oleum elicere, longè erit melius. Summitati vaſis pileus vitreus B. imponitur, ac luto ne reſpiret aptatur, cui de more canalis adiacet C. cui alter canalis vitreus adiungitur D. ita luto ſeptus vt nihil poſsit reſpirare. Hic per vas ligneũ E. tranſit, quod aqua perpetuo frigidiſsima repletum habere oportet, cannula H. detrahentes quicquid iam calorem cõtraxerit, aliam nuper hauſtam denuo addẽdo: nam ſic D. refrigidatur, fumiq; nõ vrũtur, ſed in aquã vel oleum tranſeunt, conuerſiq; per F. canalis partem obliquam & vltra vas aqua plenum exporrectam, guttatim in vas G. cadunt. Vt igitur vidi, primò turbidum quoddã

effluit, ſubſtantiam rei tenuiorem efferens, pòſt aqua clarior exit, demum òleum, quod exuſti potius odorem refert, quàm rei illius à qua defluxit. Hoc modo aquarum etiam (ex herbis & floribus) deſtillatio fieri poteſt, ſed is longè melius per deſcenſum fit, &c. Sunt qui iuxta F. moſchum pónunt aliaq́ pretioſiora odoramenta, retinetq́ aqua odores non ſolum proprios, ſed etiam moſchi & aliorum quæ apponuntur.

De deſtillatione per deſcenſum. Vlſtadius cap. xix. docet de hoc deſtillandi modo in genere, & priuatim de oleis ex lignis iuniperi, ex vitellis ouorum, ex nuce moſchata, & Benedicto: ex quo ego clarius & breuius rem oſtendere conabor. Docet igitur conſtrui fornacem huic deſtillationi aptam, ſimilem foco qualis apud Germanos fit, ex lateribus non coctis, altitudine ſeſquicubiti vndique, excepto anteriori latere, (quod humilius fieri poteſt, & lateribus tenuibus tegi, ad imponendum aliquid vt ferramenta, quibus ignis regitur,) latitudine trium cubitorum quoquo verſus. In medio huius foci foramen fit, tantum vt pes hominis immitti poſsit. (Erit autem hæc fornax etiam ad alium vſum apta, nempe ad ſigillandum ſigillo Hermetis, vt vocant: cum cucurbitæ vitreæ os in foramen furni inditum palmi; id eſt quatuor digitorum longitudine, & ſi quid amplius circa ipſum patet eo argilla obſtructo, vbi incan

duit

duit forcipe ſimiliter candente cõprimatur.) Deſtillaturus ergo in hac fornace, cucurbitam accipe de optima terra: ſin minus de cupro vel orichalco: hanc imple vſque ad tertiam partem materia deſtillanda: & include ei operculum ferreum tenuiſsimum ex lamina ferrea, foraminibus paruis plenum. Tum inuertes, & impones os vaſis in fornacis foramen ad tres vſque digitos inſerendo, & quicquid circumquaque patet, luto diligenter explebis, ita vt nihil quicquam in hoc foramen decidere poſsit. In parte autem inferiore foraminis cucurbitam vitream ſubijcies (pro qua imponenda eximendaq́; & vt videas quando materia tota deſtillârit, anterior fornacis pars debet eſſe aperta:) cui ſuperioris cucurbitæ os inſertum aptetur, (non lutando tamen.) Tum ignis fiat ſuperius circa vas quod materiam continet circumquaque. Sed ignis primo exiguus eſſe debet, & à vaſe quantum fieri poteſt remotus: deinde paulatim & maior & vaſi propior excitari.

Sciendum eſt autem quòd à quauis materia, à principio aqua deſtillat, plus minus, ſecundũ materiæ differentiam. Hæc cum fluere deſierit, & iam oleũ ſtillare cœperit, euacuabis cucurbitam è vitro ſubiectam, iterumq́; ſubijcies: & ignem augere perges, & eundem propius vas excitare, donec nihil amplius olei deſtillet. Tum enim ignis mox longè re-

mouendus est, vt superior cucurbita refrigeretur. Deinde inferiorem, id est excipientem auferes, & oleum seruabis. Cæterum ignis, vt dixi, in principio perexiguus requiritur, paulatim augendus ad quartum vsq; gradum duabus ex causis. Primum ne nimij caloris subito excessu omnis humiditas, etiam oleosa consumatur: quod præcipuè cauendum est, cũ ex vitellis ouorum & nucibus moschatis oleũ desideramus. Nam in alijs quibusdam, vt ex lignis iuniperi, repentino etiam & magno igne excitato nihil deliqueris. Deinde quia lignum accensum forte cucurbitam læderet, vreret, rumperet, aut oleum ingrato odore afficeret. Porrò in oleo Benedicto simplici, augebis ignem saltem in fine destillationis, & destillandi locum huiusmodi parare poteris: Foueam in terra fodito, longam, latã & profundam pro modo ollæ in eam imponendæ. Sit autem olla vitreata, aqua abluta: & super orificium eius ponatur lamina ferrea tenuis, multis foraminibus perforata, ita vt lamina infra summã ollæ marginem sit digiti transuersi latitudine: Supra hanc impones aliam ollam quæ materiam destillandã contineat, sic vt orificia coniungantur, & omnia optimè lutentur. Tum fiet ignis circa ollam superiorem, quæ tota sit extra foueam præter orificium. Sed secundus hic modus incõmodior primo est: quoniam aqua ab oleo separari nõ potest: nec facile cognosci quando tota materia sit

ria sit

ria ſit deſtillata, niſi vſu & conſuetudine id co gnoſcatur. Poteſt etiam fornax fieri in colle præcipiti, vt idem Vlſtadius docet: ego ne ſim prolixior omitto.

Oleum de folijs citri, arantiæ, aut limonis cum deſtillatur, primò aqua elicitur, deinde oleum, quorum vtrunq; ſeparatim ſeruari debet: oleum quidem in primis ſuaue & bonum eſt. Fit autem hunc in modum. Folia de quauis prædicta arbore, diſciſſa cõtunde in mortario, & deſtillando aquam excipe: & cum videris guttam aliquam diuerſi coloris aquæ innatantem, mutato recipiente ignem auge, & oleum collige: id modicè olebit aduſtionem, quod vitium emendatur, ſi diu Soli expoſitum relinquatur. Sunt qui iam dicta folia inter duo lintea ſiccent & conterant, adijciantq; alia multa odorata, vt zibettum, moſchum, ambram, ſtyracem cal. ladanum, cinnamomum, benzoum: non quidem ſubſtantiam eorum, ſed fumum duntaxat: hæc enim inijciunt in aquam roſaceã ſuper igne, & vapore eorum folia imbuunt. His ita diligenter imbutis, accipiunt aquã roſaceam in qua macerata ſint aromata quædam, vt caryophylli, galanga, nux moſchata, &c. per vnum aut alterum diem: eaq; madefactum puluerem foliorum in cineribus igne lento deſtillant, donec aqueus liquor ſeparatus ſit: deinde aucto igne oleum excipiunt, quod longè gratiſsimi & ſuauiſsimi odoris eſt, Furnerius.

Empiricus quidam mihi retulit, hoc modo commodè oleum ſeparari ab herbis & radicibus. In terebinthina aut larigna reſina lota (octies aut nouies) donec albeſcat, herbas aut radices impone, & in arena calida relinque q. ſ. Deinde deſtilla igne lento: & profluet primo terebinthina, mox ab initio: aut ſi parum mouet, confercta ſeu vniuerſa deinde fluet, primum lacteo ferè colore, deinde flaueſcens. Deprehendes autem guſtu quando liquor optatus fluere incipiat: colore mutato, vas recipiens quoque mutabis, vt ſeorſim excipias: poſtremus enim liquor ignobilior eſt, & extra corpus vſurpandus, prior verò intra corpus, Hæc ille. Ipſe mihi videor oleum de baccis iuniperi vidiſſe hoc modo paratum.

Olea deſtillata quę intra corpus dantur, omnia miſcenda ſunt cum liquore aliquo, vino, apomelite, aut ſyrupo cum aqua deſtillata quapiam, alióue medicamento: vt infra etiam inter balſamelęa dicemus: hoc eſt quod empirici dicunt, oleis vtpote ſpiritibus, addendum eſſe aliquod corpus.

DE OLEIS EX FLORIBVS.

OLeum ex croco paratur ſic: aſperſa aqua vitæ digeritur materia, & abſtracta per deſtillationem aqua vitæ prælo expreſſus liquor circulatur, vt ſupra ſcriptum eſt de

est de aromatum destillatione in genere, ex Ryffio.

Oleum de spica, ex Gallico libro Furnerij. Herbam (flores potius) spicæ aut lauendulæ ad breue tempus insolato, tum in alembico aquam extrahito. Hæc per æstatem Soli loco quàm calidissimo exposita oleum, in superficiem effundit, quod subinde ab aqua separatum seruabis. Nam & suauissimè olet, & aduersus morbos varios, præsertim frigidos, vtilis est: & dolores tollit.

Eiusdem alter modus. In quanta volueris copia olei de amygdalis dulcibus, flores spicæ, bene maturos macerabis in vase vitreo in fimo equino per dies quadraginta. Deinde lẽto igne destilla: postremò in Sole rectifica vase diligenter obstructo. Si tamen adustionis odor sit, duo aut tria exigua foramina in cooperculo relinques. Sic in Sole purgatum, bonum & odoriferum remanebit.

Eiusdem tertius modus. Floribus spicæ bene maturis vas vitreum imple, obstrue, & quotidie quantum poteris adijce. Hoc facere perges diebus octo: deinde vas obstructum in fimo equino per tres menses putrificato. Tandem destillabis in alembico magna diligẽtia, & extractum oleum insolabis, ita vt semper quicquid clarius est separes & reserues. Sunt qui materiam, vt primum ab igne (sic habet Gallicus liber, sed puto legendum à fimo, scilicet equino in quo macerata est per tres men

ſes)extracta fuerit, Soli exponunt, & innatãs aquæ oleum ſubinde remouent. Vbi verò flores oleum reddere iam deſierint, quantum poteris exprimes, & ſuccum expreſſum in Sole relinques vaſe inclinato, vt ſupernatans oleum faciliùs ſeparetur. Sic oleum perquam odorum habetur ſine omni aduſtionis vitio, Hucuſque Furnerius.

Idem oleum Ryffius fieri ait, vt oleum de roſmarino, cõciſis floribus in vino vetere maceratis, deſtillatisq́; ita vt alembici ſpiritus ſubinde refrigerentur, &c. Vide ſupra in Oleo de Roſmarino. Sunt qui hoc ſpicæ oleũ publice vendant, & balſamum nominent, cũ tabulis in quibus facultates eius deſcriptæ habentur. Valde calidum & ſiccum eſt. Noui ego mulierem quæ vnam & alteram guttam eius non ſine periculo intra corpus ſumpſit, ſed lumbricos inde multos deiecit. Miſcetur rebus quàm plurimis, odoris præcipuè gratia. Gutta eius cum multa aqua agitata, totam reddit odoratam. Medici etiam oleis vngentisq́; calidis eam admiſcent, tum odoris gratia, vt vel gratum augeat & conſeruet, vel cælet ingratum: ſuperat enim omnes odores: & forte nullus liquor reperitur æquè ſimul & vehemens & ſuauis odore. Ex ſpica certè longè odoratior quã ex lauendula fieri videtur.

Oleum roriſmarini quod vicem balſami gerit. Ampullam floribus roriſmarini impletam ſepelito in arena (clauſam panno duplicato ce-

to cerato, aut cum cera & coopertorio ita quòd respiret, Arnoldus: duplici linteo, deinde etiam cera occlusam, Holierius) vsque ad mediam partem: & sic relinque per mensem aut amplius, donec flores in aquam conuertantur. Hæc aqua separata & soli exposita per dies x. aut xx. (aliâs xl.) densatur instar olei. Cor, cerebrum, neruos, & totum corpus roborat. Pannos faciei & maculas delet, iuuentutem conseruat. Gutta eius aquæ imposita, vt balsamum subsidit. Prodest ad telas & lachrymas (aliâs maculas & alios affectus) oculorum, si gutta vna imponatur in oculos, bis aut ter ad summum. Membra paralytica vt plurimum recalfacit, & sanat aliquando. Phlegmati salso resistit, fistulas & cancrum, quæ alijs non cedunt remedijs, persanat. Ad eadem facit aqua vitæ ex vino in quo decoctus sit rosmarinus destillata, Lullius. Ego rosmarinum non decoquerem, euaporat enim vis vini & quinta essentia: sed in vase obstructo macerarē aut putrificarem, deinde in Balneo Mariæ primum, post in cineribus aqua super fæces rursus infusa destillarē. Mecū facit Arnoldus de Villa noua, qui in libro de vino, (vbi ille de rosmarini etiam oleo eadem scribit, quæ iam ex Lullio scripsimus, si modo Lullij ea sunt:) Sæpe (ait) expertus sum quòd aqua vitę facta de vino in quo re mollitꝰ fuerit ros. curat phlegma salsū, scabiē, cancrū, & fistulā, quę ali

ter ſanari non poſſunt. Sed hoc oleum roſmarini non aliter fit quàm è floribus verbaſci oleum, non per deſtillationem.

Oleum roſmarini fieri debet ex floribus decerptis cum ſummis turionibus, ſeu ramulis quibus adnati ſunt, contritis, & in optimo vino vetere maceratis ſeu putrificatis. Debent autem deſtillari lento igne, ita vt alembici ſpiritus ſubinde refrigerentur: poſtea circulari, donec quoad eiusfieri poteſt omnis craſſa ſubſtantia à ſubtili ſeparetur. Gualtherus Ryffius. Poterit autem deſtillari, vt conijcio, vel in cucurbita, præſertim breuiori, cum alembico: vel in retorto cum recipiente diuerſæ figuræ, vel potius in duobus retortis quorum alterum ſit recipiens, vel in vaſis æneis quæ veſicas vocant pharmacopolæ, vt aqua cinnamomi, aut aqua ardens.

Eodem modo deſtillantur olea, vt idem docet, VERNICE ſeu gummi iuniperi, de SPICAE aut LAVENDVLAE florib. ANISI ſemine, & multis alijs ſeminibus.

Chelidonij quarta eſſentia ſiue ignis qui eſt tanquam liquor olei, &c. quomodo paretur & in quem vſum, lege ſupra vbi de quinta eſſentia tractauimus. Licebit autem à pleriſque herbis & alijs medicamentis, oleum duplex, aereum & igneum, eodem modo quo in Chelidonio illic præſcriptum eſt, extrahere.

Oleum rutaceũ. Cardanus libro ſec. de ſubtilitate, venena quædam eſſe ſcribit quæ ſolo

tactu

tactu occidant. Aduersus hæc, inquit, auxiliũ est, non hærere loco cuiquam donec incalescat manus: lotio frequens partium cum aqua tepida, olei quoq; rutacei, non illius vulgaris sed eius quod eodem modo factum sit quo & spicatum & caryophyllatum apud pigmentarios fieri solet, inunctio. Hæc ille. De oleo ex seminibus rutæ, paulò post ex Lullio scribemus: id verò cuius hic Cardanus meminit, ex ruta ipsa, hoc est summis eius ramulis florentibus parandum existimo.

DE OLEIS EX SEMINIBVS *& fructibus.*

OLeum de caryophyllis aliquando in Italia gustaui, supra modum suaue & efficax: id quomodo extrahatur, docuimus supra verbis Cardani, vbi de oleis extrahendis in genere scripsimus, item alio modo ex Ryffio, eodem scilicet quo ex quibusuis aromatibus, quæ in aqua ardente macerata destillant donec aqua ardens separetur, & cum primum cœperit fluere oleum, materia è cucurbita exempta exprimitur, &c. vt supra ex Ryffio scriptum est: qui huius etiam olei vires particulatim describit.

Oleum de nuce moschata quomodo eliciatur, vide superius vbi in genere tractauimus de destillatione oleorum per descensum ex Vlstadio. Oleum de NVCE moschata & inuo

lucro eius MACIS, eódem modo quo ex caryophyllis extrahitur, Ryffius, qui vires vtriusq; singulatim describit.

Anisi oleum extrahitur, (vt ex aliis siccis quæ in plantarum genere sunt,) seminibus cõ tritis optimo vino maceratis, deinde paulatim per ascensum destillatis, ita vt spiritus in alembico assiduè refrigerentur, &c. & liquore postea circulato. Vires eius Ryffius enumerat, nos omittimus vt & aliorum ferè vbi nullus peculiaris effectus aquis & oleis attribuitur, quin idem illis etiam à quibus detrahuntur remediis ante destillationẽ conueniat, nisi quòd destillãdo subtilior & efficacior redditur.

Olea è baccis IVNIPERI, & è baccis LAVRI eodem modo fiunt: nempe contrita vino macerata, aut aqua pluuiali, destillantur eodẽ modo quo aqua ardens, vel in vesica ænea vt pharmacopolæ nominant, vel ita vt ex lignis & caryophyllis oleum trahi supra scripsim⁹ ex Cardano: vel vt ex aromatibus ex Ryffio. Non multum enim referre puto, modo spiritus qui per alembicum ferũtur, in ipso rostro commodè refrigerari possint.

Vires oleorũ istorum Ryffius recenset. Solent & agyrtæ apud nos oleũ de baccis iunipe ri vendere, cum tabellis impressis quę virium eius catalogum continent. Hoc inter cætera etiam tertiana laborantibus mederi audio.

Oleum de frumento quidam faciunt exprimendo inter duas laminas ignitas: alii hoc

pacto

pacto inutile fieri putant, & parari debere vt oleum de iunipero nimirum ex lignis iunipe ri p descēsum. Mesue triticū excorticatum in vase sublimationis etiam destillari ait vt oleū philosophorum. Curat impetigines, & cutis asperitates à siccitate natas lenit & humectat, & cæteras cutis infectiones emendat. A Rasi etiam in Antidotario describitur. Vide infra inter olea non destillata. Posset etiam de HORDEO & similibus fieri, tum per sublima tionem, tum per descensionem, Monachi in Mesuen.

Oleum de ben (id est balano myrepsica) moschatum, quod Furnerius retraban vel retrahan vocat, pretiosissimi odoris. E fructibus ben (qui Genuæ satis copiose reperiuntur eodem ferè pretio quo amygdalæ) exprimes oleum vt ex amygdalis, sines quiescere, & impones moschi satis bonam copiam, & sic in vase vitreo bene obstructo immittes in cacabum vt aliquandiu bulliat, deinde oleum per destillationem excipies, quod suauissimū & odoratissimum erit.

OLEA QVAEDAM EX SEMINIbus, quæ reperi in libro de aquis Raymundi Lullij.

HAec olea separatim cōscribere volui q̄d dubitem an author per destillationem ea fieri voluerit, aut simpliciter per expressio-

nem, in singulis quidem hæc verba adijcit, & extrahatur oleum ad modum laicorum: quibus innuere videtur, simpliciter per expressionem seminum in torculari, vt vulgus facere solet, colligendum esse oleum, præsertim cum ab ijsdem in Sole siccatis extrahi velit. Non dubium est tamen quin eadem ritè destillata longè efficaciora essent: sed ad destillandum oporteret liquorem in quo semina trita macerantur cum eis relinqui, & putrificationem præcedere, &c.

Semina sponsæ Solis macera in lacte muliebri quadraginta diebus, & deinde fac oleũ ad vsum (modum) laicorum: Vide supra inter liquores cosmeticos.

Oleum ex seminibus rutæ. Rutæ semina trita misce cum auro foliato, & pone in aceto per diem vnum. Deinde leuiter ad Solem desicca, & extrahe oleum ad modum laicorum. Id pretiosum est, & venenis resistit, ita vt vomitu reddantur: quòd si quis secundo inde biberit, reliqui etiam humores ab eo infecti eijcientur: si tertiò, curabitur perfectè, intra tres vel quatuor dies. Omnem dolorem oculorũ curat ex quacunque causa, dummodo pupilla illæsa sit: si oculi bis die hoc oleo lauẽtur, & gutta vna in oculum infundatur, curabitur enim oculus intra tres vel quatuor dies. Si à ieiuno bibatur, non sinet venenum appropinquare ad hominem illo die. Quòd si quis etiam letali vulnere sauci⁹ inde biberit ieiunus, euadet, modo

modo reliqua cura vulneris fiat vt par eſt. Item à ieiuno potum, guttam omnem & ſcabiem depellit: & hydropem ex frigida cauſa natum, ſi vel biduo ſumatur. Deniq; membra omnia dormictia (paralytica, inunctum ſcilicet,) excitat & reſtituit.

Ruberta (ſi rectè legitur, forſan à colore: ego Sperma potius legerim) id eſt oleum naſturtij. Naſturtium (malim ſemina naſturtij, vt in reliquis ibidem, ante & poſt oleum) madefactum acri aceto, ſicca in Sole, & extrahe oleum ad modum laicorum.

Hoc mixtũ cum aloe & oleo laurino curat omnem ſcabiem & guttam, locis inunctis. Cum aloè & carbonibus de vlmo potum tertianam & quartanam curat, & omnem rupturã in corpore. Cũ ptiſana coctum & potũ, ſanguinis fluxũ ſiſtit, & aluũ aſtringit. Cum furfure coctũ & potum, omnem guttam depellit.

Oleum de ſeminibus pimpinellæ. Pone ſemina in vino rubeo per aliquot dies, deſicca, tere, & fac oleum ad modum laicorum. Potũ hoc oleum à ieiuno arenam & quemuis calculum veſicæ, etiam conſummatum, ex quæcunque materia diſſoluit, frãgit, expellit. Aggrauata hominis membra alleuiat, Hæc ille.

DE OLEO EX BACCIS IVNIPERI *deſtillando, primum per aſcenſum, deinde per deſcenſum, vt ex amicis accepi.*


Recipe Sextarium vel modium plenũ baccis iuniperi, cõtusas biduo macera in aqua fontana, deinde pone baccas illas vnà cũ aqua in qua maceratæ sunt in cucurbitam aut vesicam, vt vocant, ex cupro, quam replebis ita vt vacua remaneat mensura duorum aut trium digitorum. Tum igne subiecto mediocri destillabis per omnia tanquam aquam ardentem, hoc est per fistulam siue cannam quæ transeat per vas aqua frigida plenum. Redditur autem aqua copiosa, ita vt vas recipiens vnum non sufficiat. Tandem oleum sequitur, quod permittendum est in aquam defluere, cui innatabit, separabis autẽ vase, in quo est, angusti colli inuerso, ita vt aqua permittatur effluere, donec modicum adhuc supersit, quod deinde oleo in aliud vas transfuso separabitur. Reddit autem baccarũ sextarius, vt in Alsatia vocant, olei circiter quatuor vncias. Alij vt oleũ ab aqua separent, imponũt in calicẽ vitreũ cui pes sit adẽptus arte per filum ferreũ candens, aut casu, ita vt exiguũ in imo foramen relinquatur, transit enim aqua, & cum ad oleũ peruentũ est obturatur foramẽ, & effundit oleũ in vas vbi seruari debet. Sunt qui similiter destillantes, materiã in destillatorio sæpe moueant, ne aduratur. Et similiter aiunt aromata trita, vt caryophyllos & cinnamomũ, rectè destillari. Aliqui, vt audio, in retorto destillant non vitreo, sed ex cupro, stanno interius obducto, quod inseratur in cannã ex

cupro oblongam, vt pro aqua ardente fit.

Alius eiusdem apparatus per descensum, ab amico quodam qui ipse parauit, tanquam res secreta nobis communicatus. Baccas iuniperi bene maturas & siccas per autumnũ vel sub autumnum, inter duos, vt in fastis assignãtur, sacros diuæ Virgini dies, colligito ante meridiẽ, octauã vel nona hora, in magna copia, quæ circiter duos saccos impleat, tempore sereno. Deinde bene cõtusas in cilicio, quo pistores vtuntur, pones, non nimis multas vna vice, & sub prælo exprimes, atque sic per diem & noctem relinques sub prælo, vt succus aquosus interim destillet. Hunc per se repones in vase aliquo, vt vtaris eo tũ ad remedia quædam intra corpus, tum extra ad pungendas partes, (cũ aliquo vngento & aqua vitæ) præsertim arthriticas. Facile autem conseruatur, neq; facile corrũpitur hic succus, & suauis & efficax est. Aliqui humorem aquosum non sub prælo eximunt; sed in communi fornace (balneo M.) separant. Reliquam materiam bene siccatam tritamq;, pone in cucurbita quatuor mensurarum capace, non prorsus tamẽ implebis. In ea luto sapiẽtiæ, ne quid expiret occlusa, putrificab. materiã per dies circiter 28. in fimo equino: aut si hyẽs sit, ĩ Germania, iuxta fornacẽ. Ad putrificationem quidẽ in fimo equino scrobem fieri oportet duos pedes altam, & fimum ac calcem alternis im-

poni, asperges autem aquam calidam quoti-
die aut altero quoque die. Tandem cum satis
putrificata & mediocriter liquida apparebit
materia, destillabis. Vas recipiens eiusdem fe
rè magnitudinis esto, & imponatur circulo
stramineo. Vtrunque autem vitreum, & filo can
dente ferreo sectū esse debet. Ea inter se cõmi
tes mediãte lamina ex metallo, potissimum ar
gẽto, frequentibus foraminibus, quæ non sint
maiora quàm si acu communi pertusa essent.
Huius laminę circũferentia supra infráque emi
nere seu limbũ habere debet, vt vasa in limbos
illos immittantur. Primũ igitur vas superius in
quo materia est, cum lamina cõmittes & luto
firmabis: (& foramen quoque fundi circunqua
que luto explebis,) deinde partẽ illã vasis per
foramẽ mediæ fornacis demittes tm̃, vt infe-
rius quoque vas, id est, recipiẽs, inter limbũ la-
minę inferiorẽ inseri ac luto muniri possit. Lu
tũ subactũ esse debet cũ aqua salsa & tomẽto:
hoc aliqui lutũ sapientiæ vocant. Fornacis ra
tio hæc est. In medio cõstrui fundũ debet cum
foramine, vt diximus. Supra hoc fundũ circa
cucurbitã arena ponitur, ferè vsque ad tertiam
cucurbitæ partem, supra arenam vero pruna,
plus quã tertia parte cucurbitæ, nec opus est
remoueri cinerem, reliqua pars cucurbitæ,
quarta fortassis, aut paulò minus quam tertia
vacua & libera emineat. Quod si metueris,
ne forte cucurbita superior non satis vim i-
gnis ferre possit, luto eam loricabis, ea sal-
tem

tem parte, qua pruna circum ponetur: sed si ignis paulatim, nec subitò augeatur, non opus erit hac incrustatione. Fundum in medio fornace ex lateribus construetur, qui feramentis oblongis imponetur, qua autem foramen orbiculare relinqui debet, lateres in orbem excisos esse oportet. Sic instructa fornace, destilla: & effluet primum liquor aquosus, in quo vt primum olei gutta apparuerit, vas recipiens mutabis: & primum illum liquorem per se seruabis. Hoc sanè oleum per descensum in vase vitreo extractum, minus adustionis vitio affici posse mihi videtur. Hactenus etsi satis clarè rem mihi, vt dictauit amicus, descripsisse videor: adijciam tamen figuram aliquam, vt quàm clarissimè possum rem ob oculos ponam.



A. cucurbita continẽs grana.
B. pruna.
C. arena.
D. lamina foraminulenta.
E. fundus super quo arena iacet.
F. cucurbita excipiẽs.
G. circulus stramineus, cui recipiens imponitur.

Oleum ex pineis nucleis ad erugandā mulierum cutem destillatione per descensum fit, vt oleum è ligno iuniperi, Syluius.

DE OLEIS EX GVMMIS LAchrymis seu liquoribus densatis, & resinis.

Oleum de myrrha. Vide supra inter aquas odoratas Furnerij, vbi vnam descripsimus quæ fit cum myrrhæ parte vna, & rosarum succi parte dimidia, longè odoratissima.

Liquores natura densati & quæ gummi vocantur, calidi & sicci temperamenti, vt prçparentur ad destillationem, contrita in vase diligenter obstructo (poterit & vinum, ni fallor, modicè aspergi) loco frigido & humido infodienda sunt, profunde ad hominis staturam, sine vlla materiæ calidæ additione, & satis longo tempore relinquenda: citius tamē resoluetur si vitellos ouorum ad duritiem coctos addideris. Sic resoluta gummi oleū reddunt turbidum, quod in retorta (vt vocant) destillatum clarius fiet ac purius. Nam omnia gummi, & caphura quoque, cum pinguem liquorem album contineant, qui per destillationem eis detrahitur, facile ignis iniuriā & adustionis vitium sentiunt: vt licet in vasis ad modum humilibus destillentur, liquor tamen emanet fæculentus, crassus, adustus, & odoris ingrati,

ingrati, cuius vſus ne extra quidem corpus placeret, nedum intra: viribus quoq; nō iiſdē. Sic reſolutam materiam colabis per pannum laneum aut ex pilis contextum, vt quicquid ineſt terreſtre, arenæ & quiſquiliarum ſeparetur. Deinde quod colatum eſt denuo quot volueris diebus in loco mediocriter calido relinque, poſtremò deſtilla. Sunt autem olea huiuſmodi maximè ſubtilia & efficacia, (cum ipſa natura prius præcipuas ſtirpium facultates, illarum quæ gummi aut lachrymas fundunt, in eis quaſi collegerit,) Hæc ferè Ryffius in libro primo de deſtillatione.

Idem Ryffius in eiuſdē operis tractatu de oleis nullam peculiarem ex gummi extrahendi olei rationem præſcribit; ſed ad librum primum remittit. Singillatim autem deſcribit vires oleorum ex Ammoniaco, Belzoo, Camphora, Caryophyllis, Euphorbio, Galbano, Ladano, Myrrha, Opopanace, Sarcocolla, Sagapeno, Styrace liquido & calamita. In ſolo de Maſtiche oleo, tritam maſtichen cum vetere vino reſolui (& digeri) iuber, deinde deſtillari. Et gummi Iuniperi ſimiliter in vino reſolui, ac macerari, propter ſubſtantiæ eius ſiccitatem: poſtea deſtillari.

Oleum belzoi. Libram belzoi aut amplius craſsiuſculè contuſam, aqua ardente rigabis: & in retorto, ſuppoſito recipiente deſtillabis in cineribus, lēto igne primū, deinde magno. Oleum hoc odorem egregium & ſuauiſſimum

ſpirat. Qui effluxerit aqueus liquor ſeorſim ſeruari debet, Furnerius.

Oleum de ſtyrace, ex eodem. Styracem calamiten ſucculentum & pinguem craſſiuſculè tundes, & aqua vitæ optima irrigabis, tum deſtillabis in retorto vt præcedens oleum, & aquam ſeorſim repones. Hoc oleum mira odoris fragrantia excellit.

Oleum camphoræ: Vide ſupra in Aqua cãphoræ, inter aquas ſimplices deſtillatas.

DE OLEO TEREBINTHINAE *ſiue larignæ reſinæ.*

RESinæ terebinthi aut laricis libras quatuor pone in capaci retorto ſiue cucurbita vitrea, & deſtillando elice oleum, ita vt cucurbita aut retorta arenæ imponatur, primò autem cum aqua exibit oleum tenue & clarũ, ſecundo aurei coloris, vltimò fuſcum & craſſum, horũ vnum quodq; per ſe auferto & repo nito, Valerius Cordus. Plura de oleo terebinthinæ eiusq; apparatu & viribus Ryffius ſcribit, quæ nos breuitatis cauſa omittimus. Hoc in primis cauendum, ne dum deſtillatur, ebulliat, vt in melle quoque, facile enim turgent & inflantur liquores iſti calefacti, quamobrẽ ignis primo perquam leuis fieri debet, ac paulatim augeri: & alembicũ, vt artis eſt, refrigerari. Sũt qui lateres craſſiuſculè tritos addãt, aut ſilices albos, aut arenã lotam reſiccatamq;

aut

aut hederæ folia & modicum vitri crassiusculè contusi,(huiusmodi quædam etiam melli destillãdo adduntur,)vt ebullitionem istam prohibeant. Ego laterum silicúmue frustula minima oleo vetere, vt aliquo medicato perfusa adderem, vt in oleo Benedicto: vt eadem opera & ebullitio impediretur, & virtus olei augeretur. Mecum ferè facit sequens descriptio, quam in libro quodam manuscripto reperi. ℞. Arenam puram, vel silices albos, paruos, claros, & pone super ignem in vase donec candescant, deinde extingue eos in terebinthina, vt bene imbibant: & arenam illam extinctam destilla in alembico. Oleum terebinthinæ aliqui ad lithiasin commendant. Item illa, Terebinthinum oleum è terebinthinæ libra, laterum antiquorum (vel, vt Albucasis, recentium, quia plus olei combibant,) vncia, & mastiches & styracis, vtriusque vncia. Lateres igniti extinguuntur oleo: extincti tritiq; cæteris commiscentur in alembico vitreo. Tres liquores effluunt, quorum tertius est optimus, Iac. Hollerius inter olea anodyna ad dolores frigidos. Aliter ex libro manuscripto. In cucurbita semiplena terebinthinæ, pone vitri triti manipulum, & spongias duas quantitatis digitorum (deest numerus:) & pone secundum artem alchymistarum tam circa ignem, quàm circa cucurbitas(videtur legendum, & pone secund. artem alch. ignem circa cucurbitam:) & fiat ignis

xxiiij.horas. Perfecta prima destillatione, iterum destillato, renouando vitrum, cucurbitam & spongias. Ad cicatrices delendas, vel potius remittendas & emolliendas, terebinthinum oleum summé proficit, his demptis quas varioli reliquêre. Nam qui ad variolorum quoque stigmata hoc oleum commendant, decipiuntur, Brassauolus.

OLEVM EX TARtaro sublimatum.

TArtarum (contritum) pone in vase (cucurbita vitrea luto inducta, aut fictili) & imposito alembico vitreo destilla. Effluet autem primò aqua, deinde oleum, quod seorsim excipies igne paulatim aucto donec fluere desinat, Codex Germanicus manuscriptus. Empirici quidam spiritum siue quintã essentiam tartari aduersus apostemata interna, & & morbum regium commendant.

OLEA DE CORticibus.

OLeum cinnamomi fit, vt supra ex Cardano docuimus, quomodo olea extrahantur ex lignis & similibus, vt caryophyllis, depictis etiam instrumentis. Vel vt ex Ryffio scripsimus de oleis ex omni genere aromatum extrahendis. Cinnamomum circiter dies octo in aqua ardente sexies destillata ma-

ta macerari, tum destillari potest, vt ex amico audiui. ¶Huc adscribam aquæ etiam, vt vocant, cinnamomi parandæ rationem: nam in huius etiam destillatione oleum tandem sequitur, quanquã paucum & propter adustionis vitium intra corpus inutile: aqua verò nobilissima vtilissimaq́ est, cuius descriptionem nuperrimè amicus quidam ad me transmisit huiusmodi. Fornax & instrumenta omnino eiusmodi esse oportet, qualia pro aqua ardente habentur, canna per vas aqua frigida plenum transeunte, (quę, nisi fallor, melior erit, si bene longa sit, nempe ad longitudinem quinq; pedum Rom. quantam se vidisse aut etiam longiorem in huius aquæ destillatione alius quidam nobis retulit: sed forte minus longa opus est, cũ non magna aquæ copia destillatur.) Posset etiã destillari in cucurbita vitrea luto incrustata, vt aqua fortis, eo modo fortaßis melior futura. Cinnamomi optimi triti, non cribrati librã, pone in fundo vasis destillatorij cautè, ne puluis dissipetur aut lateribus adhęreat: & mox sesquimensurã aquæ recentis affundes, & operculo imposito, & vase recipiente subiecto, ignem ex carbonibus paruum facies. Quę prima effluit aqua craßiuscula est, ferè instar olei: curandum autem diligenter vt cum primum color se mutauerit, vas recipiens quoque mutetur. Fluit autem aqua secunda albidior: tum rursus mutatur, alio quoque vase recipien-

da, & sic deinceps donec fæces emanēt. Quartæ mutationis aqua clarissima est: quæ cum flauescere cœperit, illico auferendum est operculum cum canna, quòd res iam perfecta sit, & omnis cinnamomi virtus extracta. Hoc totum tribus aut quatuor horis fieri potest. Sed oportet huic destillationi duos homines adesse, quorum alter diligenter obseruet liquorum mutationem, & ignem curet ne maior sit iusto, néue liquor effluens nimis accelerer. Alter curabit vt vas aquæ frigidæ per quod aliquota pars cannæ transit, rectè habeat, & ne canna nimium incalescat, quare subinde mutata aqua frigidiorem è vase aliquo proximo infundet, & lintea madida ex aqua frigida cannæ circumponet, & operculo similiter si nimis caleat. Plurimum enim istarum partium refrigeratio refert, vt & copiosior & melior fluat. Hanc aquam cinnamomi ipse vidi gustauiq́; pergratam & suauem odore ac sapore. Erat autem liquor acris quem vidi, lacteo ferè & turbido colore: cui ruffæ aliquot olei guttæ innatabant, quæ insuauiores erant quam aqua & adustionem olebant. Idem ferè Cardanus scribit in genere, de liquoribus ex odoratis lignosis, vt caryophyllis, &c. Vires hic liquor egregiè reficit: reliquas eius facultates Ryffius describit: sed ex ipsa cinnamomi natura cuiuis constare possunt.

Eodem modo paratur etiam oleum de cortice

cortice nucis moſchatæ quem macis vocant, ipſum quoq; à Ryffio deſcriptum.

Oleum mirificè odoratum, quo chirothecę & alia quædam inunguntur, ex Furnerio. Menſe Maio accipies corticum arboris almon (ſic legi inquit Furnerius in libro à quo tranſcripſit, dubitat autem Vlmúm ne potius an limonem citri genus intelligi oporteat) ſecundorum partes tres, & eiuſdem arboris florum partes pinguiores, (les eſpis de la fleur qui ſont graſſes,) æquale pondus. Exiccato in vmbra. Præfertur autem hæc arbor ſi locis non aquoſis naſcatur. His addes tertiam partem baccarum iuniperi recentium, & deſtilla bis per deſcenſum, paruo igne primum, dein de magis magisq; augendo donec oleum omne deſcenderit in receptorium vas quod vitreum & luto obſeptum eſſe debet. Poſtea inſolabis, orificio vaſis aperto aliquandiu, aut membrana foraminibus aliquot pertuſa, clauſo, donec aduſtionis odor exhalet. Sunt qui gratiæ odoris augendæ cauſa adijciant belzoüm, ſpicam nardi, agallochum, ſcobem cypreſsi, ſtyracem, ambram, moſchum & pariter omnia deſtillent, ſecundò etiam repetita deſtillatione.

DE OLEIS QVAE EXTRAhuntur ex lignis.

OLea de lignis omnia per deſcenſum vt vocant, deſtillantur. De oleo quidem

ex ligno iuniperi parando, ſupra docuimus ex Vlſtadio, vbi de oleorum deſtillatione per deſcenſum in genere tractauimus. Qui plura cupit, præſertim quod ad vires, requirat ex libro Germanico Ryffij: qui eodem planè modo etiam de GVAIACO oleum elici ſcribit: nec non ex ROSMARINI ligno. Adſcribam hîc quod in libro quodam Germanico reperi: Lignum iuniperi pro oleo inde parando, ſcindi debet initio Maij, vel autumni, quod viride ſeu recens ſit, cortice rubente. Decorticatum diligenter ſiccabis in furno ſtatim ab extractis panibus: deinde ſecuri diſſectum in ollam impones cui fundum ſit foraminulentum, & in ollam ſubiectam aptè inſeratur. Ollam ſuperiorem replebis ſegmentis è ligno iuniperi, & etiam populi illius quam tremulam vocant, cum parte lapidum alborum è quibus calx paratur: deinde cum operculum diligenter luto munieris, inſeres inferiori, & ignem circumquaque excitabis. Hoc oleum etiam ſolo iuniperi ligno paratum, ferè extra corpus tantum adhibetur: nam valde vehemens eſt, & aduſtionem admodum reſipit. Inquinat tamen cutim vt non facile abluatur. Ego vim eius aduerſus ſcabiem & impetigines egregiam eſſe noui. Idem aduerſus peſtilentem morbum Braſſauolus commendat. Frigidas cauſas remouet, & reprimit typum quartanæ. Inunctum ab vmbilico vſque ad mulie-

bria &

bria & renes, matricem confirmat, & eius humiditatem deſiccat, & ad conceptionem pręparat, Rogerius.

Oleum quod deſtillatur de lignis iuniperi ſiccißimis, duorum vaſorum fictilium orificijs inter ſe oppoſitis, aut etiam per alembicum vitreum, ſi retineatur ore, mirabiliter tollit dolorem dentium ex frigido catarrho natum: & ſimiliter prodeſt contra omnes alios dolores ex frigidis humoribus prouenientes, vt dolores neruorum, articulorum ſpaſmum, paralyſim, & ſimiles, Matthæolus. Oleum iuniperi (inquit Meſues) emendat cutis infectiones, ſerpiginem, cancrum, vlcera maligna, qualia quæ in tibijs & cruribus quorundam: malum mortuum recentiores vocant. Segmentis iuniperi tenuibus vas vitratum oris anguſti reple; laminam ferri tenuem foraminibus multis in cribri triticei modum pertuſam, ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti vaſis, tum alterius minoris etiam vitrati oleum excepturi: quod terræ vbi infoderis, igne luculento maius alterum iuniperi fruſtula capiens, circunda horis duabus: ſic oleum in vas minus deſtillabit, Hæc Meſues interprete Syluio. Ibidem Syluius in Commentarijs, Hac arte (inquit) oleum fit ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutem, ex ligno Guaiaci, & potentius ex ligno ſancto ad morbi Hiſpanici dolores ac vlcera,

(quibus & oleum iuniperi, & GENISTAE ET FRAXINI, & similium prodest,) & lignis aliis, præsertim pinguibus ac succulentis, vt fructibus, baccis, seminibus. Vas autem maius esse posit metallicum, aut si vitreum est, vel siliceum, probe totum luto sapientum muniatur: figulinum autem, quia rarum est, oleo foras exhalanti viam daret: ob id vitratum sit intus. Infernum autem vas ac receptorium vitreum esse potest, ambitu non lutatum modò sit paulò crassius: potest & metallicum: potest denique terreum esse, modò sit vitratum: alioqui oleum id tenuissimum hàc illàc per vasis poros difflueret: multò minus, fouea intra terram parietes terra figulari paratos habente (quod Mes. imperabat) recipi tutò id oleum possit. Adde quod neque minus vas terræ infodere est necesse, si velut area aliqua possis carbones & ligna sustinere, quibus vas maius est circundandū, Hęc Syluius.

Oleum FRAXINVM splenicos iuuat, præter id potest quæ oleum iuniperi, & eodem fit modo, Mesues. Vbi rursum Syluius, Id oleum hypochondrio sinistro illitum, & potum, splenis obstructiones potenter liberat, duritiamque emollit ac digerit. Hoc oleum (inquit Rogerius) arthritidem frigidam reprimit, excoriatis cicatricem inducit: morpheam albam soluit, & denigrat eam.

Io. Manardus in Epistolis 16. 4. consulens valetudini cardinalis Campegij articularij: Lau-

larij: Laudo (inquit) & modum & vsum spumæ decocti LIGNI SANCTI seu Indici ad loca dolentia. Efficacius tamen esse puto, oleum ex eodem ligno modo quem Chymistæ per descensorium vocant, destillatum, inunctis videlicet ex eo locis dolentibus & tumidis. Soleo etiã ex ramentis ligni crudi, in nobili aliquo vino decoctis, addito antiquo oleo, linimentum parare, quod dolentibus locis vtiliter illinitur.

℞. Lignum tesseratim concisum, hoc imple nouum vas fictile, quod operculo testaceo punctim pertuso obturetur: id diligenter lutatum excipiat altera testa vacua in terrã defossa ad os vsque superiori desuper incumbente luto conglutinata, per operculum flammarum vi circumcirca æstuante, in vacuam quatuor aut quinque horarum spacio defluet oleum. Vbi deferbuerit, aperi & offendes oleum aquæ innatans: quo si papulas, exulcerationes, tubera compagum & neruorum doloribus inunxeris, iuuamentum non modicum præstabis. Aqua etiam illa bibitur mane & sero, per se vel cum Syrupo sequente, &c. Andreas Matthæolus in libro de Morbo Gallico.

Potest etiam, vt ex amico audiui, destillari guaiacum eo modo quo aqua fortis: optimè quidem in fictili vase vitrato quod igni resistat, qualia Haganoæ præsertim faciunt. Hoc oleum prodest articulorũ vitijs ex Gal-

lico morbo, si cum optima aqua ardente inungatur. ¶Oleum ex ligno Guaiaco, & potentius ex ligno sancto, ad morbi Hispanici dolores ac vlcera prodest, Syluius. Empiricus quidam aliquando mihi retulit, non abijciendum esse hoc lignum, quamuis bis aut ter decoctum: nam sic quoq; adhuc oleum optimum ex eo destillari.

Accipe ligna sicca hederę, & grana & gummi si poteris habere. Frustatim concisa ponantur in vas terreum perforatum in fundo duobus vel tribus locis: & tunc supponatur alia olla. Ponantur in terra, & coniungatur fundum superioris cum orificio inferioris, cum argilla vel pasta: & olla superior tota emineat super terram. Demum excitato igne circumquaq;, destillabit oleum nigrum in vas inferius. Hoc oleum prę omnibus oleis sanat arthritidem ex causa frigida, Rogerius.

Olei capnisti, hoc est infumati apparatum, quoniam per descensum fit, similiter vt de lignis oleum, hoc loco adscripsi ex Aetij libro primo, vbi de oleis agit: vnde Nicolaus Alexandrinus etiam mutuatus est in tractatu de oleis. Vnguium aromaticorum nigrescẽtium (melánon, Fuchsius Nicolai interpres legit megálon, id est, magnorum,) thuris masculi, styracis optimi, bdellij puri, costi, singulorũ drachmas quinque, (sing. vncias duas semis, Nicolaus, quod magis placet.) Olei dulcis optimi sextarios quinq;, (sextarios duos semis,

mis, Nicolaus.) Hypni quod satis est. Costo in crassiusculas partes dissecto, atq; itidem styrace & bdellio, simul commixta in vas fi-ctile (nouum, Nicolaus) sine ansulis coniicies: cuius orificium hypno obturabis, exteriusq; aspalathi surculis, aut quapiam re odorata, aptè circummunibis, ne quid è fictili excidat. Inde vas aliud fictile sine ansulis quærito, collo procero, quod orificium habeat alterius vasis aromata continentis orificio aptè conueniens, in quod coniicies olei dulcis sextarios quinque. Postea effosso solo fictile oleum continens vsque ad collum obrues, ne futuro igne excandescat: inde alterum aromatum vas in caput resupinabis, & ita vtriusque orificia coaptabis, vt exquisitissimè cohæreant. Deinde vas totũ luto circumlinies, vndecunq; quà parte orificia conglutinantur, mox circa fictile subiectis carbonibus ignem ventilando accendes. Quo accenso sinito aromata tabefieri, vt sensim ignita per fictilis osculum in subiectum oleum euaporent: Cuius rei causa capniston, id est, infumatum vocatur. Postridie oleum amoueto, & in vitreo vase reponito. Vtuntur hoc mulieres, quibus menses detinentur, imum ventrem ac lumbos eo inungentes. Conuenit etiam his, quæ à puerperio malè (nimis parum) purgantur, similiter illitum. Præterea vtile est ad thoracem refrigeratum, medetúrque tenesmo, si exceptum

lana (calida, vt addit Nicolaus) complicata imo ventri & lumbis apponatur. Idem videtur capnelæum dictum: sed Kiranidum author naphtham interpretatur, libro quarto in Echeneidis mentione.

Vidi & ex papyro in cuculli formam conuoluto, accensoq; supra discum stanneum, summa eius extremitate per forficem retenta, olei nigricantis guttas aliquot defluere, quæ ad oculorum maculas siue albugines laudantur.

DE BALSAMO VERO, ET ANtibalsamis, id est, arte compositis oleis, quæ veri loco vsurpantur, tum intra tum extra corpus.

BAlsamum vox est, in omnibus propè linguis vsitata, Syriaca proculdubio: nam in sola Syria & vno duntaxat horto olim nascebatur. Panag Hebraicam vocem Ezechielis 27. Dauid Kimhi post nonnullos interpretatur locum proprium Iudææ: alij apharsamõ, id est, balsamum. Iudæi recentiores palsamon scribunt, Græci balsamon, Pausanias palsamon, Nicander blasamon propter carmen. Opobalsamon liquor est: carpobalsamon, semen, quod & casamum aliqui vocant, & ipso liquore odoratius prędicant: xylobalsamon, rami seu ligna. Cogitaui ego aliquando balsamum ab excellentia dictum esse, quod pretiosissi-

tiosissimum, nobilissimumque inter aromata esset: nam baal dominum & magistrum significat Hebræis, sam verò aroma. Balsamon, aromaticus flos, Varinus. Et sanè decet, vt res ipsa Syriæ propria est, ita nominis eius etymologiam ex eadem lingua peti. Forsan & belsuin, (alij beniuin, alij belzoum scribunt,) suauissimi odoris liquor eandem sui nominis originem habet. Non autem sam solum Hebræis, sed & bosem aroma significat: vnde Germani moschum videri possunt appellasse bisem.

Balsamum nostra ætate quidam interijsse existimant: aureo colore succus ille erat, vulnera sanabat, & rugas tollebat, & mortuorum faciem à corruptione vindicabat, lapidemque renum comminuebat: delebat oculorum maculas, venenis resistens, maximè aconito, & rigoribus febrium ipsarum, atque in his omnibus vires balsami excellebãt. Nunc verò ex Hispaniola genus aliud balsami defertur, colore rubro ad nigrum tendẽte, ponderosum, olens exustum quiddam, & illicò caput ferit, linguam etiam acrius, sed serius, vt piper: Vulnera & ipsum recentia celerrimè, si quid aliud sanat: & rugas tollit. Crediderim si non certè ad omnia, ad plurima saltem id olei genus esse efficax, ad quæ & balsamum verum. Arbos quæ oleum istud parit goacomax. Punicæ forma & magnitudine fermè similis: sed tamen folio paulò maiore

tenuioreq́ꝫ cortice quaſi arido, ligno quod ardet vt tæda: fructu vt vuarum racemi, rarioribus tamen & paulo maioribus acinis, vinoſi coloris: qui cum ſurculis aquæ diu incocti, id olei genus reddunt, Cardanus.

Sunt è mercatoribus qui adſerunt hortos balſami interijſſe, ex quo tempore Zelimus Turca, præceſſor Solymanni occupauit Chayrum, quum Turcæ cultoribus hortorum iugulatis, non ſtatim ſurrogaſſent alios, anno à nato Chriſto 1516. Porrò repoſitum aiunt non contemnendæ magnitudinis balſamum multis millibus ducatorum conferendum apud celeberrimum virum ſæculi noſtri Lucullum alterum D. Antonium Fuggerum, Ioan. Agricola in commentarijs in Galenum de locis affectis 4.9.

Antibalſama. Balſami veri notas aliquot Dioſcordes præſcribit. In medicamentorum quæ inuicem ſubſtitui poſſunt catalogo, qui cum Galeni operibus, & in fine etiam librorum Aeginetæ habetur, legimus, Pro balſami liquore ſtillatitia myrrha, hoc eſt, myrrha liquida, quæ ſtacte dicitur. Ibidem habetur, Pro opobalſamo liquor myrti: ſed rectius legendum videtur, liquor myrrhæ. Auicenna libro 2. capite de Oleo, Loco balſami (inquit) ponitur myrrha liquida: aut æquale pondus olei adedhij, ſeu aldadi, vel dadi, vt Bellunenſis tranſtulit. Raſis in calce Antidotarij ſeparati, in oleo Benedicto ſiue de

ne de lateribus : Valet (inquit) ſicut oleum balſami: ſed eſt ſubtilius, & calidius & maioris vtilitatis in affectibus frigidis, Monachi in Meſuen. Et paulò poſt, In Tractatu quid pro quo qui imprimitur in libris filij Meſuæ, legitur, Pro balſamo, terebinthina deſtillata vel oleum laurinum, vel gummi hederæ ponitur. Cæterum quid ſit dadi non facile dixerim: deſcribitur autem ab Auicenna capite 213. Bellunenſis quid ſit nec illic, nec in Gloſsis interpretatur. Granum eſt (inquit Auicenna) ſimile hordeo, longius, ſtrictius, ſolidius, amarum: frigidum eſt, ad caliditatem declinans, & ſiccum in ſecundo: aſtringit ventrem: venenis reſiſtit: doloribus ani & hæmorrhoidibus prodeſt. Durities reſoluit, &c. Ego ciſthum ſiue ladanum eſſe conijcio: nam id quoque frigidum eſt, ita modicè vt tepidam caliditatem habeat, ſecundum Galenum: aſtringit, aluum ſiſtit, item ſiccat in ſecundo gradu: calidius autem eſt quod in calidioribus locis naſcitur: idémque mollit mediocriter & diſſoluit & concoquit. Iam in antiballomenis Græcis legimus propolis loco tragopogona, id eſt, ladanum poni: & Auicenna, In reſolutione (inquit) durities rum, ponuntur duæ tertiæ ponderis ipſius de Kur, id eſt, propoli, & medietas ponderis ipſius de abhel. Dioſcorides anodynis medicamentis miſceri ait ladanum, Auicenna ani doloribus & hæmorrhoidibus prodeſſe. Iam

quòd Auicēna habet dadi hordeo ſimile eſſe, ſed lōgius, ſtrictius, &c. planè ſuſpicor corruptum eſſe ex Dioſcoride, qui ladon (id eſt, fruticē ladani) ciſtho ſimilem facit, longioribus tantum nigrioribusq; folijs. Poſtremò ipſa nomina ladon & dadi non malè colludunt. ¶ Oleum ex floribus roſmarini factum (eo modo, vt ex floribus verbaſci fit,) vicem balſami gerit, & gutta eius in aquam immiſſa ſimiliter ſubſidit, Arnoldus de Villa noua. Balſami veri inter cæteras notas hanc quoq; ponunt, lac ab eo coagulari: ego cum experiri vellem an idē fieret à balſamo artificiali ex terebinthinæ & gummis calidis compoſito, nō coagulari, ſed neque ſcindi ab ipſo animaduerti. Vulgus apud nos oleum de ſpica deſtillatum, ſimpliciter balſamum nominat, propter excellentem nimirum odoris ſuauitatem. Sunt qui & alia quædam odorifera balſami nomine appellent, aut etiam viribus proximè accedere putent, vt Ryffius oleum de caryophyllis. In antiballomenis Græcis legitur pro xylobalſamo ſubſtitui poſſe radices albarum violarum. Antiballomena verò cum Meſue operibus olim impreſſa, ſic habent, Pro xylobalſamo, lignum hederæ vel leucoradix. Pro carpobalſamo, fructus hederæ vel xylobalſamum æquali pondere, Eadem: & pro ipſo balſamo, gummi hederę. Sed forſan in omnibus iſtis errauerit interpres, cū nullus ſcriptor hederam vllo modo cum bal-

ſamo

ſamo compararit, itaq; cogitaui vel interpre tem qui ex Arabico tranſtulit lapſum eſſe, vel potius ipſos Arabes ciſſon, id eſt hederam & ciſthum confundendo, ladanum enim ciſthi ſuccus eſt, quem Auicenna pro balſamo ſubſtituit.

In Antiballomenis Galeno adſcriptis hæc etiam reperio : Pro liquore balſami, liquor carpaſi: & Pro liquore carpaſi, liquor myrti: &, Pro liquore ſalicis, liquor hederæ nigræ, quæ Arabes quibuſdam omiſsis aut mutatis in ſua tranſtulerunt, vt coniicio. ¶ Eſt & caſſia quædam balſamodes ab odore dicta. Siſymbrium genus ſylueſtris mentæ, aquaticũ & plerunq; rubens, recentiores multi balſamitam vocitant. Alia eſt balſamina vt Ligures Padani vocant, Hetruſci Hieroſolymitanum pomum, folijs vitis albæ, flore cucumeris, fructu vtrinq; turbinato cucumeris puſilli ſimilitudine, &c. Pomum maturitate diſſilit, inanitasq; confracto patet, ſemina intus aliquot lẽticulæ figura continens, ruberrima, ex quibus oleum exprimitur ad vulnera præcipuum. Aliqui pomum oleo prius imbutum aliquot dies inſolant, deinde vel fimo vel terra tantiſper obruunt dum prorſus intabuerit. Sic balſami vires glutinandis vulneribus adſciſcere pollicentur, inde tractum balſaminæ vocabulum, Ruellius ex Hermolao. Braſauolus hoc oleum de cochijs vocat, & herbam, quæ fructus illos in theca echinata gerit, cochiam aut

momordicam. Oleum(inquit) variis modis paratur, & per infusionem, & sub terra per multos annos defossum, & per cocturam: fitque ex echino, foliis seorsum, & seminibus. Quod sub terra conditur, hęmorrhoidum doloribus succurrit. In genere, id oleum omnes dolores sedat. Qui plures & planè mirabiles effectus huius olei & herbæ scire desiderat, legat Matthæoli Senensis in Dioscoridem commentarios lib. 4. cap. 184. tot quidem & tantos, vt si veri sint, balsamum ipsum præ eis contemni possit.

Balsamelæon, id est oleum balsami, plantæ cubitalis, aut bicubitalis, rutæ agresti similis: cortice cuius partem orientem spectante scarificato & vulnerato lachrymæ pingues destillant, ipsius scilicet balsami pinguedo. Alii plantæ huius surculos vere ineunte in pila terunt, in aqua coquunt, torculari exprimunt, oleumque balsami vocant. Sunt qui surculos tritos in oleo veteri dies quadraginta insolant, in vase duplici coquunt, exprimunt, surculos nouos tritos immittunt, secundo & tertio colant & recondunt, Mesue interprete Syluio. Vbi Syluius etiam in Scholiis: Oleo vetere (inquit) die vno maceretur xylobalsamum & carpobalsamum recentissima, post arte chymistarum oleum extrahatur, fuerit non ignobile, vel xylobalsamum recens in oleo veteri diebus quadraginta insoletur, vase duplici coquatur

quatur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati à Mesue taceri mirum est, calefacit enim, humectat, tenuat, digerit, terget, glutinat. Glutinandi hæc facultas veteribus indicta, facit ipsum hodie pretiosum. Opobalsamum rarissimum, & ob id pretiosissimum. Quapropter Petrus de Abano, Guilielmus Placentinus, Bartolemæus Montagnana, oleum balsami composuerunt, viribus vero balsamo nihil cessurum. Alij folia & semen & lignum huius plantę oleo insolant dies quadraginta, exprimunt, & seruant, sed viribus opobalsamo id multò est inferius, Hæc Syluius.

Aegyptij factitium opobalsami genus faciunt ex cortice recenti odoratissimo, amygdalino oleo subferuefacientes, singularis odoris cum recens miscetur, Alexan. Benedictus.

Excitat subitò comitialiter humi prostratos, oleum quod balsaminum vulgus vocat, naribus subditum olfaciendum, Idem. Videtur autem oleum de spica destillatum intelligere, id enim multi hodie balsamum vocitant.

DE BALSAMIS ARTE *compositis.*

BAlsamis omnibus quod ad facultatẽ attinet cõmune propositũ esse videtur vt vulnera & vlcera glutinent, idq́ brevi tempore,

& mala eorum symptomata auertant: vt calefaciant, siccent, & partibus sint tenuibus: hinc est quòd omnia resinam terebinthinã habent, quædam & alias resinas, vt pineam, mastichen: hinc & gummi adduntur, thus, elemi, gũmi hederæ, bdellium, sarcocolla, mumia, &c. Alijs odoris gratia adiunguntur etiam aromata diuersa: vnde & polychrestotera fiunt, & ad varios intra corpus quoq; affectus idonea: vt his magis etiam, quibus insuper plantæ diuersæ earúmue partes adijciuntur. Destillantur pleraq;, paucis exceptis, quæ extra corpus tantum, vt ad vulnera adhibentur. Destillantur autem in cineribus maximè: omnia primum lento igne, vt quod clarius, tenuius aut aquosius est eliciatur, deinde paulatim aucto, vt oleum quod ruffi coloris est, excipiatur: deinde etiam maiori, vt oleum rubeat & tandem ad nigrum colorem vergat. Qui in medio effluxerit liquor magis probatur ad vsus intra corpus: postremus calidior, vehementior & ingratior est, aptior vt fornisecus adhibeatur vbi maiore vi opus est: vt primus, vbi exigua. Primus liquor à terebinthina præcipuè reddi videtur, cuius gratia ne ebulliat, laterum aut silicũ frustula misceri possunt, &c. vt supra de terebinthina destillanda diximus. Omnia intra corpus sumpta propter terebinthinam & gummi, ructus citant, nõnunquam molestos, & magis quidem medio & postremo liquore sumptis. Vrinam omnia suo odore im-

rc im-

reimbuunt. Debent omnia intra corpus sumi cum aliquo liquore, vino præcipuè mixta: ita vt ad cochleariū liquoris, gutta olei vna aut duæ ad summum addantur. Fæces in fundo relictæ inutiles sunt, nisi quod colophoniæ loco vsurpari poterunt. Destillantem nuper vidi empiricum nescio quod balsami genus in patella cum cineribus supra lateres imposita, vt supra descripsi in mentione destillationis per cineres, cucurbita vitrea tam altè in cineres imposita, vt non supra materiam in ea cōtentam ascenderēt. Repleta erat ad medium, capax fortè si tota repleta fuisset quatuor librarum. Occupabat eum hic labor per quatuor aut quinq; dies noctesq;, non intermisso igne. Separabat autem tātum duos liquores, primum album, qui copiosior erat: deinde ruffum, qui tertia parte paucior reddebatur. Lutum quo cucurbita, alembicum & recipiens illinuntur, ne qua perspirent, cum rimas agit, mox iterum illinēdum est: itaq; noctes etiam vigilandum, & ne ignis intermittatur. Possunt etiam liquores omnes non mutato recipiente in vas vnum excipi, & postea separari, nam posterior priori innatat, tanqum leuior. Hoc oleo ille vtebatur ad plurimos morbos, guttam vnam quotidie propinando, & per dies aliquot (vt quatuordecim) interdum continuando, sic ad febres chronicas prodesse dicebat, plerunq; aromatum aliquid, vt zinzibe ris, & sacchari miscebat cum vino & olei gut-

ta, vt minus manifestum esset ægro se olei tan tum guttam bibere : aliquando nihil misceri volebat cum vino aliud præter huius olei gut tam, præsertim ad emendandum anhelitus fœ tentis vitium. Aliquando ex aqua dabat, aliâs offulæ panis instillabat: aliquando phlegma ticis & crassis hominibus cũ condimento sina pĩ & piperis, inde sudare iubens : sæpe verò fieri dicebat vt plurimum pituitę inde euome rent. Cõmendabat ab eadem omnia, in quib. theriacæ vsus est: & contra venena etiam ma gis, item ad omnia vulnera, & tumores quos uis præterquam hydropicos: ad spasmum, ad dentes purgandos, ad cõfirmandas gingiuas. aduersus comitialem, & venena. Linteo inde madido inuolutum serpẽtem interimi aiebat. Alterum liquorem, qui rubet, leprosis etiam remedio esse, si nondum in eis obtinuisset ma lum, necdum anhelosi essent. Vterq; liquor in gustu acrimoniã habebat, resinosi odoris, et fu mosi quodã modo, magis verò posterior. Se munciã diuitib. septẽ vel octo drach. vẽdebat.

Oleum Gullielmi de Saliceto Placentini, quod in quinto suæ Practicę, cap. de oleis bal sami vicẽ supplere ait. Carpobalsami, myr rhæ, nucis Indæ, singulorum semuncia. Hype rici drachmæ duæ. Omnia crassiuscule contri tra relinquantur in vncijs quatuor olei vete ris vsq; ad menses sex: & destillentur.

Aliud nobilius quod loco balsami ponitur, eiusdem. Olei sesquilibra, myrrhæ, xylobal sami,

ſami, opopanacis, bdellij, aloes, carpobalſa-mi, ammoniaci, ſerapini, nucis Indæ, hyperi-ci, macis, gummi Arabici, thuris, tragacanthę ſing. vnciã. Lateris triti, quẽ nunquam aqua tetigerit, igniti, & in oleo communi extincti vnciæ tres Terebinthinæ, mundæ & clarę vn ciæ ſeptem. Trita ſingula & ſimul ſubacta in mortario, deſtillentur vt aqua roſacea. Pro-deſt hic liquor aduerſus calculum, admixtus medicinis contra eundem. Durities & cicatri ces complanat. Et ponitur vbiuis loco bal-ſami.

Aliud eiuſdem nobilius, Myrrhę, carpobal ſami, nucis Indicæ, ſing. ſemuncia, hyperici drachma (aliâs drachmæ duæ.) Trita craſſiu-ſculè miſceantur cum quinq; vncijs olei, & ſe ſcuncia terebinthinæ. In fine addantur grana quinq; moſchi, & tria ambræ, & vncia olei de lateribus. Et deſtillentur vt ſupra. Eadẽ quæ balſamum præſtat, & vbiq; ei ſubſtitui poteſt. Hoc & Nic. Stokkerus excellens in Germa-nia medicus vtebatur, ſed ſine terebinthina, ſi rectè eius deſcriptionem amicus ad me miſit. Relinquebat autem in infuſione diebus decẽ antequam exprimeret, expreſſo demum mo-ſchum & ambram addebat cum oleo de late-ribus: nec deſtillabat puto. Deſcriptio ſuperi-or habet in Luminari maiore, vt & ſequens Montagnanæ.

Balſamum compoſitum Bartolemæi Mon tagnanæ ex Antidotarij eius capite primo

quod est de vnguentis. Terebinthinæ librá. Thuris albi vnciæ quatuor, baccarum lauri tantundem. Gummi elemi vnciæ sex. Mastiches, galangę, caryophyllorum, cinnamomi, zedoariæ, nucis moschatæ, cubebarum, ligni aloes bene triti sin. vncia. Omnia simul destillentur, primò lento igne: & primò defluet aqua balsami dicta. Tum aucto igne aliam aquam separatim colliges. Et sic fac tertiò. Tunc emanabit balsamum in omni probatione. Erit autem tanto fortius, quanto sępius destillatum fuerit.

Balsamum Petri Aponensis in additione eius in librum Mesue, in sermone de vnctionibus (ad affectus cordis.) Myrrhæ electæ, aloes hepaticæ, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, serapini, croci, mastiches, gummi Arabici, styracis liquidi, sing. vnciæ duæ. Ladani electi siue castorei vnciæ duæ semis. Moschi drachma semis. Terebinthinę ad pondus singularum rerum. Tere terenda, & omnia mixta cum terebinthina, per alembicum ingeniose destillabis, est enim hæc ars sicut de aqua rosarum. Hæc Petrus vt Monachi qui in Mesuen scripserunt, ex manuscriptis codicibus se descripsisse profitentur, multò emendatius quàm in excusis codicibus & Luminari maiore habeatur. Mentionem inunctionis spinę (inquit Aponensis) apud veteres nullam reperimus, forte non quòd illi rem

adeò

adeò vtilem & laudabilem ignorauerint, sed quod occultare voluerint. Est enim egregiũ hoc auxilium, præseruans subiectum vitæ. Nam principium ossium & neruorum est nucha, & oritur à cerebro, &c. Itaq; hac inuncta confortabis substantiam velatiuam, (nimirũ tunicas cerebri;) & substantiam spiritualem, & neruos, & ossa vniuersa, subueniens etiam paralysi & omnibus neruorum affectibus, item saltui & tremori cordis, & lassitudini manifestæ, & est medicamen omnium medicamẽtorum in celeri cordis confortatione. (Post hæc descriptione adiecta, subdit:) Hoc oleum balsamo vicinum est: & secundum hanc viam subtilissimi sophistarum adulterant balsamũ, est enim inter cæteros modos hic nobilissim⁹. Hoc oleo si vngantur cadauera, non putrescunt. Cum volueris confortare corpora extenuata; miscebis aquam rosarum, & vnges super basis mansionibus, & à nucha vsq; ad renes. Si eo modicè tepefacto ante horam paroxysmorum, inungatur spina relinquendo super ea vestigium eius cum pecia, repelles rigores erraticarum febrium, & quarumlibet simplicium febrium. Sed quartanis & erraticis subuenit à principio periodi (locus hic cũ sequentibus quibusdam videtur corruptus in excusis codicibus,) in syncope quasi extrema peruncta spina: vt eius organum voce loquatur, sub lingua infirmi ex eo parũ appones, postea in aurib. & naribus si necessitas vrget. Ex

eodem dabis cum poſtulat neceſſitas, in ſuffocatione matricis, & morbo caduco, & alijs plurimis paſſionibus. Datur pondere tr. (lego, grani) vnius cum vino odorifero. Sic animum & naturam confortat, & multis affectibus medetur. Præcipuè verò prodeſt melancholicis, triſtibus, & quorum vires & mẽbra languent, ac ſi contuſi & per vim debilitati eſſent. Pro hecticis, admiſcebis oleum roſatum aut maſtichinũ, & vnges ſpinã eorũ apud balneũ & ſine balneo, Hactenus Aponenſis. Idẽ hanc compoſitionẽ loco veri opobalſami miſcere ſuadet Theriacæ, Mithridatio, Diacurcumæ, Aureæ Alexandrinę. Hoc oleo, inquit Epiphanius Empiricus, tanquã matre omniũ remediorũ ad omnes neruorum paſſiones vtitur, nucham, dorſum & iuncturas bis die illinendo, experimentis enim conſtat, præcipuè in materia frigida. Idem in Balneo Mariæ deſtillari iubet hoc oleum quod non probo.

Eſt & alia Gulielmi Placentini compoſitio, quam reperio in Luminari maiori in Dia curcuna ſeu Diacrocu, huiuſmodi. ℞. Terebinthinæ lib. 2. olei communis lib. 3. olei laurini vnc. 16. cĩnamomi vnc. 3. euphorbij, caryophyllorum, baccarum lauri, gummi hederæ, ſerapini, galbani aromatici, opopanacis, ana vnciã, thuris, maſtiches ana vncias duas. Terantur terenda & deſtillentur.

Hæc & alia quædam balſama diuerſa deſcribit etiã Ryffius in ſuo de deſtillatione lib.

Aqua

Aqua viuificans & ſeni iuuentutem conciliens, ex libro Lullij de aquis. Terebinthinæ libra. Mellis ſelibra. Aquæ vitæ ter quatérue deſtillatæ vnciæ tres. Ligni aloes bene triti, ſandali muſcatelli, ſing. drachmæ tres. Gummi Arabici vncia, (forte drachma.) Nucis moſchatæ, ambræ, vtriuſq; drachmæ duę. Omnia trita deſtilla igne lẽto, donec habeas primam aquam claram. Et cum ſecunda inceperit manare, quæ erit ſimilis carboni ignito, ignem auge continuò, & ſeparatim ſerua. Tum rurſus aucto igne, tertiam, quæ nigra eſt & denſa inſtar mellis, donec liquor omnis effluxerit. Ex his aquis vltima calidior eſt, quàm prima & ſecunda. Prima vocatur mater balſami, ſecunda oleum balſami, tertia balſamum artificiale. Prima in potu datur cum vino tepido. Secunda & tertia proſunt ad remouendũ mala quæ nouiter corrodunt carnes humani corporis. Prima cum vino tepido albo pota, purgat ſtomachũ ab omni malo humore: & aquã prohibet, ne perueniat ad cor aut partes principales, vt frequenti experientia conſtat. Linteolum tenue madefactum hac aqua cum paruo digito in nares intruſum, cum æger ingreditur lectum, & intus relictum, curat à rheumate. Mane & veſperi pota anhelitum fœtentẽ quacunq; ex cauſa, curat. Dentes inde abluti roborantur & dealbantur & dolore liberantur: ſiue is ex humore, ſiue ex ſanguine putrefacto proueniat. Quicqd ei impoſitũ fuerit

integrum & incorruptum conseruatur. Linte um ea madidum & vulneribus (inde prius ablutis,) aut fistulæ & alijs impositum (malignis vlceribus.) Quartanę resistit, si spina dorsi per aliquot dies cum ea perfricetur. Scabies inde lota sanatur. Linteum ex ea madidum ad hæmorrhoides vtiliter imponitur. Lana xylina modicè in hanc aquā intincta, contra quāuis surditatem vtiliter immittitur. Inuncta curat faciei ruborem, paralysin linguæ, & omnes frigidos affectus. Secunda & tertia aqua valent contra noli me tangere: contra regiū morbum colliq; & gutturis affectus. Item contra fistulam, & malum morbum præcipuè si recens fuerit: lauando enim & fouendo, & linteum inde madidum superponendo frequēter curatur. Iuuant etiam si quis collisus lapidibus vel fustibus, vel baculo fuerit. Nullum venenum eis appropinquare potest, & contacta inde aranea moritur. Inunguntur vtilissimè ad omnem paralysim. Omnes corporis partes lauando confirmant. Sciendum est autem quòd prima aqua ex his tribus quasi generalis continet omnes virtutes. Ad corrodēdum verò secunda & tertia præferuntur, magisq; hæc quàm illa. In summa, medentur omnibus morbis qui ex sanguine aut phlegmate putrefacto proueniunt.

Apud eundem Lullium aqua mirabilis sic fit. Caryoph. nucis moschatæ, zinzib. zedoariæ, galangæ, piperis vtriusq;, granorum iuni peri,

peri, corticum citri, saluię, basilici, rosmarini, maioranæ, mentæ rotundæ, baccarum lauri, pulegij, gentianæ, calaminthæ, florum sambuci, rosarum, ammeos, spicę nardi, ligni aloes, cubebarum † (hic videtur aliquid deesse) tam syluestris quàm domestici, cardamomi, cinnamomi, calami aromatici, stichados, chamædryos, chamæpityos, melissæ, mastiches, olibani, aloes hepaticæ, seminis & florũ anethi, sem. artemisiæ, sing. vncia. His addes ficus siccas, vuas passas vltramarinas, nucleos dactylorum, amygdalarum dulciũ pinguium, singulorũ vnciã. Mellis albi veteris selibram. Dein de saccharum duplũ ad omnia prædicta. Hæc omnia immittes in aquã vitę quinquies aut sexies per alembicum vitreũ destillatã, quæ põdere triplici species omnes superet. Relicta per biduũ destillabis lento igne. Aqua prima clarissima est & pretiosa. Secunda colore differt, alio vase excipiẽda, est autem alba, vtilis ad dealbandũ facies mulierũ, quibus omnes maculas subitò tollit, si vel triduò semel inde lauentur; & odoriferas reddit & claras. Hæc aqua balsami seu mater balsami, vocatur: debet autẽ cũ aqua vitæ eiusdẽ ponderis, & in alembico destillari per balneũ igne lento. Et effluet primò aqua odorifera & mirabilis, quã recipies per se: deinde alteram coloris crocei, postremò tertiam sanguinei.

Virtutes primæ & secundæ aquæ sunt hæ: Si altera ipsarum fundatur in vulnus recens

non opus est alio remedio: sed intra diem naturalem cum dimidio ad summum sanabitur, modo non sit mortale. Omne vlcus malignum, vetustũ, putridum, cancrosum, fistula, lupus, noli me tangere, eisq́ similia, alterutra de istis aquis lauentur, & curabũtur intra paucos dies. Gutta duntaxat instillata carbunculum intra tres horas extinguit. Si oculus laboret lippitudine, vel tela vel vngula, vel carnoso aliquo tumore innato, tertio quoq́ die guttam de istis aquis instilles: & intra nouẽ dies sanabitur, nisi omnino destructus fuerit. Gutta de eis cum pauco generoso vino pota calculum in renibus aut vesica, aut in virga obstructum, vel intra duos horas frangit, & dolore liberat. Carne mortua inde abluta, breui curatur locus. Si mulier ex vtero laboret, parum de eis ex iure aliquo bibat. Si dolor sit ex percussione vel casu sine vlcere, foueatur locus exigua earum portione & recedet dolor intra tres horas. Simili auxilio neruus contractus, induratus aut aliter malè affectus, restituitur. Reliquas earum facultates medicus eruditus per se æstimabit. ¶ Tertia & sanguinea aqua, quę sancta & benedicta cognominatur, adeò excellit viribus, vt si quis de ea quindecim diebus medio cochleari vtatur, curetur à lepra, phthisi, asthmate, hydrope paralysi, ischiade, syncope, morbo caduco, gutta arthritica, hectica, strãguria: alijsq́ multis morbis,

idq́

idq; intra duos menſes. Senibus iuuentutem recuperat, hominem moribundum deſperatumq; à medicis, reſtituit, ſi vnica eius gutta in os inſtillata deglutiatur, ita vt ad cor perueniat. Quòd ſi quis per annum (quotidie) quantitatē grani frumenti huius liquoris biberit cum cochleari aquæ florum borraginis deſtillatæ inſtar roſaceæ, anno exacto carnibus, ſanguine & toto corpore, tum forma tū viribus, quaſi renouatus videbitur.

Aliud balſamum artificiale, ex eodem libro Lullij de aquis. Terebinthinæ ſeſquilibra, galbani vnciæ duæ, aloes cicotrinæ, maſtiches, caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, nucis moſch. cubebarum, ſingulorū vncia, gummi hederæ ſemuncia. Omnia bene trita miſce & deſtilla per alembicum vitreū, igne lento primum, & collige ſeorſim aquam primam, deinde aucto igne ruffam: & poſtea magis aucto, oleum rubens, donec nihil amplius deſtillet: recipiente ter mutato. Habet hoc oleum omnes facultates veri balſami, ardet enim in aqua, & lac ſtatim congelat, nam ſi in pinta (menſura) lactis ponatur gutta vna tepida, ſtatim coagulabitur. Primus liquor vocatur aqua balſami, ſecundus oleum balſami, tertius balſamū artificiale. Vtilis eſt primus liquor cōtra fluxiones aurium, ſi duæ aut tres guttæ mane & veſperi immittātur. Oculis inſtillat⁹ lippitudinē emēdat, & lachrymas cōſumit. Sup̄fluos in quauis parte corporis humores mi-

rificè restringit. Dolorem dentium tollit, si la uentur inde, & vermes, si qui insunt, interficit. Tertius liquor impatiens est veneni, araneis & serpentibus infestus. Duæ vel tres guttæ in morsum venenosum instillatæ, statim sanant. Si hoc liquore circulũ descripseris in quo includas animal venenosum, immorietur id potius quàm exeat. In summa, eadem cũ theriaca facit, sed efficacius omnia. Omne genus apostematũ infusus, intra nouem dies sanat. Et similiter fistulã vtcunq; malignã, & noli me tã gere. Affectus omnes ex phlegmate & frigido humore natos, curat, linteo in eũ intincto supra locum dolentem imposito. Exterminat paralysin & omnẽ tremorẽ membrorum, neruos mirum in modum confirmat. Calidior est primo & secundo. Si quis guttam eius in manum ponat, statim penetrat sine dolore. Denique alia multa efficit, & omnẽ affectum ex frigida causa obortum, sanat, si rectè vsurpetur.

Aqua memoriam confirmans. Florum rosmarini, borraginis, chamæmali, violarum, rosarum, singulorum vncia. Stichadis, foliorum lauri, samsuchi, saluiæ, singulorũ vnciæ duæ. Omnia minutatim cõcisa in optimo vino macerabis & destillabis per alembicum. Deinde liquori destillato miscebis terebinthinæ librã. olibani vncias octo, mastiches, bdellij, anacardorum, singulorum vnciam, singula trita admiscebis, & iteratò destillabis. Deinde rursus addes, Nucis moschatæ, macis, galangæ,

cubebarum, cardamomi, singulorum vnciã: agallochi, ambrę, moschi, singulorum vncias duas (si rectè habet codex manuscriptus:) trita mixtaq; per quinq; dies relinquito, ac tertiò destillato, aucto igne donec oleum manare desinat.

Aquas vitæ quasdam balsamis adnumerandas, reperies in Cœlo philosophorum VI stadij, capitibus 44. & 52.

Balsamum authoris incerti. Terebinthinæ selibra: thuris vnciæ duæ: ligni aloes, croci, vtriusque vncia. Mastiches, caryophyllorum, macis, galangæ, cinnamomi, zedoariæ, cubebarum, nucis moschatæ, singulorum semuncia: gummi hederæ vel elemi vnciæ sex: tegularum extinctarũ in oleo, vt decet, quas aqua non tetigerit, vnciæ tres. Terenda tere: primò fluet aqua: secundò oleum balsami, tertiò balsamum artificiale.

Balsamum artificiale, inquit Matthæolus Senensis in Commentarijs in Dioscoridem, quod ad morbos quàm plurimos mirè efficax reperi, sæpe composui hunc in modum. ℞. resinæ larignæ, lachrymæ abietis purę & & liquidæ (aliqui oleum abietis vocant, Germani bülhartz) vtriusque libram: mannæ thuris, ladani, vtriusq; vncias octo: spicæ drachmam: mastiches, galangæ, caryophyllorum, casiæ odoratæ, zedoariæ, nucis moschatæ, cubebarum, agallochi, ana vnc. tres: gummi elemi vnc. sex: aloes hepaticæ, castorei, nucleo-

rum, dactylorũ, styracis calamitæ, myrrhæ, belzoi, ana vnciam. Tere terenda, & mixta liquoribus destilla artificiose. Manabit autem primò aqua clara subtilissima, quæ mirum in modum ardet, aqua balsami dicta. Tum sequetur oleum flauum, subtile, quod vocant oleum balsami: postremò balsamum artificiale, rubens. Prima aqua, vt expertus sum, ventriculos frigidos mirificè iuuat, & phlegma consumit. Liquor secundus excellenter medetur vulneribus, fistulis, doloribus neruorum & articulorum. Tertius non ad prædicta solum vtilis est, sed insuper alia complura, quæ breuitatis causa relinquo. Aliud. ℞ Terebinthinæ ℔. ij. Galbani, gummi hederæ ana ℔. ſ. Rosarum, bedegar, rorisma. viridium vnc. iiij. ℞ Gummina & tere grosso modo: infunde in aqua ros. Post recipe terebinthinam & funde simul, & sparge desuper aquam ros. post adde flores & coque omnia simul: & cũ aqua ferè fuerit cõsumpta, ponantur in alembico: & aquam primo destillantem proijce: tum sequetur oleum.

Aliud, mater balsami dictum. ℞ Terebinthinæ ℔. j olei laurini vnc. vj. galbani, gummi elemi, ana vnc. vj. gummi ederæ vnc. ij. olibani vnc. ij. Ligni aloes drachm. j. masticis, myrrhæ, aloes, laudani, castorei, rasæ (resinæ) pini ana drach. ij. gummi oliuarum arborum ℔. j. Caryoph. galangæ, cymini, cinnamomi, nucis moschatæ, zedoariæ, cube-

barum,

barum, ana drach. iij. Tormentillæ, dictamni albi, ana drach. vj. Mixta omnia destillentur per alembicum vitreum.

Aliud, Dornsterreri excellentis apud Germanos medici. ℞ xylobalsami vnciam. Opopanacis, resinæ pini, bdellij, galbani, ammoniaci, mastiches, sarcocollæ, gummi elemi, olibani, myrrhæ, benzoi, singulorum semunciam. Olei benedicti, laurini, ladani puri, singulorum sescunciam. Carpobalsami, opobalsami (vel loco eius, balsami ex descriptione Guilielmi Placentini,) vtriusque semunciam. Sanguinis draconis drach. duas. Castorei, spicæ nardi, galangæ, cubebarum, cinnamomi, cardamomi, granorũ paradisi, corticum citri, singul. drachmam. Olei terebinthinæ ad pondus omnium. Macerata simul per dies aliquot, destillentur in Balneo M. (ego in cineribus malim.)

DE BALSAMIS QVAE EXtra corpus vsurpantur.

SVperiora omnia tum intra tum extra corpus vsurpantur: ea verò quæ sequuntur, extra tantum, aut præcipuè.

Balsamum breuiter sic fit. Terebinthinæ libra: mastiches, ceræ nouæ, vtriusq; vnc. croci drach. ij. Mixta destillentur.

Balsamum siue oleum benedictum ad vulnera, paralysim, &c. Olei terebinthinæ

libra. Olei laurini vnciæ duæ. Galbani, gummi elemi, vtriusque drachmæ sex. Gummi hederæ, thuris, mastiches, ligni aloes, olibani, singulorum drach. duæ. Aloes, myrrhæ, laudani, castorei, singulorum drachmæ tres. Omnia terantur & infundantur in terebinthina & oleo ad tres dies. Postea, recipe galangæ, cinnamomi, nucis moschatæ, zedoariæ, cubebarum, de sing. semunciam. Dictamni, consolidæ minoris, vtriusque drachmas tres. Contrita hæc pone in aquæ vitæ vnciis quatuor ad tres dies. Misce omnia & destilla in cinere continuando semper ignem die noctúque donec compleatur: & muta vas recipiens secundum mutationem coloris eius quod destillatur.

Balsamum ad cicatrices, &c. Si ratione percussionis (inquit Lullius circa finem libri 2. de Quinta essentia) manserit signum magnum in facie vel aliis partibus corporis, hoc remedio id signum remouere poteris, non omnino, sed vt multò minus appareat. Mastiches vnciæ quatuor. Corticis malorum granatorum dulcium, gummi, cyperi, carpobalsami, singulorum vnciæ duæ. Croci vncia. Terebinthinæ libræ duæ. Olei oliuarum antiquissimi vnciæ quatuor. Tere terenda & cribra, & misce cum terebinthina & carpobalsamo, & vnà cum oleo destilla igne lento. Destillatum liquorem pones in fimo vel vinaceis diebus quatuor: deinde vteris, ceu

vero

vero balſamo, cuius notas omnes præſtat, & pro eo vendi poteſt.

Aqua mirabilis vel oleum ad ſtrumas gutturis, vnde homines gutturoſi dicuntur. Olei laurini vnciæ ſex. Olibani, maſtiches, gummi Arabici, terebinthinæ claræ, ſingulorum vnciæ tres. Miſce in mortario & deſtilla in alembico: deinde aquæ extractæ addes cinerem (de la cendre, Gallicè: niſi legendum ſit de la cèdre, vt cedriam intelligamus.) Tum rurſus deſtillato, & ſecūdum iſtum liquorem inſtar balſami ſerua. Sæpius die bronchocelis inunctus, paulatim eas imminuit.

Balſamum artificiale, non deſtillandum, ſed coquendum tantum, ex libello Gallico And. Furnerij. Olibani, galbani, olei de papauere albo, olei de amygdalis amaris, terebinthinæ claræ, ſingulorum vncia. Viridis æris in puluerem redacti vnciæ tres, (vng quarteron, Gallicè: ſed nimia hæc quantitas videtur.) Olei oliuarum libræ duæ. Oleum in patella plumbata ſuper igne calfacies, & cum bullire cœperit, galbanum fruſtulatim immittito, & ad lentum ignem leniter ſubinde moueto: deindè maſtichen & olibanum addito, & moue donec paulatim liquentur. Deinde picem & terebinthinam (ſed picis mentionem ſupra omiſit,) igne lento ita ne ebulliant. Tum aufer ab igne, & reliqua duo olea adijce, & mouendo commiſce, & iterum modicè ad ignem pone. Tandem viride æris

immitte, permiſce, & cola per pannum nouũ in vas alterum plumbatum. Cum verò vti volueris oleo dicto, videndum eſt prius ne quis neruus aut vena propemodũ diſſecta ſit. Tum vlcera diligenter purgato, modicũ huius olei in vaſculo aut cochleari æneo calfacies, & tã calidũ quàm æger tolerare poterit, immittes, ea copia qua vulnus totum ſatis madeſiat. Deinde lanam ſuccidam nigrã à genitalibus vervecis impones, aut è cannabi linteum ter aut quater complicatum, & ad horas quatuor illigatum relinques. Quòd ſi tum dolor non ceſſauerit, iterum infundes vt ſupra dictũ eſt: & ſemper curabis vt purum ſit vlcus: ſic paucis diebus mirabiliter ſaneſcet.

Sunt qui terebinthinam & gummi quædã in cucurbita vitrea cõmiſceãt, eamq́ luto clauſam in arena poſitam modicè bullire ſinant, deinde aliquandiu relinquant donec fæces in fundò ſubſidant, indurenturq́: tum colant.

Balſamo à quibuſdam comparatur etiam oleum de hyperico, quod quia non deſtillatur infra deſcribam.

Aqua educens oſſa, & ne putredo vulneribus accidat, præſeruans. Terebinthinæ puræ & albæ, ſed illotę, zopiſſæ, mellis, ſing. libra. Reſinæ pineæ albæ ſelibra, Deſtillentur.

Aqua Epiphanij ad fiſtulas compoſita cum terebinthina, gummis quibuſdam & aromatibus, &c. ſuprà à nobis poſita eſt, ſecunda ordine inter aquas compoſitas ad externos

quoſdam

quosdam vlcerosos affectus. Et rursus alia similis ordine tertia.

DE OLEIS EX ANIMALIVM *partibus, vel excrementis.*

EX ossibus & medullis potest sublimando trahi oleum, Syluius.

Oleum ex vitellis ouorum, alembico destillari potest, vt oleum philosophorum Mesuæ, Syluius. Vide supra vbi de oleorum destillatione per descensum in genere tractauimus ex Vlstadio.

Oleum de stercore humano. Vide supra in Aqua stercoris humani. De sanguinis humani liquore, vide supra in Quinta essentia.

De mellis destillatione, supra scripsimus inter aquas quæ destillãtur in Rosarijs, &c. Est autem huius qui postremus fluit liquor crassiusculus, vt oleum, puto, nominari possit.

OLEA destillata etiam inter se misceri possunt, vt in hoc Epiphanij Empirici remedio, ad lentigines & omnem scabritiẽ & maculas faciei commendato. Lactis virginei sesquuncia. Aquæ rosaceæ cum pauco sulphure vncia. Oleorum de tartaro, de frumento, de vitellis, singulorum semuncia: caphuræ scrupulus. Quamuis hæc olea non soleant per destillationem fieri: oleum tamen de frumento & de vitellis, meliora fiunt destillata.

DE OLEIS EX METALLIS, *lateribus, gagate, ſuccino.*

AQuæ & olea Chymiſtarum induſtria ſingulari ſecreta, maximarum ſunt virium, & eſſentię tam tenuis, vt olei cuiuſdam gutta fortuitò illapſa in lectum, ſtragulâ eius multiplicia & culcitras momento penetrârit, aſſeresq́ fundum lecti ſternentes vſſerit, Syluius. Videtur autem hæc penetrandi vis ad olea metallis extracta præcipuè pertinere, quibus magis etiam vrendi vis ineſt.

Aceti deſtillati præcipuè vſum eſſe video pro extrahendis oleis de metallis, vt antimonio, plumbo, ceruſſa. Alij alijs liquoribus acribus & calidiſsimis ad id vtuntur, vt lixiuio acri, aqua ardente, vrina deſtillata, aqua forti.

Lullius canone quinto, libri primi de Quinta eſſentia, cum docuiſſet extrahere quatuor elementa à plantis, ſubdit: Et ſic quoque facies cum metallis, prius cum noſtro mẽſtruo illa reſoluere facies ſub fimo per hebdomadem: oportet autem menſtruum eſſe acutum cum vegetabilibus aliquibus quæ infra in Quæſtionario dicemus. Poſtquam verò metalla fuerint diſſoluta, pone ad deſtillandum in igne primi gradus; & exibit menſtruum, & manebit calx metalli in fundo. Poſt hoc verò reitera ſupra fæces metalli de nouo menſtruo ad pondera metalli, & pone ad putrefaciendum

faciendum per mensem cum dimidio, & post hoc destilla sicut fecisti de vegetabilibus, sed qualibet vice addas nouum menstruum super fæces. Alias diuersas philosophorum opiniones in extractione elementorum à mineralibus in Libro tertio explicabimus, Hæc ille.

Oleis metallicis omnibus commune esse puto, quòd cæteris oleis grauiora sint, vt Cardanus insinuat: & alius quidam guttas olei de vitriolo ponderosas esse scribit.

Oleum destillatum ex auripigmento aut mysi (seu vitriolo Rom.) arterijs & cordis regioni illitum, hominem veneno infectum, etiam acutissimo, & tactu duntaxat occidente, seruare posse existimo, Cardanus. Et mox, At postquã in hos sermones incidimus, haud ab re esse puto illud quærere, quonam pacto oleum parari possit, quod illitum arterijs cogat venenum extrudi vomitu aut purgatione, vel sudore, vel vrina. Certum est metallicum esse oportere, quod validissimum esse debet. Vidi ego quandoq; tale, & solo pondere quod esset metallicum haud dubiè coniectaui. Oportet & ex veneni natura illud esse: nam immodica caliditate, vt dictum est, delet prius conceptam malam vim: & similitudine euocat exterius quod nocet, & contrarietate pellit. Oportet & discutientem illi non paruam inesse vim, & rursus aduersus venena ipsa contrarietatem quandam, quæ duo

laseris succo conueniunt. Igitur quæ propellere venenum debent, oportet metallica esse venena, non tamen acerbissima: & calidissima & discutientia, & venenis quodammodo contraria. Horum igitur materia his constare potest, misy & auripigmento, & laseris succo, & gentiana, & pinguedine serpentium venenosorum, & aconito. Quòd si cuipiam terræ ex his (prædictis viribus, vt sunt discutere, venenis resistere, &c.) plura insint, detractum oleum vi ignis omnium erit præstantissimum. Et pauló post, Cæterum oleum, quod sola arteriarum illitione venenum extrudat, non hoc sensu præstantissimum dixerim, vt etiam pręter id des in potu, theriacam aut lac aut aliud excellens remedium, quin etiam melius proficeret. Illud bene ausim dicere, illitionem arteriarum, & admota exterius, esse his quæ bibuntur præstantiora ac validiora, hoc vno duntaxat excepto quòd venenum adhuc in ventriculo maneat. Nam his (venenis recenter sumptis, vt nondum è ventriculo egressa sint) quæ vomitum validum prouocant præstantissima sunt, vt lac, lixiuium, oleum, aqua nucis vomicę. Igitur in morsibus venenatis, in aculeorum ictibus, in vnguentis venenosis, in potu veneni quod iam ad præcordia penetrauerit, exterius adhibita auxilia validiora sunt, &c. Hæc ex Cardano pluribus descripsi, vt inde etiam magis ratio cõstaret mirabilis illius de scorpionibus, &c.

olei,

olei, quod quia absq; destillatione fit, inferius separatim describam.

Antimonij oleum vtilißimũ est ad omnia vlcera maligna, vt ipse feliciter experior. Purgatur autem antimonium prius, multoties fusum & liquatum igne. Longè ab hoc differt oleum de antimonio chymistarũ, quo argentum illi colore aureo insignire conantur, Matthæolus in Dioscoridem.

Oleum de antimonio quomodo fiat, ad vlcera & fistulas, scripsi superius ex Vlstadio, in tractatione de Quinta essentia. Sed empirici quidam etiam ad diuersas intra corpus affectiones oleum ex antimonio parãt, quod miris & magnis laudibus extollunt. Parant autem hunc ferè in modum, vt audio. Antimonij selibra, tartari calcinati albi tantundem: simul tudantur & in tigillo (crucibulo) aurifabri super prunis simul liquentur seu soluantur: liquata effundantur in testam aliquã, vbi agitentur miscendo: & cum in massam induruerint, iterum tundantur, & colentur per colum (id est, sacculum eius figuræ, quæ est sacci pro vino Hippocratico, vt vocant) in loco humido, (calido & humido) vt in cella vinaria, colo suspenso: sic enim paulatim extillabit oleum, quod à nonnullis propter colorem sanguineum Rubedo antimonij vocatur, & similiter ab aurifabris quibusdam conficitur ad nescio quam tincturam. Ad remedia verò humani corporis cum

quinta essentia vini vel aqua ardente præparari debet, ita vt duplum ferè eius affundatur ad prædictam antimonij rubedinem : & in cucurbita diligenter agitentur, misceantur, ac ita destillentur in cineribus ter vel quater, donec spiritus omnem malum odorem amittat. Semper autem miscendæ agitandæq; sunt fęces cum aquam destillatam super eas refundis, aut cum quintam essentiam recentem superinfundis : neque enim satis certus sum vtro modo fieri debeat. Sunt qui ab initio statim acetum rubrum acerrimum (destillatum) cum antimonio & tartaro calcinato simul liquandis misceant. Sed hæc omnia scribo nō tanquam certa : verum vt obiter ante annos aliquot ab empirico quodam excepta annotaui. Scio Chymistas & aurifabros quosdam oleum vel quintam essentiam antimonij tanquam thesaurum perfectissimum quærere. Hi primum lixiuium acre compositum ex viua calce & cinere clauellato per filtrum destillant : & in hoc lixiuio per horas quinque antimonium subtiliter tritum coquūt: & rursus refrigeratum hoc lixiuium per filtrum destillant : & quod de antimonio simul transierit, nempe puluerem coloris lutei, reseruant. Deinde acetum acerrimum rubrum destillatum infundunt supra antimonium in cucurbita positum, ita vt digitis tribus aut quatuor emineat : in loco calido per dies aliquot ponunt, & quotidie decies aut vigesies agitando per-

do per-

do permiſcent: deinde acetum in aliud vas vitreum leniter defundunt, ita vt nihil perturbetur. Hoc quinquies aut ſexies repetũt, (nouum ſemper acetum ſuper antimonium in cucurbita relictum fundendo,) demum acetum omne coniungunt, & deſtillant per alembicum lento igne, donec oleum fluere incipiat. Eſt autem hoc oleum, ſiue quinta eſſentia antimonij, colore ſanguineo. Hoc Mercurium tingunt, & incomparabilem theſaurum eſſe aiunt, ſummum chymię myſterium: vt ex libro quodam Germanico manuſcripto tranſtulimus. Oleum ex antimonio elicitur rubrum, acutumq́ valde, ſulphur olet, & vim eius (antimonij) retinet, ob ſubſtantiæ craſsitudinem ad pauca vtile, Cardanus.

Calx integro oleo communi reſtinguatur, alembico vitreo deſtilletur, manabit oleum oſsi corrupto idoneum, Syluius. Calcis viuę fruſtum integrum infundatur in oleo communi, donec calx in puluerem reducatur, tum deſtilletur in alembico vitreo, & emanabit oleũ calcinum, quod primus deſcripſit Leonardus de Prędapalea Patauinus, Io. Iacobus de Manlijs.

De ceruſſa oleum: vide ſupra vbi de quinta eſſentia egimus ex Vlſtadio.

Oleum ex gagate ſacratum dæmoniacis, epilepticis, paralyticis, ſpaſmicis, tetanicis, arthriticis, ab vtero ſuffocatis ſaluberrimum, conceptumq́ adiuuat. Fit ex gagatis

lapidibus, quomodo oleum iuniperi(per descensum,) vel sublimatione (vt oleum de lateribus,) Mesues interprete Iac. Syluio, cuius ex scholijs verba hæc subijcimus. Cum bitumen gagate multò vilius sit, & viribus aut ijsdem aut validioribus, tentari posset ex ipso oleum, quod largius fluet, præsertim si recens est bitumen, cum ipsum sit terræ velut adeps, & olei vice vtatur accolis locus Asphaltitæ & locorum aliorum bituminosorum. Deinde an epilepsiam iuuare pôssit dubitat, cum odore illo bituminis tetro epilepsiam magis prodat. Mihi verò verisimile videtur iuuari ab eo epilepsiam attenuando, digerendo, siccando, quas vires cum & antea non ignauas obtineat, tum multò magis liquor eius destillatus hæc præstat. Neque verò ideo non iuuat hunc morbum, quoniam eundem odoris eius bituminosi suffitu prodi verisimile sit, vt myrrhæ, galbani, & cornuum, vngularum pelliumq; capræ & hirci suffitu. Nam & cornua & vngulas diuersorum animaliũ, aduersus hoc malum medici vsurpant, scobe eorum intra corpus data: neq; enim eadem ratio est si quid suffiatur, & si sumatur simpliciter. Sed his de rebus non tam ex rationibus & coniecturis, quàm experimentis docere debebant medici. Ipse suffitum contriti succini (quod ipsum quoque bituminis generi adscribitur) præsertim albi, naribus epileptici admoueri vidi, prunis in cochleari impositum,

ſitum, & mox ſedari paroxyſmum: quod & odore ſuo tantum poma, vt vocat, cum moſcho vel ambra compoſita præſtant. Quòd verò de dæmoniacis ſcribit Meſue (inquit Syluius) ſuperſtitioſum eſt, à Chriſtianoq; homine alienum. Sulfur & gagates igni liquantur, vt liquores omnes, idem.

Oleum philoſophorum (quod etiam oleũ ſapientiæ, & perfecti magiſterij, & benedictum, & diuinum, & ſanctum quidam vocarunt,) veterum omnium conſenſu effectibus ſecretis non paucis eſt efficaciſsimum. Nam calfacit, ſiccat, eſſentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit, materiam omnẽm excrementoſam conſumit. Ob id epilepſiæ, paralyſi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, veſicæ, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruoſarum doloribus frigidis maiorem in modũ confert. Eſt autem quoddã naturale ſiue minerale, & aliud marinum quod ex inſulis & ſcopulis fluit, (naphtha dictum:) in quo genere præfertur ſubalbum, mediæ bonitatis ſubrubrum eſt: ſubnigrum verò & craſſum, peſſimum. Cæterum arte ſic fit: Lateres ex terra rubente multum antiquatos in fruſta comminutos carbonibus nonfumantibus accende, donec igniti rubeant: tunc concha, oleo roriſmarini (alchichil) vel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri poteſt oleo imbue: ſicca per ſe in caſulis, (caczobis, Mo-

nachi in Mesuen: apud quos etiã caczola mox pro cucurbita legitur.) Pòst minutissimè tere, & vasi per sublimationem destillandum trade, luto chymistarum capitello committe, carbonibus in fornace accensis coque donec oleum destillet in phialam vitream naso imo capitelli agglutinatam (argilla & pilo, Bulcasis,) quam exactè obstructam reconde & serua: quanto enim antiquius, tanto valentius fuerit, Mesue interprete Syluio, cuius hîc etiam ex Scholijs verba subscripsi. Oleum (inquit) de lateribus tam tenue est, vt momento latissimè spargatur: si manui infundatur, eam cito penetret. Oleo balsami est multò tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius; vrinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui à flatu crasso, paralysi, spasmo cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ, & cæterarum iuncturarum doloribus prodest, potum aut inunctum: sed parua eius portio aquæ affectui aptę mista bibatur. Hoc oleum à Rasi etiam in Antidotario, & Bulcasi in libro qui Seruitor inscribitur, paratur: vbi Bulcasis lateres nouos qui aquam nondum senserint, præfert, quia oleum melius imbibunt: & eos in frusta vnciæ vnius diuidit ac in vase vitreo aut vitrato probeq; lutato ita componit, vt eius pars tertia maneat vacua. Ignem primò leuiorem fieri oportet, sed qui fundum vasis attingat, paulatim augeri. Primò exibit aqua, deinde oleum (rubens,

bens, Bulcasis) per se colligendū. Sic terebinthinam, guaiacum, & alia multa destillamus. Oleum etiam chamæmalinum, & nardinum quoq;, benedictum dicitur Mesuæ: sed hoc (de lateribus) præstantissimum est, & quibusdam petrelæum vocatur, Hæc Syluius. Fœtidum est hoc oleum, sed summè penetratiuū, Io. Iac. de Manliis. ¶ Vide quædam supra, vbi de destillatione oleorum per descensum in genere egimus ex Vlstadio. ¶ Bucalsis frusta singula vnciæ (drachmæ, Rasis) magnitudine ignita, in oleum antiquissimum immergere iubet, & extincta ab oleo extrahere: & simul omnia crassiusculè trita, in vnum aut plura vasa destillatoria, quæ ventres nominat, ponere, vt duæ vasis partes vel amplius impleantur. Iubet etiam cauere ne ignis appropinquet huic oleo (dum destillatur) facillimè enim accendi, & ægrè extingui. Deinde iterum noua frusta laterum, præparata vt prius destillari, donec satis olei collectum sit, quod in vase stricti orificij diligentissimè obstructum cum cera (& terra) seruari iubet, facillimè enim exhalare propter subtilitatem suæ substantiæ. Hoc oleo (inquit) vtere in ægritudinibus frigidis, vt epilepsia, apoplexia, grauitate auditus, & arthritide frigida, reliquos eius effectus explicaui in libro de oleis, est enim res secreta philosophorum. Parandi modum Rasis eundem omnino describit. ¶ Oleum quod balsaminū vulgus vocat (è spica,) excitat subitò comitia

liter humi proſtratos, naribus ſubditum olfaciendum, aut quod ex lateritio lapide eximunt, à ſaxo nomen habet, Alexander Benedictus.

¶Hoc oleum fit etiam alijs quibuſdam admixtis, vt in libro quodam manuſcripto reperi, cuius hic verba adijciam. Lateres rubeos vetuſtiſſimos, aut recentes quidem ſed ab aqua intactos in fruſtula confringes, eáq́ igniti extingue in oleo oliuarum, vel quod melius eſt in laurino. Mox rurſus candefacies, & extingues vt prius, donec nigreſcant. Deinde fruſta hæc impones in alembicum vnà cum oleo in quo extinxiſti, ſi quid eius reliquū eſt: ſin minus, recens affunde ad menſuram digiti. Poſtea addes caſtorei, & ſpicæ nardi, vel eius loco rutæ, vtriuſque partem vnam: coſti partes duas. Trita hęc miſce cum lateribus in cucurbita: quam in fimo equino diebus circiter viginti defodies. Tandem deſtillabis, aucto paulatim igne. Primus liquor bonus eſt, ſecundus melior, ſed optimus tertius colore rubeo. Hoc oleum prodeſt aduerſus omnes frigidos affectus vt balſamum, quo quidem ſubtilius eſt; & calidius, vtiliusq́ in morbis frigidis. Perforat enim manum cito, & ſpatio lato expanditur. Veſicæ lapidem & frigidos affectus eiuſdem curat. Vrinā prouocat. Aurium noxis frigidis medetur, & vermes earū interimit. Vtiliſſimum eſt paralyticis, & cynico ſpaſmo inunctum aut potum item iſchiadi, &

di, & dolori iuncturarum & dorsi. Emplastrũ cum hoc oleo & sale Ammoniaco paratum, splenis apostemata & durities breui tempore dissoluit. Ad epilepsiam valet & narium obstructionem naribus iniectum. Calefacit cerebrum, memoriam confirmat, dolorem dentium sedat. Iniectum vtero menses prouocat. Embryon viuũ aut mortuum educit. Ora venarum aperit, & sanguinem coagulatum dissoluit. Pulmonem purgat ab humoribus crassis. Guttæ eius aliquot cum syrupo rosarum potæ, anhelos iuuant. Aquam ad oculos descendentem, id est suffusionem, mirè cõsumit. Si piscatores inunxerint inde retia, pisces innumeros illicient. Ferrum eo madidũ & igni admotum, statim ardebit. Vermes occidit vbicunq; fuerint. In testa oui vel alio vase calefactum, loco dolenti vtiliter guttatim infunditur, donec dolor remittat. Venenis frigidis resistit, vt ictui scorpionis & opio & hyoscyamo per os sumptis. Calculos vesicę pellit, cortice petroselini aut fœniculi admixto, (decoctis nimirũ corticib. radicũ in aqua, & modica huius decocti parte cum vna aut altera gutta in potu sumpta.) Sed hæc omnia fermè Rasis in Antidotario simplici oleo Benedicto, hoc est destillato è solis lateribus & oleo, attribuit. Pręfertur, inquit Rasis, quod valde rubeum est, fortis odoris, subtilis substantiæ.

Oleum de plumbo: Vide supra vbi Vlstadij verba de quinta essentia recitauimus.

Succinum artificiosa coquendi ratione vertitur in oleum sui coloris, Ge. Agricola. Fieri nimirum è succino oleum potest eodem modo quo è gagate, de quo supra scripsimus. Videntur enim naturæ non dissimilis esse. Germani communi nomine vocant agsttein: nigri tantum differētiam addentes gagati. Cardanus camphoram quoque congenerem esse putat, hoc argumento quòd succini suffitus linteolo madido exceptus, camphoræ odorem in eo postea reddat, quod tamen mihi experiēti non ita visum est.

Sulfur illitum & potum, scabies, lepras, & Gallicum morbum tollit, sed vehementiore vi oleum eius, quod quomodo fiat in libris de morbo Gallico docuimus, Cardan. Sed libros eius de morbo Gallico nondum æditos puto.

Sal oleum in se continet, si bitumini immisceatur. Vnde Arrianus refert, apud Ichtyophagos, in Indica historia, ex sale oleum illos excipere. Indicium quoque quod oliuæ littore maris gaudeant, nam salsum solum etiam nō leuiter pingue est. Sed, vt dixi, oleum omnia sic continent, quod vi ignis detrahi potest. At multum non potest continere, nisi bitumen ad mixtum habeat, Cardanus.

Ad oleum de sulphure faciendum, eligendum est purum & ignem non expertum, (præcipuè viuum, & cinerei coloris.) Hoc oleum Romę pluribus modis fit, per sublimationem

& per

& per descensionē, &c. Valet autem ad multa & præcipuè ad fistulas, & ad curanda oris vlcera, quæ gangrænas appellant, in quibus curandis maximè excellit. Madefacta enim pennæ, aut alicuius festucæ extremitate, ipsa vlcera semel aut bis tantum contacta, continuò mortificata sanantur, Monachi in Mesuē, &c. ¶ Vitreum vas (vt scribit Matthæol. Senen. in libro de morbo Gallico) tintinnabuli non absimile, illitum figulari luto, à terra vnius cubiti mensura, æneo vel ferreo filo suspendes, sub quo metretam vitream maioris circumferentiæ, in cuius medio inuersus fuerit cyathus, statues. Porrò cyathi fundus ferream bracteam digitorum quatuor latitudinis ex igne candētem sustineat, ex qua sulfur accendatur. Hoc dum comburitur, recentius superaddatur. Inde fiet vt ex fumo ascendente suspensum vas breui temporis interuallo guttatim in inferiorem paropsidem destillet oleum, quod diligenter collectum vitrea conseruabis ampulla. ¶ Sulfur ignem non expertum, vel flauissimum, inter vrendum fumum crassum remittit, excipiendum campana vitrea aut silicea. In qua ex vapore crasso oleum concretum destillat in vas planum capax, in cuius medio sulfur vasculo conditum vritur. Alijs trito sulfuri per aquam vitæ incensam ignea consumitur substantia, post reliquum destillatur vt oleum philosophorum. Alij sulfuris flaui, terebinthinæ, vtriusque vncias tres, olei rosati li-

bram vnam, coquunt igne lento, cum vini o-dori vncijs duab. ad vini consumptionem, (vt in Luminari maiori legitur,) Syluius. ¶ In duabus olei de semine lini partibus, partem vnam sulfuris viui immitte, simul optimè te-re & relinque sub fimo per duos dies in vase bene obturato, eritq; clarum & pulchrũ. ¶ Sed omnia hæc olea videntur in hoc solum parari vt extra corpus adhibeantur, ego empiricos quosdam hodie esse audio qui etiam intra cor pus oleum quoddam de sulfure propinent, ad uersus comitiales præcipuè: & forsan id cu-ius ignea substantia, vt Syluius meminit, per aquam vitę accensam prius consumpta est, de inde per sublimationem destillatum, tutius cę teris intra corpus exhiberi posset.

Vitrioli oleum à chymistis pariter & me-dicis expetitur, & tanquam res secretissima occultatur. Ego descriptiones aliquas ponã quas ab amicis accepi, vel in libris manuscri-ptis inueni, & post cæteras efficacissimũ quen dam & mihi cognitum huius olei modum de clarabo, quo Empiricus quidam apud nos ad omne fermè genus morborum curandum v-tebatur, & in multis quidem feliciter, &c. ¶ Vitriolum in calcem rediges, vt nosti, dein-de aquam ardentem affundes, ita vt modicè excedat. Tum aquam ardentem per destilla-tionem in phiala, aut retorto, aut cucurbita (in latus inclinata) separato. Ea detracta pau latim spiritus vitrioli vrgeto, ignem magis atque

atque magis augendo, donec ſpiritus omnes tranſierint. Hunc liquorem deſtillatum impone iterum in vas aliquod ex tribus prędictis, & in cacabo aqua pleno deſtilla, donec quicquid ineſt aquoſum ſecernatur, id quod omni induſtria efficere conaberis, vt omnino aquoſitas tota ſeparetur, ſiue per alembicũ roſtratum,) ſiue cæcum, cuius interior margo limbũ habeat cauum inſtar alembici (ſ. roſtrati.) Da operam vt aqua in cacabo leniter bulliat, (ſi modo bullire debet. Germanica vox ſieden æquiuoca videtur:) vt aquoſitas ſola aſcẽdat, & oleum ſemper in fundo cucurbitæ maneat, ad hoc efficiendum, vt minimum biduo tibi opus eſt. Deinde relictum in cucurbita oleum in cucurbitam aut aliud vas ex prædictis luto loricatũ immittes & deſtillabis, obſeruabisq́ꝫ num aqua aliqua ante ſpiritus tranſeat.

Nam ſi quicquam aquoſum adhuc permixtum fuerit, neceſſe eſt vt poſtea in Sole aut loco calido ponas cum alembico cæco, vt aquoſitas eleuata in limbo alẽbici remaneat. Hoc ſi aliquoties repetas, hanc inſolationem dico, oleũ ſemper ſuauius & melius euadet. Quin etiam olei deſtillationem ſecundò aut tertiò repetere poteris, ſic enim magis magisq́ꝫ re rectificatur oleum. Huius olei duas tréſue guttas aduerſus omne genus morborum propinare poteris, per ſe, aut cum aquis ad ſingulos affectus idoneis. Hoc oleum ipſe guſtaui

ſuaue, gratum, & efficax eſt, colore (ſi memini) albicans.

Alius modus. Vitrioli Romani libras quatuor deſicca in vaſe fictili ad rubedinem vſq;, deinde contritum pone in cucurbita vitrea diligenter luto inducta, (vt fit pro aqua forti:) & leni primum igne paulatim gradus ignis augendo deſtilla, donec fumi albi incipiant exire de roſtro cucurbitæ, tunc pones vas receptorium magnum luto munitum: & ignem excitabis cum lignis per duodecim horas ſemper continuando: & exibunt (tandem) guttę rubeæ & ponderoſæ. Cum verò receptorium incipiet eſſe clarum, res perfecta eſt: quare deſines, vt vaſa refrigerẽtur. Poſtea pones in alembico paruo ad ſeparandum phlegma, & reſeruabis reliquum, inſolabisq; per dies nouem. Cum volueris vti, da cum bono vino albo, vel Maluaſia, ſex vel ſeptem guttas, ita vt tribus aut quatuor horis poſtea nihil edatur, conuenit etiam ante ſomnum, ſi nihil ſuperbibatur. Vtilis eſt hic liquor dolenti ſtomacho, leproſis, calculoſis, vrinæ retentioni, febrientibus: & in peſte cum aqua acetoſæ, tepidius, adiecta ſemidrachma de ſpeciebus diamargariton frigidi ſi reperiri poſſunt.

Alius apparatus olei de vitriolo contra morbos innumeros. Vitrioli Romani quantum volueris pone in cucurbita ad rubificandum, cum igne qui adhibetur aquæ forti per horas vigintiquatuor, quandiu aqua ſine ſpiriti-

ritibus procedit, & amplius si non erit rubifi-
catum, semper eundem ignem seruando. Cũ
iam rubificatum fuerit, aufer capellum (alem
bicum) & recipientem, serua aquam ad secre-
ta dicenda. Postea contere vitriolum, & in cu-
curbita pone cum quinque partibus quintæ
essentiæ vini, vt vitriolum imbibatur. Debet
autem cucurbita in furno transuersa imponi,
cui alteram (recepturam oleum) fornisecus
oppones; cuius fundus impositus sit in vase
aquę frigidæ. Tum ignem in furno excitabis,
non minus vehementem, quàm pro aqua for
ti fit. Sic effluet primum aqua vitæ, & demum
aucto igne oleum vitrioli sequetur. Deinde
aquam vitæ ab oleo separabis capello imposi
to cucurbitæ continenti vtrunq;, & recipiente
foris apposito, cum igne aquæ fortis. Sed vt
res clarior fiat figuram qualemcunq; delinea
uimus fornacis in qua oleum destillari debet,
transuerso cucurbitæ situ, igne circunquaque
excitato, vt oleum emanans refrigerium præ
terquam in recipiente non inueniat.



Vires huius olei innumerę sunt, quarum aliquas hic recensebimus, vt reliquas medicus eruditus per se conijciat. Illis qui morbum aliquem calidum aut frigidum magis tamen frigidum sentiũt, dabis quatuor guttas è vino bono vel aqua ardenti ieiunis summo diluculo, & ne quid cibi ante quatuor horas sumant interdices. Aduersus febrim cõtinuam da octo guttas cum semuncia aquæ rosatæ, diluculo, vt dictum est, & similiter etiam contra alios morbos cum liquoribus destillatis aut decoctionibus idoneis. Quod ad dosin, robustis hominibus octo guttas dare poteris, mediocribus quinque, debilibus quatuor, &c. In hoc oleo si solueris marchasitam auream, tinget Lunam ad omnes gradus.

Alius modus per eodem, vt melius & purius fiat. Vitrioli Romani quantum voles pone in cucurbita fictili ex terra crucibulorum, intus vitreata: & in furno, vt supra dictũ est, cum igne aquæ fortis destilla: & effluet aqua alba vitrioli, deinde cessante illa, augebis ignem, & sequetur aqua viridis, quæ cum desierit, ignem fortissimum supra infraque excitabis, & emanabit oleum rubeum. Vas recipiẽs mutabis pro liquorũ mutationibus: Vel tres illos liquores vase vno excipies, & aquas postea ab oleo separabis destillando, & remanebit in cucurbita oleum. Fit autem hæc separatio cucurbita erecta (cum capello & recipiente:) prima verò olei destillatio, cucurbita ia-

cente

cente transuersa, vt dictum est. Si modicum lanæ xylinæ intigas in aqua vitrioli Romani, & cum ea tangas quæuis mala oris, facile sanabis, ex libro amici cuiusdam manuscripto. Videt autē hîc aqua intelligi quæ prior fluit, extra corpus tantū vsurpāda, non ipsum oleū vitrioli, quod pretiosius & puri⁹, & aduersus intrinsecos morbos propinandum seruatur.

¶ De viribus olei vitrioli, ex eodē codice manuscripto. Vinum Maluaticum cum modico olei vitrioli bibe, continuando per quinq; vel octo dies, obstructionibus liberat, sanguinem purgat, calculum pellit. Malam scabiem curat, si bibatur cum aqua fumariæ & myrobalanis conditis. Renouat hominē cum aqua endiuiæ. Capitis quosuis dolores sanat cum aqua samsuchi, aut buglossi, aut melissæ: item vertiginem, si modo continuetur. Cum aqua agrestæ omne genus morborum curat, purgato prius corpore. Restaurat memoriam cum aqua acori aut fœniculi. Somnum conciliat cum semine lactucæ aut papaueris. Melancholicis prodest cū aqua buglossi aut borraginis. Rabidos (insanos) curat cum aqua nympheæ, continuando: itē apostemata calida: & lethargum cum aquę rutæ agrestis. Purgat corpus cū aqua vitæ, paralysin sanat cū aqua mētastri vel saluiæ & hyssopi: spasmū cū aqua saluiæ, tremulos cum aqua basilici: & diuersos morbos internos cum aqua trifolii, omnē debilitatē oculorū cū aqua fœniculi,


rheûma à capite, liliј. catharrum cum aqua ra-
dianti & hyssopi, & tussim: similiter morbum
lateralem cum aqua plantaginis, pleuresin
cum aqua capillorum Veneris, stomachi debi
litatem cum aqua menthæ. Cum aqua cydo-
niorum vomitum restringit: quod si æger fue
rit humidi temperamenti detur cum aqua plã
taginis vel bursæ pastoris, cum pauco diarho
don. Fluxum ventris curat cum aqua planta-
ginis, colicam cum aqua rutæ. Cum aqua ab
sinthiј morsibus venenatis resistit. Sanat o-
mnia apostemata, & hydropem, continuãdo.
Membris resolutis prodest, si infricetur cum
felle bouis. Cum tamarindis lieni medetur,
cum aqua raphani & tribuli marini, calculos
pellit, & renum obstructiones aperit. Febres
omnes sanat cum aqua agrestæ, & quasdam
species lepræ, continuando. Hoc verum est au
rum potabile, & vera chelidonia, & amplius.
pondere non cedit auro, & easdem totidemq;
facultates habet quas aurum potabile. Modi-
cum eius cum pauca aqua rosacea potum, ser-
monem amissum restituit, sanguinem è nari-
bus fluentem cum rosis sistit.

Alius modus olei de vitriolo, quo senex
quidam empiricus in Heluetia vtebatur, duas
aut tres guttas cum theriaca miscendo, & su-
dorem ab hoc potu imperando in lecto per
horas quatuor aut quinque, ita vt ne digitus
quidẽ interim exerceretur, quo remedio mul-
tos ab eo difficiles morbos curatos scio, &c.

Eo mor-

Eo mortuo oleum vidi, quod colore albicante aut fusco mihi videbatur, fortè propter argenti frustula quæ immissa erant. Gustus erat acerrimus, supra omne acetum fortissimum: ita vt gutta vna linguam instar cauterij subito feriret, non læderet tamen, sed neq; fauces deglutita lædebat sapore alioqui non ingrato, odore ferè nullo, vel nonnihil resipiēte ad ustionem. Paratur autem hunc in modum. Vitrioli libras tres aut quatuor, aut quantum libuerit, in amplum vas fictile vitreatum, quod foris vndiquaq; luto munitum sit diligenter, & rursus siccatum, impones, & super foco accensis prunis imposito vase, fumum omnem (à quo tanquam venenoso tibi cauebis) euaporari & exhalare diligenter curabis, agitando interim cū baculo & quod inferius est sursum semper mouendo, curando pariter ne ebulliendo redundet, sic perges donec bullire desinat, & vapor fumusq; omnis consumptus videatur quam maximè. Tum prunas vitriolo desuper in ipse vase impones satis multas, atq; ita relinques donec vitriolū planè in calcem redigatur, nec humiditatis aut vaporis quicquam in eo supersit, & iam rubeum aut flauescentem colorem contraxerit, nec vllus vapor aut spiritus amplius ab eo ascēdere videatur. Nisi enim quàm aridissimum fuerit vitriolum, oleum nō satis efficax extraheretur, sed albicāte quodam phlegmate permixtum. Cum igitur satis in calcem redactum fuerit,

ignem amouebis, & vas pauiatim refrigera-
tum, leniter eximes ne forte frangatur. Inde
vitriolum eximes vt poteris, cultro adacto,
vel aliter, quanquam non difficulter à vase
vitreato discedit. Exemptum vitriolum minu
tatim confringes, & frustula impones in cu-
curbitam terream, quæ parata sit à figulo ex
optima terra, & optimè cocta, tam valida vt
tribus diebus & noctibus continuis ignem ve
hementem in fornace sustinere possit. Nam si
frangeretur, oleum & operam perderes: licet
minima tantum rima aut fissura ei accideret.
Itaque vt facilius igni resistat, loricanda est lu
to, eoq; duplici aut triplici, hoc est post pri-
mum siccatum alterum inducendum lutum,
aut etiam tertium. Fornacis figura huiusmo-
di fermè erit.



Hæc

Hæc fornax construenda est quadrilatera, & in summo caminanda seu concameranda modicè. In medio summæ fornicis faciendum est foramen seu infumibulum, ea amplitudine vt singulis horis vel quoties opus fuerit, carbones per id in fornacem commodè immittātur, cum oblongo batillo ferreo, per quē carbones leniter delabantur circa & infra cucurbitam, ne forte cucurbita lædatur. In quatuor angulis etiam superius relinquenda sunt foramina, siue ventilia, vt vulgus vocat, in singulis singula, & totidem epistomia ex luto parāda. Carbonibus iam impositis & igne ardente, foramen fornicis imposita scutella ferrea, aut ipso batillo, claudendum est, & foramina angulorum relinquenda sunt aperta, vt aditus pateat aeri. Cucurbita in medio fornacis collocari debet super ferro, quod parietibus fornacis vtrinque insertum sit, in huius ferri medio concauo imponetur cucurbita. Os verò cucurbitæ extra fornacem modicè prominere debet per foramen, quod statim luto oppleri & claudi debet, vt nullus illas aeri aditus relinquatur. Deinde cum recipiētis vasis (quod vitreū & bene magnū requiritur, forte ne distentum spiritibus rumpatur, vel vt lōgius à fornace absit) ore, cucurbitæ os committi debet, vt alterum alteri inferatur, hanc commissuram luto optimo cum albumine oui & linteis circundabis diligentissime, ne spiritus

vſquam exhalent. Hoc lutum ſiccari permittendum eſt, antequam rem aggrediaris. Præterea debent adhuc duo foramina in duobus fornacis lateribus oppoſitis fieri, (non in illo per quod cucurbita prominet, nec illi oppoſito latere, ſed reliquis duob.) Hæc etiam ſuis epiſtomijs claudenda ſunt, vt calor intus contineatur. Horum foraminũ vſus eſt, vt carbones per ſummam fornicem demiſsi, ferramẽto per hæc foramina immiſſo ritè digerantur ac diſponantur, infra, ſupra, & circa cucurbitam, vt illa omnino in medio ignis ſit. Per eadem foramina curabitur ne craticulæ pauimẽtum carbonibus aut cinere nimũ obſtruatur, & excludatur additus aeris, mouendo cũ ferramento. Quo facto, mox iterum epiſtomijs ſuis claudenda ſunt foramina. Ab ima etiam parte fornacis hoſtiolũ relinquendum eſt, mediocriter amplum, vt aer infernè adeat, ne ſuffocetur ignis: Paulò ſupra hoc hoſtiolum bacilli ferrei tranſuerſi ordine ponendi ſunt, quibus induci oportet ex luto pauimentum, pollicis craſſitudine, plurimis & frequentibus foraminibus peruium, vt acceſſus ſit aeri, foraminum ea capacitas erit, quæ pollicis in ambitu. Diligentiſſimè verò curandum vt ignis ſatis magnus per tres dies noctesq́ꝫ, vt dictũ eſt, continuetur, nec vlla intermiſſio fiat, nã ſic quoqꝫ oleum & opera perderentur. Sic rebus omnibus inſtructis & fornace & cucurbita ſiccatis, incipies deſtillationem, validũ cũ carbonibus

nibus

nibus ignem continuando, vt dictum est. Tandem in fine tridui exacti, recipiens vas incipit clarum & album fieri, igne adhuc in vigore suo ardente: atque hoc signum est perfectionis. Itaque ignem extingui patiêris, & fornace refrigerata, deme vas recipiens, & in manibus huc illuc volutando inclinandoq; omnes in eo guttas concretas collige, & oleum siue liquorem sic collectum effunde in vasculum ex optimo vitro Veneto confectũ: periculum enim foret, ne vulgare vitrum ab eo exederetur: consumit enim & corrodit instar aquæ fortis. Hunc liquorem Empiricus ille, cælandi nimirum causa, oleum philosophorum, lapidem philosophorum & lepram nominabat: dissolui in eo argentum dicebat si purum & tenue vel in laminã redactum inijceretur, & similiter nummos argenteos: ego tamen post mortem eius integra in eo argenti frusta reperi. Cucurbitam terream aliquando ei dissiliisse audio: quare curandum est, vt habeatur ex terra optima, accersenda forte Haganoa, aut Colonia Agrippina, aut Aquisgrano: illic enim optima & validissima omnium testacea vasa fieri aiunt. Asserebat præterea hunc liquorem in vase, quo continetur, crescere. Conficiendi modum ab auri fabro quodam primum acceperat.

De chalcanthi, id est, vitrioli, & specierum eius adustione siue tostione, eadem ferè Bulcasis scribit libro tertio de Medicaminũ præ-

paratione, quæ nos supra in præparatione e-
ius ad oleum vitrioli parandum. Sed in quem
vsum ita torreatur, Bulcasis non meminit.
Præparatur autem siue torretur eodem mo-
do zimar quoq; apud eundem. Ipse quidem
inter diuersos olei de vitriolo modos illum
præfero, quem iam proximè descripsi. Est e-
nim eo modo destillatus liquor acerrimus o-
mnium, & simul acidissimus, vt acetum me-
tallicum dici possit, quantum mihi videtur:
quamobrem à quibusdam summopere com-
mendatur ad extinguendam sitim per æstatē,
vnica eius gutta in haustum vini admixta, si-
cut in Germanico quodam libro manuscri-
pto reperi, vbi & hoc additur: Vitriolum in
cucurbita transuersa luto munita destillatur
per flammas ignis: fluit autem vix tertio die,
& primum aqua.

Alius modus ex eodem libro. Vitriolum
perfunde aqua forti, quæ pinguedinem eius
extrahet, à qua si aquam fortem destillando
separes, oleum remanebit. Sed forsan hic mo
dus non satis tutus est, vt intra corpus suma-
tur liquor olei ita paratus: extra corpus ve-
rò & ad oris mala rectè adhibetur.

Olei aut quintæ essentiæ vitrioli mentio-
nem alicubi apud Lullum in opere de quinta
essentia legisse memini. Qua ratione verò pa
rari debeat in nullo hactenus publicato libro:
adeò omnes hanc rem veluti secretissimam
cælarunt. Nam descriptio quam ex Nicolai
Massæ

Maſſæ libro de Morbo Neapolitano, ſubij-ciam, intra corpus ſumi non poteſt.

Exuſto calcantho, id eſt, vitriolo, aut miſy, id eſt, vitriolo Romano, vi ignis per vitrea vaſa oleum detrahitur acutiſsimum & calidiſsimum, quo ſi quis iam ſauciatas verrucas tangat, abſcedent illæ. Idem guſtatum ferit linguam haud ſecus quàm candens ferrum. Eſt tamen illius vſus ad ſiccanda vlcera interiora deplorata, vbi non multum ſordida fuerint, vt in quibuſdam contingit phthoe laborantibus abſque dolore: facit ad præſcindendos cancros & corrupta membra, ligno oliuæ illito ex eo, Cardanus. Eiuſdem coniecturam ſupra ſcripſimus, quòd oleum ex miſy vel arſenico foris inunctum à venenis liberare videatur. ¶ Spiritus ſiue quinta eſſentia vitrioli laudatur à quibuſdam empiricis aduerſus comitialem morbum & apoplexiam.

Atramentum ſutorium ſoluit aluum, cùm ipſum in melle & aqua mulſa drachmæ pondere potum, tum in vino, maximè oleum inde confectum, Ge. Agricola lib. 3. de Natura foſsilium.

Vitrioli oleum non ſolum homines, ſed & arbores interficit: ideo in ſeceſſu parandum, vbi nullus habitet. Albucaſis & alij modum conficiendi oſtendunt, Braſſauolus. (Ego nō ipſum oleum, ſed fumum vitrioli dum igne torretur & præparatur ad deſtillationem,

adeò noxium esse dixerim.) Et rursus, Ex chalcantho, id est, vitriolo, oleum fit adeo vrens, vt pro igne potentiali vtimur: est enim causticæ naturæ: & cum pauco dolore incidit membra, si oleo cultro inuncto tangantur. Dum oleum paratur, fumum cauere oportet: quoniam non solum hominem interficit, sed & vicinas arbores exiccari cogit. Cuius experimentum nouit Franciscus de Monte fractorum ossium & dislocatorum reparator egregius: cui omnes arbores viridarij, per vitrioli fumum periêre dum eius oleum pararet.

Oleum de vitriolo mirabile est, sine dolore cauterizando, & fit hoc modo. Vitrioli Romani siue Cyprini vnciæ triginta, salis nitri, aluminis rochæ, vtriusque vnc. quatuor. Omnia trita calcinentur igne secundum artem. Postea pone hoc calcinatum in bocia curua lutata ad ignem fornacis alchymistarum, & per ignem auctum habebis in recipiente oleum: quod est cauterium mirabile, & sine pari in quacunque operatione, & maximè in scrophulis & verrucis magnis eleuãdis. Sed recipiens sit magnum, si vis facere prædictũ oleum, Nicolaus Massa in libro de Morbo Neapolitano, & Thomas Philologus, qui vitrioli drach xx. accipit: aluminis verò & salis ana xxiiij.

Aqua ex metallis diuersis, (ex libro quodam Germanico) ad lepram, maculas, & oculorum

lorum caliginem. Limaturæ argenti, cupri, chalybis, auri, ana quantum habere poteris, die primo pones in vrina calida pueri aut puellæ virginis: postridie verò in medullam panis calidi, tertio in albumen oui, quarto in lac mulieris puellam lactantis, quinto in vinum rubrum. Deinde hæc omnia impone in destillatorium & paruo igne destilla: & serua: Incomparabilis enim eius facultas est. Prodest aduersus lepram; & omnes in facie maculas, & nitorem iuuenilem faciei conciliat: facit & visus claritatem. Hęc aliter leges in Additionibus in Breuiarium Arnoldi de Villa noua. 1. 18.

DE AQVA FORTI ET *similibus.*

AQuæ forti similem quandã, ex vitriolo, sale nitri & alumine destillatam paulo ante descripsimus aduersus magnas verrucas, &c. Sed & communis aqua fortis, & simplex oleum de vitriolo, gutta immissa in verrucam prius resectam, tollunt eam: cuius rei in meipso experientiam feci in verruca sessili in extremo digito, cui nouacula resectę guttam aquæ fortis immisi: inde tamen non statim, sed post aliquot septimanas verruca discessit.

¶ Aqua fortis vel separandi metalla, sic fit. Halinitri pars vna, liquidi aluminis (quod

rochæ vocant) partes tres: arenæ media, siccata diligenter, & purgata igne, destillantur vitreis vasis. Colligitur autem seorsum quod prius effluit : cum crocea demum videtur vasis facies, auctis ignibus alia succedit, quæ priore excipitur plerunque: & tamen si aqua fontis excipias adhuc adeò acris est, vt nihilominus argentum dissoluat, & ipsum ab auro separet. Separatur autem sic. Aquę extractæ partem modicam accipe: cui argenti purissimi pondus oboli, id est, duodecim granorum impone, ac impositam cineribus tandiu permitte donec dissoluatur argentum. Hæc purgamenta calci tenui similia in imum vasis demittet, quibus sublatis quod reliquũ est aquæ purioris, toti aquæ à qua iam detraxeras, addes, quæ simili exemplo & ipsa purgamenta illis similia in imum demittet, quibus sublatis aquam totam purissimam, ac magis habebis ad argentum, ac cætera metalla præter aurum (aurum quoque aqua forti à Chymistis dissolui puto, sed alterius generis) dissoluendum efficacem. Cum verò facilè euanescat, vase vitreo diligenter occluso tenetur. Vires autem æstimanti quantas habeat, quæ excepta, vt dixi, aqua putei, etiam sine igne horis viginti quatuor argentum in aquam redigat, modico autem cinerum calore in duabus aut tribus horis, non est qui miram vim vaporibus illis extremis, ac aquæ in quam vertuntur, imò incredibilem non tribuat.

tribuat. Eiusdem generis est aqua quæ fit salibus, ammoniaco nitroq́; , tum chalcantho & alumine liquido æquis partibus, addita illis demum æruginis parte quarta : hæc eadem arte facta, nec ipsis parcit lapidibus. Si tamen aliquid ostracitæ lapidis, smiridis voti, quo gemmas expoliunt, addideris, copiosiorem aquam & meliorem habebis, quia nõ vritur. His igitur experimento acceptis, videamus cur aqua hæc adeò potens euadat: nanque manifestum edocet experimentum, ficciorem partem vi ignis attenuatam, vim igneam ac erodentem accipere. Sed cur non ardet aqua separationis, vt ardens? Quia ardens calidior est ac tenuior, & minus ficca, ideo ardere potest, & egregiè calefacere, non tamen erodere. Illa verò erodere potest, non ardere, parumq́; calefacere. Simili igitur ratione quod è chalcantho oleum vi ignis excipitur, cum ficcissimã partem in humorem vertat, acutissimum est, atque linguam vt ignis ferit, Cardanus. Non est autem quòd aliquis putet, hunc liquorem ad aurifabros solum & chymistas pertinere. Nam ad remedia humani corporis quoque prodest. Verrucis prius sectis instillatur, vt supra dixi. Sunt qui exiguum ligellum extremitate in ipsum intincta, dentis cauitati immittant, quẽ sensu doloris priuare & mortificare voluerint. Audiui & oculorum suffusionem in quibusdam huius liquoris vi curatam. Per eun-

dem argentum viuum figitur & præcipitatur, vt iam dicemus: & oleum ex chalcantho extrahitur, vt diximus. ℞. Aquæ fortis semunciam. Rosaceæ sescunciam misce. Hoc liquore madido gossypio alligato summitati radij, bis die contingantur vlcera gutturis, palati, gingiuarum & labiorum, Thom. Philologus. ¶ Diuersos quosdam aquæ fortis modos, leges inferius vbi de Mercurio sublimato scribemus.

¶ Aqua ardens, vt candela etiam in aqua ardeat. In amphora superius lata & inferius stricta pones sextarium vini vetustissimi, cui addes vncias duas vtriusque sulphuris, hoc est, viui & mortui, vncias duas: & tantundem aluminis, & salis crassi tantundē. Decoquantur simul donec pars tertia cōsumatur. Hoc liquore illita candela vel cereus, ardebit in aqua, non minus quàm in aere. Quòd si eo pilum vel pannum aspergas, apposita flamma ardebit manifestè sine detrimento. Ex libro manuscripto. Verisimile est autem destillatū, vi ignis ex hac materia liquorem, ad eundē effectum longè efficaciorem futurum.

Aqua ad dealbandos dentes, qua vtebatur Isabella de Arragonia, ducissa Mediolani. Salis purgati & contusi libra, aluminis glacialis vncia destillentur in alembico. Huius aquæ vnciam misce cum vncia plantaginis: & intincta lana xylina dentes perfrica, eruntq; nitidissimi, Furnerius.

Alia

Alia similis ex eodem. Salis ammoniaci, salis gemmæ, vtriusque vnciæ tres. Aluminis sacchanini sescuncia. Salis communis vncia. Trita destillentur in alembico vitreo. Extracto inde liquore dentes cum petra fricentur: deinde abluatur os modico vini albo. Vide supra in fine aquarum cosmeticarum eandem descriptionem; sed absque sale communi: cuius vsus etiam sine destillatione ostenditur.

Aqua angelica miræ facultatis ad lippitudinem, cancrum, & vstionem ignis. Vnciæ tres calcis viuæ, & selibra aquæ pluuialis, simul in vitreo aut stanneo aliquo vase per tres dies quiescant. Tum miscendo agita, & iterum per viginti & tres horas aut amplius residere permitte, in vase bene operto. Postea per linteum leniter, donec clarescat. Deinde admiscebis drachmas decem salis ammoniaci quàm poteris reperire albissimi, & minutissimè triti, & longa agitatione cum aqua prædicta liquati. Deinde cum resederit, superstantem aquam claram colabis aliquoties, aut per filtrum destillabis. Hæc aqua curat pannum vel maculam (la toile Gallicè, id est, telam) oculorum, tribus guttis ter quotidie instillatis, continuando donec sanetur oculus. Lachrymas quoque oculorum & rubedinem ac lippitudinem tollit: item cancrũ, & adustionem si rectè applicetur. Omnes panni tum serici tum lanei maculas aufert, si

ea modicè tepida eluantur, Furnerius.

Vrina humana destillata ad resoluendum aurum chymistæ vtuntur: typographi ad atramentum librarium.

Aquas diuersas, vehementer siccantes, acres, erodẽtes, ad pustulas morbi Gallici absque vnctione sanandas, lege apud Nic. Massam lib. 6. cap. 2. de Morbo Gallico.

Aqua ardens quædam cum auripigmento, &c. destillata, describitur à Rogerio chirurgo.

DE LIQVORIBVS *gemmarum.*

CArdanus libro 2. de subtilitate, inquirens aquam quę per catheterem immissa calculos vesicæ frangere posit, suspicatur ex tecolitho, aut lapidibus cancrorum talem excipi posse, &c. vt supra recitauimus, in tractatione de viribus liquorum destillatorum in genere. Ego vt coniecturã coniecturæ addam, siue hos siue alios lapides aut vitrum, cum succo parietariæ destillarem.

Spiritum siue quintam essentiam berylli, chymistæ quidam magnificant aduersus renum aut vesicæ calculum.

DE SOLIDIS QVIBVSDAM, VT *argento viuo præcipitato, & eodem & arsenico sublimatis.*

AD-

ADiiciemus hîc solida quædam medicamenta, quæ & ipsa in vitreis vasis ad ignem sublimantur aut excoquuntur, & si ferè præter institutum cum de secretis tantum, id est, separatis à substantia crassiori liquoribus in hoc libro agere propositum sit. Quoniã tamen & pauca hæc sunt remedia, & sublimantur (hoc est, similibus vt prædicti liquores instrumentis parantur,) & hactenus ferè secreta, hoc est, à paucis nota & vsitata, & mirificè efficacia, non omittenda duxi.

Argentum(viuum) præcipitatum sic fit, vt scribit Cardanus libro 5. de Subtilitate. Alumen, chalcanthum, æquis partibus sumito, quibus adde salis dimidio plus altero eorum: destilla hoc totum cum vitreis vasis. Huius aquæ (id est, aquæ fortis vulgò dictæ) pondo vnum, argenti autem viui tria in vas vitreum pone, inde destilla: & auctis ignibus perseuera eousque, donec fumus & vas rubescant, nec aquæ quicquam supersit. Demum fracto vase collige argentum viuum, quod coire iam videbis instar lapidis: hoc tenuissimè terito in porphyritide tabula, & denuò excoque ac destilla, donec siccetur in vase vitreo. Rursus fracto vase materiam quæ superest collige, ac denuo tere in tabula eandẽ subtilissimè. Post ipsum in æneo vase repone, suppositóque igne valido, cum æneo baculo misce ac agita per spacium duarum horarũ,

donec ſplendorem fermè ac rubedinem mi-
nus acquirat, tuncq; exceptum ſerua vitreis
vaſis. Hoc inter omnia quæ citra dolorem
carnes erodunt, & ſiccant putreſcentia vlce-
ra, ſi ritè factum fuerit, eſt præſtantiſsimum:
nec vlli alij vſui eſt, quod ſciam, Hæc ille.
¶ Diſſoluuntur aceto forti, præſertim deſtil-
lato, vel ſucco limonum, margaritæ, &c. præ
cipitatum, & ſublimatum, & cinnabrium, &
in argentum viuum redeunt, Syluius.

Modus conficiendi pulueris rubri, id eſt,
argenti viui calcinati ſiue præcipitati, ex Ma
riano Chirurgo. Aquæ fortis vnciæ ſex, ar-
genti viui vnciæ quatuor: miſceantur ſimul
in cucurbita vitrea bene lutata, & impoſito
capello, cuius roſtrum extremum in vas re-
cipiens inſinuetur, igne moderato (paulatim
augendo) deſtillentur. Cæterum aqua fortis
quæ aurum ab argento ſeparat, ſic fit. Salis
nitri, aluminis rochæ, vitrioli Romani, ſin-
gulorum libræ duæ: miſceantur in mortario,
molendo cum piſtillo tandiu donec bene mi-
ſceantur. Deinde puluis craſſiuſculus in cu-
curbita illutata ponatur, & orificijs omnibus
obſtructis deſtilletur. Signum autem boni-
tatis eius eſt, ſi humus in quam parum eius ce
ciderit, ſtatim ebulliat. Huius pulueris rubei
virtus eſt mirabilis. Recipe lixiuij è tonſtri-
na vncias tres: præcipitati ſeſcunciam: mel-
lis roſati vncias duas: miſce diligenter. Hoc
remedio proculdubio deſiccabis & abſter-
ges vl-

ges vlcus ſordidum & putridum (vnde carnis generatio ſequetur) vbi alia abſterſiua, vt de ſucco apij, de ſucco cynogloſſi, fruſtra expertus fueris.

Nicolaus Maſſa in libro de Morbo Gallico, Mercurium præcipitatum puluerem angelicum vocat, propter mirabilem & quaſi diuinam eius in morbo Gallico operationẽ, quam ipſe non rarò expertus ſit. Hæc medicina (inquit) exiccat, cum miti quadam & ſine dolore corroſione carnis mollis & ſuperfluæ, remouendo ſimul malam qualitatem occultam vlcerum, & maximè morbi Neapolitani: digerit quamcunque ſaniem & purgat, & corroſionem & gangrænam prohibet: diſſoluit ſaniem craſſam, duram & crudam, poſt apertionem gummarum. Et huic remedio nullum in hoc morbo comparari poteſt. Nam ſi eo vti pergas, vſq; ad perfectum cutis generationem ducit, vt ego ſæpe expertus ſum: & eſt nobilis in virgæ vlceribus malignis Fit autem hoc modo. Argenti viui libra in cucurbita parua vitrea ponitur, & adfunditur tantundem aquæ fortis. Deinde cucurbitã in olla pones, & cineres in ſpacio inter cucurbitam & parietem ollæ, vt conſeruetur olla, ne ex immediato contactu ignis rumpatur. Tum ignis ſubijciatur, lentus primum, & paulatim augeatur modo quodam medio: & ſic cum forti igne dimittatur donec tota aqua conſumpta ſit, quod cognoſcitur

cum nihil amplius à cucurbita euaporat. Sic habebis Mercurium calcinatum rubeum. Hunc tere, & si cum eo aliqua portio argenti viui remanserit, pone dictum puluerem in vase æreo puro ad ignē: & sic miscendo relin que donec tota argenti viui pars sit consumpta. Hoc puluere vtêris ad omnia dicta & maximè ad vlcera virgæ & aliorum locorū, vbi putredo & sanies mala prohibet consolidationem: & in fistulis dissolue ipsum cum vino, & inijce per æneam fistulam, quoniam mirabiliter operatur. ¶Porrò aqua separationis auri ab argento sic fit. Vitrioli Romani libræ duæ: aluminis rochæ vnciæ sedecim: salis nitri libra: ponantur in cucurbita curua (retorto) lutata, vel in recta cum capello suo & recipiente. Destilla vt alchymistæ. Hæc aqua mirabilis est ad remouendas verrucas in quacunque parte, & maximè in ano & vulua: cauterizat etiam vlcera maligna excedentia vbicunq;, etiam in gutture: & prohibet vlcera ne serpant vbi sunt, vt puta virgæ & vuluæ. Quòd si nimis sit vehemens, cum aqua rosacea diluetur. Et ego sæpe sanaui vlcera mala gutturis tangendo bis in die cum aqua dicta, dimidio aquæ rosatæ admixto: & est de secretis nostris, (vide plura apud eundem lib.6.cap.2.)

Cæterum puluerem istum angelicum habui à sene quodam alchymista, & componebam eum antequam Ioan. de Vigo quic-

quicquam de eo prodidisset, Hucusque Massa: & partim Thomas Philologus ab eo mutuatus.

¶ De apparatu & vtilitate pulueris huius rubei, lege Ioannem de Vigo libro 5. Additionum: vbi iubet vt vas recipiens triplò maius sit quàm cucurbita, folio 38. b. Et quòd album repertum cum isto puluere, sit argentum sublimatum à rubro: sicut est quicquid croceum est. Item in Copiosa eius, folio 163. a.

¶Puluis è Mercurio (inquit Matthæolus Senensis in libro de curandi morbi Gallici ratione) conflatur hoc pacto. ℞. aquæ qua aurum ab argento diuiditur lib. quatuor: argenti viui sesquilibram. Hæc vase vitreo, ore angusto, collo obtorto, vndique argilla præmunito, quod ab altero recipiatur, imponatur: compages inde vasorum luto figulino sedulò obturentur: ad hæc subdatur ignis ex carbonibus conflatus vt semper ingrauescat, eousque quò tota defluxerit aqua. Post hæc phialam frangas, in cuius fundo residentem placentulam rubeam, leuiter extrahens, quod album inhæserit, proijcias: rubeũ verò in puluerem redigas. Verum enimuero, quoniam ex puluere isto plurimæ possent contingere noxæ sumentibus ipsum, nisi prius ritè præparetur, ℞. vncias duas prædicti pulueris, & macerentur per noctem in aqua plantaginis & acetosæ, vtriusque vncijs

duabus, in ſummo mane aquas exhauriens, & noua ſuper infundens, ad ignem in vaſe æneo ſiue teſtaceo colloces, feruentes ferrea vel lignea ſpatula non ceſſes agitare, quouſq; in puluerem non difficulter omnia redigantur, ex quo poteris cum libuerit in morbum Gallicum tam pituitoſum, quàm melancholicum, catapotium tale componere. ℞. electuarij Conciliatoris (conſtat hoc ex varijs remedijs cordialibus, vt vocant, & aromatibus, gemmis, margaritis, auro, argento, camphora, ambra, moſcho: & deſcribitur ab eo Differentia 196.) ſcrupulum ſemis, margaritarum, hyacinthorum, ſingulorũ grana quinque: pulueris præcipitati grana quinq; : pulueris diamuſci, diamargariton, vtriuſq; ſcrupulum ſemis. Fiant catapotia quinque, (deaurentur, Thom. Philologus, qui & terræ ſigillatæ & boli Armeniæ ana grana iij. addit) quæ hora ante diluculum ſumantur: inde lecto ſe contineat æger horas quinque. Breui, mihi crede, Gallici dolores hoc catapotio elidentur. Pituita etiam & atra bilis vomitu, nec non alui deiectione euaneſcent. Ad hæc ſunt plurima morborum genera quæ curauimus tali puluere: nam non ſolum ſaniem carnemq; putridam delet aſperſus, verumetiam non difficulter vlcera ad cicatricem deducit: peſtilentiam etiam pauxillo theriacæ addito, ſuccoq; tunecis herbæ, quam carduum benedictum vocant, ſiue electuario de gemmis,

ante

ante eius confirmationem, mirum in modum fugat. Multos etiam lymphaticos, melancholicósue, quos à cacodæmonibus incursari vulgò credebant, eodem curauimus. Quid pluribus immoror? Quartana confectos, saccharo buglossato siue theriaca, Mithridatióue addi⸗tis, facta digestione aliqua, hora ante accessionem, quinque vel septem granorum pōdere, pro ætate & vi corporis affecti, hoc puluere liberauimus. Quinetiam valet coli & iliorum doloribus adhibitus, nam quosdā stercus per os eijcientes sanauimus, Pauli Aeginetæ mo⸗nimentis innixi, qui ait medicos quosdam argentum viuum extinctum dedisse in ileo. Fa⸗scino idem aduersatur: pluribus ad hæc virtu⸗tibus est insignis, quas cum plus otij nactus fuero, sigillatim tibi (ad collocutorem suum inquit) connumerabo: fortasse tunc iucundissimum fuerit etiam explicare, quonam pacto puluerem cum auro viuoq; argento, sine aqua superius explanata possis conficere, Hæc ille. Ego non ita pridem audiui medicum aut chymistam quendam apud Athesinos Mercurium præcipitatum cum auro præparare, auri⸗quée pretio vendere, cui ea facultas sit vt abs⸗que morsu erodat. Vide ea quæ circa finem eorum quæ hîc proxime subijciuntur, refe⸗remus.

¶ Quomodo fiat pręcipitatum, quod est remedium contra omnes morbos ex humorum putredine nascentes, ex libro quodam manu

ſcripto. Ex partibus ęqualibus vitrioli Rom. & ſalis nitri, fac aquam cum capello & reci-piente, in quo pones ſextam partem ponde-ris de Mercurio crudo, hoc eſt, ſi vitrioli & ſa lis nitri tres libræ fuerint, pone ſex vncias Mercurij. Poſtea permitte vt aqua cum ſuis ſpiritibus deſcendat in recipientem. Deinde omnia quæ ſunt in recipiente euacua in cucur bitam mundam & lutatam: ſub qua pone ca-pellum cum recipiente, & iterum fac deſtilla re, & cum aqua erit in recipiente, iterum po-ne in cucurbita in qua remanſit Mercurius. Hoc repetes vſque ad Mercurij rubificatio-nem. Deinde rubefactum Mercurium ablues aquis cordialibus, vt borraginis & meliſſæ, & huiuſmodi. Prius tamen ablues multo-ties in aqua fontis vel putei deſtillata. Mer-curium ſic præparatum dabis ægrotis intra corpus, hoc modo. Si corpus fuerit robuſtiſ-ſimum, da decem grana: mediocri octo: de-bili, quinque, ſi puerili, diligenter conſidera-bis quid facto ſit opus. Sed omnino miſcebis eum cum theriaca, ſic dabis ei qui veneno in-fectus fuerit, hydrope, peſte vel alia infirmi-tate correpto. Si homo ſanus ſemel quotan-nis, aut tertio quoque anno, prout opus vi-debitur, hoc præcipitato vtatur, cum debita humorum digeſtione, id eſt præparatione. purgationis, morbos plurimos præueniet. Nota quòd loco Mercurij potes vti amalga-

ma fa-

ma facto ex ſex partibus argenti viui, & ex vna parte auri, & ſic facies maiora mirabilia. (Hoc amalgama nimirum ſimiliter vt Mercurius ſolus cum aqua forti rubificari debebit: etſi Matthæolus Senenſis, vt paulo ante recitauimus, ex tali mixtura puluerem illum Mercurialem etiam ſine aqua forti fieri poſſe ſcribat.) Et aduerte quòd potes curare vulnera cum primo vel ſecundo pręcipitato, quo vtêre ſic: Pone de ipſo circa vulnera & intus. Et hoc eſt magnum ſecretum. Et ſcias quòd in quatuor deſtillationibus hoc perficies: quo facto pone in cucurbita munda in igne, vt ſpiritus nimirum hydrargyri ſublimati cum præcipitato permixti, quantum fieri poteſt recedant, deinde fac vt ſupra.

¶ De ſublimatione argenti viui, leges Bulcaſin libro tertio Operis quod Seruitorē nominant. De vſu verò eius in cauterijs & ad morbum Gallicum, Nic. Maſſam libro 6. ca. 2. & eiuſdem libri cap. 4. quomodo ad cauteria adhibeatur, tum aliâs, tum vt nullo vel pauco cum dolore fiat cauterium. Vtuntur eo hodie quidam ad ſcabiem malignam & impetigines, &c. tum in hominibus tum in equis. Argentum viuum (inquit Cardanus) ſublimatur hoc modo. Argentum viuum & ſutorium atramentum in mortariū pari pondere conijce, & aceto albo acerrimo eouſq; miſce, donec argentum viuū videri deſierit: inde vitreo vaſe luto oblito excoque donec concreſcat. Si

quid ſubterfugerit nec coeat, iterum in mortario addito aceto terito, & denuo excoquito. Argento viuo ſic excocto ad fucum vtuntur, dealbat enim & ſplendorem addit mulierum vultibus. Sed dentes elidit, & fœtorem gignit oris. Cæterum ad argenti vſum & aurifabrorum artem in non paucis conducit. De ſublimatione Mercurij, marchaſitæ, magneſiæ & tutiæ, vide Gebrum Summæ perfectionis 1. 4. 45. & deinceps. Item de ſulfuris & arſenici ſublimatione capite 43. Sublimatum, præcipitatum & cinabrium, aceto forti, præſertim deſtillato, diſſoluuntur, & in argẽtum viuum redeunt, Syluius.

Arſenici ſublimati Auicenna meminit. Arſenicum ſiue auripigmentum, (inquit Albertus Magnus in libro de metallis) eſt de genere lapidum citrinum & rubeum, quem lapidem vnum de ſpiritibus vocant chymici, natura ei ſulfuris in calefaciendo & deſiccando. Igne calcinatum nigreſcit, & ſtatim ſublimatione efficitur albiſſimum. Ter quaterúe ſublimatum tantam adurendi vim acquirit, vt æs perforet, & exurat vehementer omnia metalla præter aurum. Aeri appoſitum tranſmutat ipſum in album colorem, quam obrem vtuntur eo falſarij, vt æs ſimile argento reddãt: in qua re plurimum poteſt.

Medicamenta quæ ad cancrum exulceratum adhibentur, valentis admodum facultatis eſſe debent. Inter cætera autem præſtantiſ-

ſimum

ßimum ac tutißimum auxilium in hoc affectu Guidoni à Cauliaco prædicatur, arsenicum sublimatum, cuius egregias dotes supra iam crebrò commemorauimus, & in sequentibus adhuc celebrabimus. Hoc (inquit Theodericus) cancrum, lupum, esthiomenum (hoc est sphacelum, seu syderationem) noli me tangere, fistulam, & omnes tales pessimos morbos, prima die occidit & extirpat. Cæterũ magna locorum circunstantium, interim dum admouetur, cura semper habenda est, ne scilicet ea ipsa inflammatione, atque humorum confluxu, occupentur. Quod incommodum facile deuitabis, si partes illas vicinas & carcinoma cingentes, bolo Armena, & id genus aliis illeueris. Sed & modo legitimo seu iusta quantitate (quam coniectura tantum artificiali rationalis definit medicus) adhibendum est arsenicum ipsum sublimatum, &c. Io. Tagautius instit. chirurg. 3. 19.

Zenzifar, id est zinabri .i. quomodo fiat per sublimationem, vide apud Bulcasin & Cardanum libro 5. de Subtilitate.

Auri pigmenti calcinatio, vt colorem rubeum trahat: apud Io. de Vigo in Antidotario, folio 163.

Tartarum, id est fæx arida vini, quomodo acuatur, vt miras ad remedia quædam facultates habeat, (per destillationem aquæ ardentis,) docet Lullius lib. 2. de quinta essentia.

Lapidem cyaneum, id est lazuli, empiricus

quidam mihi retulit ita se præparare, vt & efficacius & tutius atram bilem educeret à melancholicis hominibus & insanis. Et primò si rectè memini, dicebat oportere illum calcinari, deinde sublimari: aut prius aquam vitæ optimam super eo in cucurbita posito destillari, deinde sublimari, & aqua vitæ sexies destillata rigari, siccarique.

Sal vt purior vel cibis vel remedijs addatur, aqua permistus destillatur per filtrum, & rursus ad aquæ consumptionem decoquitur. Idem purgatus in crucibulo aurifabrorum magno igne liquatur & fũditur. Sic liquatus miscetur cum sale alcali, (aut eius loco felle vitri albo [nam & nigrum habetur] quod aliqui sagimen vitri vocant, alij zoza vt audio,) & sale gemmæ. His tritis vtuntur pro chrysocolla, aut etiam chrysocollæ partem admiscent. Sed mixtura hæc nimium acrimoniæ habet, & aliquid auri consumit, quare ad rudiora tantum opera eam adhibent: ad subtiliora verò borace solo vtuntur. Sunt qui boracem, salem communem fusum, & salem alcali miscent, partibus æqualibus, & in secretis habent pro borace. Sed hæc extra rem medicam sunt.

Fuligo ex pice & butyro quomodo colligatur, leges apud Dioscoridem & Bulcasin.

DE ALIIS QVIBVSDAM NON *alchymicis, hoc est non destillatis aut sublimatis remedijs, sed per alios diuersos modos ingeniosè præparatis.*

QVæ hactenus descripta nobis sunt remedia, omnia liquorum nomine cõprehenduntur, quod nihil terrenum sibi admixtum habeant, sed vel aquæ, vel aereæ, vel igneæ sint naturæ, siue aqueæ, siue olea, siue tertium quoddam genus liquorum. Omnia vasis quibusdam alchymicis, & vi caloris parantur. Sed quoniam scopus illorum nempe vt quod in vno quoque remedio optimum & præcipuum est, id à terrena crassiore & impuriore materia abstractum, purum liquidumqúe habeatur,) latius patêre, & alias quoq; nonnullas medicamentorum præparationes, apparatus, aut compositiones extendi videtur: visum est Corollarij instar, hîc quædam adiungere, quę non omnino trita nec passim obuia forent. Nemo autem plenam aut exactam & in genere componendi rationem à nobis hîc expectare debet: quum pauca tantũ, & quæ obiter occurrerint, atq; hæc omnia tã quã parerga simus tradituri. Si qui verò plura & plenius de diuersis parandi præparandiq; remedia gẽeribus & modis desyderat, is Iacobi Syluij & aliorũ hac de re libros adeat. Olea odorata & pretiosa pleraq; in vase duplĩ ci coqui video.

DE OLEIS DIVERSIS.

OLeum odorem ac vires plantæ referẽs, in his quæ oleum abunde continent, facile exprimitur: (aut fructibus eorum in aqua incoctis colligitur.) At in quibus oleum non abundat, tribus modis odorem ac vires oleo exprimere ſolemus. Vulgatiore illo atq; antiquiore Dioſcoridis, in purum oleum flores quatriduo infundebantur, exponebanturq; in Sole, inde expreſſo oleo diligentiſsimè, tantundem florum recentium addebatur, ac rurſus ſub torrente Sole exponebatur, totiesq; id facere licebat, donec odorem oleum combiberet, addebantur & ſpiſſamenta pro vnguẽtis, vt ex melle tum aliјs odoratis. Secundus modus expreſſione conſtat, in quibuſdam abſque artis auxilio, vt in myrobalano, in aliјs quæ ſicca ſunt & ſponte odorata, vt myriſtica nuce læui in vino macerata & torculari expreſſa. Sic ex aromatibus oleum licet ſubtrahere. At quæ odorata ſunt, ſed olei carent ſubſtantia, vt flores, hoc exemplo redduntur: Flores ſuper amygdalas conſpergito ac ſub ipſis, alternaq; diſpone florum & amygdalarum folia, compreſſaq; tandiu tene, donec florum odor euaneſcat, quibus abiectis, pro eis alios flores ſuppone eadem ratione. & hoc toties repete (nam non vna eſt ratio in omnibus) donec amygdalæ maximum contraxerint odorem, inde illas torculari ſubјcito. Oportet autem

prius

prius cortice nudare eas & paululum torrere. Hoc modo plus contrahit virium oleum, & minus corruptioni obnoxium fit, quòd ſucci (aquei) nihil in eo relinquatur.

Tertius modus deſtillatione fit, (de quo ſupra dictum,) Cardanus.

Oleis pleriſq; ad ignem coquendis, vini nõ nihil additur: quo minus aduſtionem oleant, & ad eius conſumptionẽ coquuntur. Sed flores & quæ tenuis ſubſtantiæ ſunt, præſtat nõ coqui in oleo, aut ſaltem non bullire in eo, &c. Plus autem vini addendum eſt, ſi multæ ſint ſpecies quæ oleo miſcentur & diutius coquendæ: ita vt aliquando ſubduplum ſit vinũ ad oleum. Quædam in vino prius macerantur, deinde ſuccus expreſſus additur oleo, & ſimul incoquitur, vel per ſe, vel cum parte terebinthinæ: vt in oleo de hyperico fit.

Iaſminum fit ex vncijs duabus florũ iaſmini dies quinque inſolatis in libra olei, quod deinde lento igne coquitur.

¶ Oleum ex amygdalis dulcibus, caryophyllis integris additis per octo dies inſoletur, mirè odoratum fiet. Cæterum exprimendi de amygdalis olei diuerſos modos apud Meſuen leges, & in ſcholijs Syluij in eundem, qui ad alios etiam pleroſq; fructus & ſemina à quibus oleum exprimitur, accõmodari poterunt. ¶ Oleo ex amygdalis am. vtimur loco olei de nucleis perſicorum, ſed hoc quàm illud exiccat magis, Braſſauolus.

Oleum ego parare soleo ex seminibus & siliquis rubentibus capsici, siue cardamomi Arabici: aut siliquis eius solis, in oleum iniectis, quod pro oleo de piperibus, aut etiã euphorbio substitui potest, si maiore copia iniÿciatur, pipere enim longe vehementius est. Apud nos (piper rubrum vocant, vulgò aliqui non rectè siliquastrum) paucæ siliquę maturescunt, propter frigus autumni præproperum. Sed immaturæ etiam siliquę in hypocaustis aliquot diebus suspensæ siccatæq;, ad oleum rectè addentur. Satis enim acrimoniæ habent: Quam in tota planta nullam esse vsquã, cum & radicis fibræ minimæ & sine sapore sint, & folia caulisq; insipida: in siliquis verò tam excellentem, res digna admiratione est. Sunt qui propter vehementem eius calorem venenis ferè adnumerent, vt Cardanus: quod ego non laudo. Neque ignem aliquis venenatum dixerit, quantumcunq; vrat: cum nullam præterea qualitatem venenosam habeat. Capsici quidẽ huius tum seminibus tum siliquis etiam ipse sine noxa vsus sum in iusculis, sed perexigua quantitate.

E cerasorum nucleis oleum faciem abstergit, maculas & lentigines aufert: vtile etiam arthritidi, & calculo renum & vesicæ. Fit autem vt amygdalis dulcibus, Furnerius.

Oleum de fœno sic fit. Accendatur fœnum, & extinguatur: & post ponatur super carbones: & cum resoluitur in fumum, superpone

lami-

laminam ferream: & adhærebit quædam vnctuositas, quæ dicitur oleum de fœno. Hoc oleum per plumam illinatur impetigini & serpigini, Rogerius.

Oleum de frumento inter duas laminas ferreas mediocriter ignitas, (vel vt Rasis habet, inter marmor & laminam ferream crassam) fit: sed multò melius, vt audio, per destillationem, cõmendatur ad asperitatem cutis & impetigines, Furnerius & alij. Sunt qui etiam ad fistulas, & cutis fissuras seu rimas prodesse prædicent, Matthiolus. Vide supra inter olea destillata.

Oleum de baccis hederæ, similiter vt è baccis lauri extractum, iuuat contra arthritidem ex frigida causa, vel obstructione: & membra torpida ac paralytica restaurat, Rogerius.

Oleum de hyperico mirabile. Summitatũ hyperici vnciæ tres infundantur triduo in vino odorifero quantum sufficit, post coque in vase duplici bene obstructo, fortiter exprime. Hypericum nouum similiter macera, coque, exprime, adde terebinthinæ vncias tres, olei antiqui vncias sex, croci scrupulum. Coque ad vini consumptionem. Hoc oleum (inquit Syluius) incerti est authoris: Galenus tamen vinum austerum, in quo folia androsæmi vel ascyri (quę species sunt hyperici) cocta sint, vulnera etiam grãdia glutinare scribit, et hypericũ calidũ siccum tenuiũ partium ischia

dicis vtiliter bibi quibuſdam. Ex quibus & reliquorum hîc miſtorum viribus collige id oleum roborare, digerere, & tenuare. Ex ſubſtantijs enim contrarijs componitur, Syluius in Meſuen. Eandem deſcriptionem ponit. Braſſauolus in Examine ſimplicium cap. 519. Sunt (inquit) qui in vitreatum vas flores ſimpliciter ponant, vt per ſe vi Solis oleum educatur: alij ſub terra condunt, alij infundendo parāt, ſiue ex ſolis floribus, ſiue pluribus admixtis, vt iam verbis Syluij docuimus.) Sic paratum in vitreato aut vitreo vaſe ſeruant. Sed hæc à Meſue & recentioribus clarè exponūtur, Hęc Braſſauolus. Sunt qui lumbricos addāt & per menſem vel amplius in cella vinaria relinquant, in olla luto aut paſta obſtructa, deinde paulatim in eadem circiter horas decem coquunt, per ſacum colant & exprimunt. Eſt autem optimum quod primo colatur. Color olei ferè puniceus, ſapor ſubacris. Vſus ad vulnera, punctùras, & quaſuis offenſiones, & natos inde tumores. Quidam & malignis crurum vlceribus adhibent.

Alia compoſitio olei de hyperico, quod vulnus quoduis, magnum aut paruum, intra viginti quatuor horas curat, ex libro quodā Gallicè impreſſo ſine authore. Hyperici manipulum. Olei communis libras duas. Axungiæ colatæ purgatæ libram. Terebinthinæ Venetæ trientem. Croci drachmam. Omnia ſubtiliter incides, & mixta in magna phiala

vitrea

vitrea, quam cera & aliter optimè obstruxe-ris, fimo immerges ad pedes duos aut amplius: in loco quem Solis radij mane & vesperi maximè feriant. Anno demũ euoluto eximes phialam, in qua reperies oleum balsamo simile. Eo vti oportet quàm tolerari potest calidissimum.

Oleum fit etiã è iuniperi baccis per expressionem, vt alia ex seminibus, Brassauolus.

Oleum è baccis lauri & iuniperi vino maceratis, extunditur mola, coxarijs & frigidis articulorum vitijs ac doloribus vtile, Iac. Hollerius.

Oleum laurinum. Baccæ lauri virides tritę decoquantur in oleo & colentur. Aliter: Baccas lauri maturas tere cum folijs, decoque & cola. Aliter: Baccæ tritę infundantur in vino, & maceratæ per triduum, exprimantur in torculari. Vel recentes & maturæ contritæ ponantur in sacculo, & oleum extrahatur.

Vtile est contra colicam, iliacam & ischiadem, Rogerius.

Oleum è nucę myrępsica incude & candenti ferro pressa extringitur, Iac. Hollerius.

Olea ad mitigandos dolores ex herbis quibusdam conquassatis & oleo incoctis fiunt, vt è calẽdula, roremarino, maiorana & alijs, Iac. Hollerius.

Oleum ex nucibus myristicis siue moschatis. Diuide eas in parua frusta, & triduo in Cretico vino infusas siccato in vmbra per bi

duum, inde in sartagine calefacito moderatè, inspergesq́; interim rosacea aqua, atq; sub torculari exprimito, Cardanus.

Audio aliquos non macerare in vino, sed ipsas per se nuces contusas calfactasque ex primere. Ipse nuper hoc modo paraui optimũ, à Gallo quodã edoctus. Nucũ moschatarũ vncias ferè quinq; per noctẽ in vino crassiuscule tritas posui in vase vitreo, ita vt vinum mensura digiti emineret. Postridie hanc materiam in sacculo lineo inclusi, extremitate ligata ne possent excidere, deinde filis passim obductis constrinxi, ne possent simul in vnum aceruari. Sed in patella prius calfacienda est materia, non nimium, sed quantum adhuc tolerare digitus potest atq; ita in sacculum trãs fusa mox obliganda, exprimendaq́; est torculari ligneo paruo, cum exiguo lacu ligneo fistulam habente quæ deorsum vergat, imposito sacculo, &c. Exprimitur autem ferè octaua pars ponderis nucum, ita vt vncia nucum drachmam olei reddat: si modo nuces succulentæ satis fuerint. Licebit etiam denuo eandem materiam calefactam, vt prius exprimere: sed perparum & minus bonum secunda vice oleum exprimetur. Præstat igitur materiã istam relinquere, & in sacculo siccare: qui cũ opus fuerit ventriculo aut eius ori applicetur. Hoc oleum statim expressum solidiusculum est, & quasi per grumos separatum, qui omnes è vino diligenter colligendi sunt, & vino ab

no ab eis collato per linteũ in vnã massam re digẽdi, digitis cõprimendo ad ipsam lancem in quã expressa est materia, vt vinũ omne dili gentissimè separet. Substantia quidẽ & color ceræ similis apparet. Lentis aut pisi magnitu dine ori ventriculi inunctũ, mirè eũ corrobo rat: Audio quosdã inunctione eius ad Venerẽ excitandã vti. Deglutitum calefacit mediocri ter ventriculũ, & anhelitũ cõmendat. ¶ Audio præterea quosdã nuces cõtusas aliquãdiu co quere, (nescio in vino an aqua,) & quod super natat pingue colligere. Memini etiam aliquã do videre ferreũ instrumentũ forcipis effigie, cuius ferramenta duo extrema hemisphærijs constabant cauis, ita vt compressa nucem mo schatam caperent, vel paulo minus, vt cõpres sionis occasio esset. Hæmisphærium alterum circiter quatuor aut quinq; exiguis foramini bus pertusum erat, vt oleũ posset effluere fer ramẽtis moderatè ignitis cõpressis. Inueni & hanc descriptionẽ in libro quodam manuscri pto. ℞. nucis moschatæ libras duas. Vini Mal uatici vncias tres, quib. nuces moschatæ (cras siusculè nimirũ tritæ) rorentur. Addatur olei cõmunis electi selibra. Mixta oĩa calidè in torculari exprimãtur. Sed noster modus, quẽ ipse expt⁹ supra descripsi, prę cęt. mihi placet.

Rosaceum oleum parandi plures sunt mo di. Fit autem vel cum oleo & rosis maturis, vel vtrisq; immaturis, vel maturo altero, alte ro imaturo, & sic quatuor sunt differẽtiæ. Sũt

qui pro oleo communi amygdalinum accipi ant. Rasis in Antidotario separato, ponit tres modos. Primum: ℞. olei cõmunis loti librã, cui impones quartam partem rosarum viridi um in vase vitreato (vitreo potius) quod Soli expones per tres (imò quadraginta, vt Aegineta habet) dies. Deinde cola, & in vitro repone. Hic modus cæteris prestat. Secundum: ℞. oleum & rosas vt supra, & vas suspende in puteum, ita vt tangatur ab aqua, & post duos menses exime, cola, ac reserua. Tertium: Oleum & rosas vt supra, pone in vase vitreo intus melle illito, quod obstructum dimittes in profundo terræ, vbi non tangatur ab aqua nec alia humiditate, per duos menses. Hoc oleum odoratius fit superioribus. Hæc Rasis ex Aegineta vt apparet. Iubet autem Aegineta libri septimi capite vicesimo, ad sextarium olei omphacini, addi vncias tres rosarum rubearũ detractis vnguibus per horas 24. aeri expositarum, deinde oleum diebus 40. sub dio insolatum reponi, non in pauimento, sed assere. ¶ Mesue cap 411. quatuor modos describit. Primũ, vt rosæ rubeæ recentes in oleo insolentur per dies septem, deinde in vase duplici coquantur per horas tres: deinde (expressis rosarũ folijs) alia imponantur, & insolẽtur & coquantur, vt supra. Quod cũ tertiò factũ fuerit, adde oleo aquam infusionis rosarum (quam, inquit, prescripsimus in capite de syrupis,) sicut quartam olei; (s. partem, vt habent

Mona-

Monachi. Syluius vertit, quãtum est oleum, quod minus placet.) ita per dies quadraginta insolatum, cola, & iterum diu insola. Secundum, oleo loto admiscendo succum rosarum, & aquam infusionis earum, & folia contusa: tum insolando & permutando vt supra, &c. Tertium, vt cum amygdalis dulcibus purgatis & exactissimè tritis in pila, folia rosarum iterum terãtur: inde fac offas, easque in aere calido horis vigintiquatuor serua. Deinde iterum tere & subige in mortario quàm exactissimè, affusa pauca aqua infusionis rosarum calente. Tandem torculari exprime oleum, vasi vitreo impositum operculа & insola. Quartum, vt cum sesamo excorticato fiat eodem modo qualiter cum amygdalis. Sed rosis immaturis aptiora sunt amygdala: maturis, sesama. Hæc Mesue: apud quem Syluius, Prima (inquit) compositio ex quatuor iam dictis, multis est in vsu: Parisiensibus autem compositio Nicolai in ipsius Antidotario dicenda. Et rursus, Oleum rosarum audio fieri odoratissimum, putrefactis mense vno rosis sub fimo in vase bene operculato. Eadem ratione ex mastiche vulgari, & rosis incarnatis & moschatis, & similibus fieri posse confido odoratissimum sine vllius olei mistione. ¶Rosas, absinthium, vel aliud odoratum coque in aqua cum quarta parte olei, donec aqua tota absumatur, & oleum habebit vires illas. Sic extempore paraueris

oleum ex quaque re, Cardanus ex Symeone. ¶Sunt qui rosis contusis, & in aqua simplici decoctis, spumam pinguem innatare dicant, quæ colari vel penna colligi possit. ¶Alius quidam mihi retulit, folia rosarum recentia in aqua ad spissitudinem ferè mellis coqui oportere, deinde cochleari comprimi, vt oleum vel spuma in id ingrediatur: miscebitur autem simul etiam aquæ aliquid, proinde in vitrea ampulla collectus liquor Soli exponitur, & oleum supernatans separatur.

Oleum de floribus sambuci, complanat & abstergit cutim, neruos corroborat, & doloribus eorum succurrit, Furnerius.

Oleum de spica podagricis vtilissimum, quod medicus quidam mihi nuper communicauit. Floribus spicæ nardi in vmbra torrefactis, vas vitreum imple, & superfunde oleum oliuarum, ita vt digiti mēsura excedat. Insolatum triduo, sex aut septem ebullitionibus ad prunas in cacabo bullire fac, & cola fortiter exprimendo: tum alios flores siccatos superfunde, insola diebus sedecim vel amplius. Sic habebis (inquit ille) oleum anodynum auro dignum, vt frequenti experientia cognoui. Linteola in eo madefacta dolori ad pone: fallit rarissimè etiam humore peccante non considerato. Vide plura in Antidotario Arnoldi de Villa noua.

Oleum è floribus verbasci fit, insolatis in vase

vase vitreo (vt etiam è floribus rosmarini:) ad podagricos & alios dolores, præsertim calidos, laudatissimum.

Oleum violatum fit quo modo rosarum, sed ex oleo viridi vel amygdalino vel sesamio, Mesue. Paulo Aeginetæ fit hoc oleum ex violis purpureis vel croceis, vel leucoio: insolat autem exactè operculato vase, ne transpiret, tantùm dies decem, violis intereà termutatis, additíq; demum violas siccas.

DE OLEO TARTARI.

Oleum tartari Petri Argillatę, ad faciem tergendam & erugandam. Tartarum dolij lateribus adhęrens, album potius quàm rub. puluerisatum, aceto maceretur, pòst inuoluatur panno lineo, deinde stuppis aqua humectatis, ponatur sub cineribus: deinde tribus diebus scutellæ imponatur decliui: destillabit humor quidam subrufus.

Nicolai oleum tartari lateribus doliorum adhærentis. Tartarum id ex vino generoso tritum, linteolo inuolutum, aceto albo forti bene madefac, sub cineribus calidis coque (vsque) dum nigrescat: iterum tere, in vase inclinato serua dies octo loco frigido, donec in oleum resoluatur. Id si non fit, exprime, & serua. Eodem modo facit Mesues oleum ouorum. Satius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, vt vocant, impositum, & loco

frigido locatum finere, donec in vas subiectum fluxerit oleum, Syluius. Alium quendam modum inuenio apud Furnerium in libro Gallico de Decoratione, vbi tartarum vstum & calcinatum quantum duabus manibus capi potest, in linteo strictè ligatum vri & calcinari iubet in camino vitri, calcis, aut laterum: deinde in bona copia aquæ infuudi cum alumine ad magnitudinem nucis, & multum agitari, deinde cum quieuerit horis viginti quatuor, colatam hanc aquam (eo quod in linteo remanet, abiecto) in patella coques: donec nihil quàm alba quædam crusta remaneat, (&c. videtur hic locus mutilus.) quam (in sacculo suspensam) prope terram, intra triduum videbis conuersam in liquorem: qui aliquoties colandus est, donec clarus euadat.

¶ Sunt qui tartarum calcinandum in olla noua ponant in figuli fornace, & vasis demum omnibus coctis eximant. Sed melius & purius calcinari puto in cinerib⁹ feruidis seu pruna, vt poma assari solent, obruendo etiam prunis. Satis autem vstum fuerit, quum album iam apparebit, nec amplius nigrum: sic vstum in sacculo suspendunt in acutum desinente, suprema parte à baculi fissura, à quo pendent intercepta & compressa, supposita phiala vitrea cum infundibulo. ¶ Alius modus. Tartari & salis nitri partes æquales tritas in olla ampla adure: tũ ferro ignito teres, & pones in sacculo in cella vinaria, vt destillent. ¶ Alius

¶Alius. Tartari & nitri partes æquales tunde, misce & accende vt nitrum consumatur. Tartarum quod remansit, in vesica positum suspendes in aqua calida, & resoluetur statim in oleum. Alius. Tartarum bene ablutum à fæcibus, & optimè desiccatum, calcinabis donec albescat: Tum tritum cribratumq́, cum aqua pluuiali destillata calida solues: solutum destillabis per filtrum: deinde coagulabis: coagulatum rursus calcinabis vt amplius albescat. Ita demum in sacculo, qualis est Hippocratis manica, suspendes loco, humido: latum aliquid, pro operculo imponendo, ne quid impuri incidat: & ollam vitreatam supponendo. ¶Sunt qui in alembico vitreo destillent (in cineribus nimirum) vnde aqua primum fluit, deinde aucto paulatim igne, oleum.

¶Vsus. Valet ad omnem scabiem & impetigines: cutim albam, claram & iuuenilem reddit. Vidi qui ad manantia capitis vlcera vterentur: ad quæ vtilius puto id quo cum nitrum pariter exustum est. Cuprum quoque & argentum dealbat, & delet maculas in pannis lineis. Additur & coloribus, vt splendidiores reddat, ni fallor: vt scriptorio è colore bresilici ligni, & aliis.

Oleum de tartaro parare docet etiam Rogerius 4.9. Hoc (inquit) pannos & maculas de causa melancholica post partum remanentes abstergit, & faciem repurgat.

DE OLEIS EX VITELLIS *ouorum, lumbricis, ſcorpionibus.*

OLeum ouorum, ex Raſi. Ouorum vitellos pone in caldario ferreo ſuper prunas donec comburantur, & oleum quod manat, ſerua in vitro. Vtile eſt dolori ani & eius paſsioni, & dolori aurium & dentium. ¶Hoc oleum (inquit Meſues) experientia plurima probatum eſt cutim expurgare, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia perſanare, capillos regignere, vlcera maligna & fiſtuloſa curare. Vitelli ouorum elixando duratorũ triginta aut circiter: manibus friati, in ſartagine terrea plumbata frigantur igne mediocri, mouendo cochleari ligneo aut terreo, donec rubeſcant, & oleum ab his reſoluatur, quod preſſi cochleari largius remittent. Vel iidem vitelli elixando indurati, mola frangantur: deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus, & oleum deſtillabit. Vel ipſi vitelli in cucurbitam poſiti cum alembico deſtillentur ignis vi, vt de oleo philoſophorum dicetur, Hæc Meſues. Vbi Syluius in Scholiis, Cutis fœditatem mirè aufert, ac cicatrices, præcipuè in ambuſtis relictas: ferè autem grauiter olet, minus tamen poſtremum ſublimando deſtillatum. Pilos auget Separoni in Antidotario. ¶Oleum ouorum Nicolai. Vitellos ouorum elixorum

rum frige igni lento prunarum in patella ferrea, semper mouendo rude ferrea, donec probè assentur, calidissimo linteo forti, oleo amygd. dul. madefacto exprime. Sed satius est (inquit Syluius) vitellos crudos frigere, cochleari assiduè mouere, donec assati, & cochleari pressi, vase inclinato reddant oleum, quod phiala conditum etiam diu integrum seruatur. Ex viginti vitellis extrahes horis duabus vncias quatuor aut circiter. ¶Matthæolus in Dioscoridem scribens, hoc oleum commendat ad asperitatem cutis, ad impetigines, ad fissuras labiorum, manuum, pedum & ani: item ad dolores vlcerum, articulorum & omnium locorum neruosorum: deniq; ad dolores & vlcera aurium. Præterea vtile est (inquit) locis adustis igne, & in membranis cerebri partes contusas à sanis mirabiliter separat: quod non sine magno honore meo & vtilitate ægrorum sæpe expertus sum in chirurgia. ¶In vulnere super pericraneo infundito oleum ouorum, quod faciet ad sedationem dolorum, vt docet Abhomeron Abynzoar, quod nos quoq; experti sumus & bene successit, Marianus Sanctus. ¶Oleum ad puerorum vlcera. Ouorum lutea elixa sedecim: myrrhæ vnciam: ellebori nigri grana quatuor. in patella ferrea coniuncta leui pruna cõmiscentur ferrea ligula, tum lutea comprimito, & oleum eximito, donec despumescere incipiat: in vas vitreum oleum conijcito,

& ad vsus seruato, bis die vlcera illinito, & crustæ sponte cadent, Alexander Benedictus libro tricesimo qui experimentorũ est. ¶Ego hoc oleum duobus modis fieri vidi: primo, vitellos in sartagine frigendo, donec rubescant, & oleum remittant: secundo, multò diutius coquendo, donec nigri appareant, & planè iam omni humiditate exhausti: tandem enim subitò oleum reddunt: quod statim amota ab igne sartagine & vitellis cochleari compressis, separatur: hoc aliqui efficacius putant ad loca igne vsta: videtur sanè magis siccare. ¶ Hoc oleum subtiles cicatrices facit, serpiginem & impetiginem soluit, Rogerius. Sed Brassauolus scribit pharmacopolas falsò huic oleo cicatrices delendi vim tribuere, vt oua à fatuis detrahant. Plura de viribus eius leges in Antidotario Arnoldi. Aliqui frixos sic vitellos in linteo includunt, & sub prelo exprimunt.

¶Oleum de lumbricis siue intestinis terræ, laudatur ad mitigandos dolores, præsertim neruorum & articulorum quosuis, etiam morbo Gallico ortos. Fit autem lumbricis repurgatis ab excrementis terreis siue digitis leniter exprimendo excrementa illa, siue potius sinendo eos viuentes in aliquo vase, vbi fœnum sit, repere: deinde cum modico vino coctis in oleo & colatis: aut antequam coquantur insolatis. Sunt qui eos in aqua coquant, & innatantem pinguedinem colligãt,

¶Aliqui

¶Aliqui cannis ebuli maioribus & firmioribus medullam eximunt, & lumbricos affuso oleo imponunt: sic obstructas in furno per horam circiter dimidiam relinquunt: deinde oleum auferunt & seruant.

Oleum ex scorpionibus (inquit Mesues) lapidem renum & vesicæ frangit & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatum vrinarium iniectum. Fit ex scorpionibus viginti vel paulò pluribus, aut paucioribus in olei amygd. amararum libris duabus insolatis mense vno in vase vitreo probè obstructo. Vel aristolochiæ rotundę, gentianæ, cyperi, corticum rad. capparis, singulorum vncia: in olei amygd. amararum sextario diebus viginti insolentur in vase vitreo operculato: deinde scorpiones à decem ad quindecim oleo inijce: obtura, insola iterum mense vno. Egressus è balneo aut insessu calculosus, illo vngatur in tribus dictis partibus, & in meatum vrinarium inijciatur portio eius exigua horis singulis. Est mirabile. Quidam priore, alij posteriore ceu efficaciore vti malunt, Hæc Mesues. Syluius verò in Scholijs, Paratur etiam nunc (inquit) oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra venena laudatis: fitq; oleum mirandarum virium contra venena omnia & pestilentiam. Scio hominem hoc solo munitum quantumuis sęuam pestilentiam nihili facere, sed eum et seruos suos vnà secum visentes pestilentia affe-

ctos, incolumes ſeruari: & ſola vnctione quoſdam à ſæuiſſimis venenis potis liberatos. Prius ob ſcorpiones frigidũ eſt: poſterius ob aromata calidum & efficacius, non ob horum calorem & eſſentiæ tenuitatem (quibus aperit, incidit, tenuat, terget, perrumpit,) ſed etiam totius ſubſtantiæ ſcorpionum proprietate, &(vt loquuntur) forma ſpecifica, qua vtrunq; calculum renum & veſicæ frangit illitum tantum lumbis, ſi in renibus eſt: ſi verò in veſica, pubi, perinæo, & iniecta etiam tum pauca in meatum vrinarium, Hucuſque Syluius. ¶In Secretis Varignanæ legimus oleo de ſcorpionibus inunctos quoſdam à quotidiana febri mox liberatos.

¶Oleum de ſcorpionibus, cuius mirabilis effectus eſt contra venena præcipuè ſerpentium & aliorum animalium, & peculiariter cõtra napellũ, ſcriptum à Matthæolo Senenſi lib. 6. Cõmentariorum eius in Dioſcoridem Italicè æditorum, vnde nos in Latinum ſermonem conuertimus. Hoc oleum(inquit) inunctum pulſatibilibus venis vbi maximè apparent, vt temporum, manuum & pedum, & in loco cordis, ita vt tertia quaque hora vnctio repetatur, ſecurè liberat ab omnibus venenis intra corpus ſumptis, quibus corrodendi vis non ineſt: & ſimiliter à morſibus viperarum, aſpidum, & cuiuſuis alterius animalis venenoſi. Huius compoſitio talis eſt, quam quidem euulgo, vt totus orbis liber a-

lem

lem animi mei candorem agnoſcat. Initio Maij accipe oleum commune centum annorum, aut certe antiquiſſimi omnium quod reperiri poteſt, libras tres. Hyperici recentis (cum herba & floribus) manipulos tres. Oleum pone in cucurbitam vitream duplò capaciorem quàm pro eius menſura, & hypericum modicè contuſum ſuperinijce. Deinde vas obſtructum, in ſubtiliſſimam arenam parte dimidia immittes, vbi toto die calefiat à Sole per dies decem aut duodecim. Poſtea pones in Balneo Mariæ horis viginti quatuor. Tum exprimes oleum ab herba: & addes hyperici, chamædryos, calaminthæ, cardui ſancti, ſingulorum manipulum, modicè contuſorum: ac rurſus pones in Balneum per tres dies. Deinde excòlabis & exprimes: & adiectis tribus manipulis florũ hyperici, qui à caulicis bene purgati ſunt, & bene contuſi, iterum per tres dies in balneo Mariæ pone, & exprime vt prius. Idem hoc repetes ter aut quater, donec oleum colorem ſanguinis inſtar rubentem traxerit. Poſtea accipe cymarum hyperici ſemina, ſiue vaſcula generis hordei ſimilia in quibus ſemina latent, ea copia quæ tres manipulos abunde æquet: hæc contunde aſpergendò aliquantulum vini albi, & infunde in oleum prædictum. Deinde in ſole ſepelies in arena per octo dies, & mox in balneum per dies tres. Cola & exprime vt prius. Et hoc ter aut quater nonas

hyperici cymas infundendo repete, donec omnino sanguinis obscuri color in eo relinquatur. Post hæc accipe scordium recens, calamintham, centaurium minus, carduum sanctum, verbenam, dictamnum Creticum, singulorum manipulum semis. Contusa immitte in oleum: & pone in balneum per biduum. Cola & exprime vt prius. Deinde accipe zedoariæ, radicis dictamni albi, gentianæ, tormentillæ, aristolochiæ rot. singulorum drachmas tres: scordij recentis manipulum. Contusa infunde, & tribus diebus in Balneo relinque, cola, exprime: Ac iterum iniice oleo, styracis calamitæ, belzoi vel laserpitij vtriusque drachmas sex: baccarum iuniperi drachmas quatuor, nigellæ drachmas tres, casiæ odoratæ drachmas nouem: santalorum alborum drachmas quatuor: schœnoanthi, cyperi, vtriusque sesquidrachmam. Contusa infunde, & pone in Balneum per tres dies: cola, exprime. Postea trecentos scorpiones viuos, in diebus canicularibus collectos, in cucurbita vitrea super cinere calido pone, & quum videris eos præ calore sudare, & humorem emittere, infunde supra eos totum oleum supradictum calidum (non tamen ita feruidum vt vas ab eo rumpi possit,) & subito obstrue os vasis, & pone in Balneo per triduum. Deinde cola, exprime, & abiice scorpiones iam coctos: Et in oleum iniice, rhabarbari electissimi, myrrhæ communis, aloes hepaticæ, singulo-

ſingulorum drachmas tres, ſpicę nardi, drachmas duas: croci drachmam: theriacæ electæ, Mithridatij perfecti, vtriuſque ſemunciam. Trita infunde & pone in balneo per triduũ: nec amplius deinde colabis, ſed repones, & balſami inſtar ſeruabis. Eſt enim ſummæ admirationis remedium contra venena ſupradicta, & maximè contra napellum, quo infecti fuerunt duo illi Corſici latrones, quorum hiſtoriam recitauimus lib. 4. in mentione Aconiti, ad quem locum Lectorem remitto, Hæc Matthæolus. ¶Cardanus putat oleũ quod foris aduerſus venena illinatur pulſibus & cordis regioni, metallicum eſſe oportere, vt ex auripigmẽto aut miſy detractum, vide ſupra ab initio tractationis de oleis deſtillatis metallicis,

De oleo ex ſerpentibus ſeu viperis nigris, item de oleo ex ranis, lege Meſuen, &c.

Oleum de caſtoreo componitur cum multis alijs aromatibus & gummis calidis, &c. vt Syluius in Meſuen deſcribit, poteſt & ſimplex componi, & pro ſolida caſtorei parte pinguitudo adhærens addi, vel potius vtrunque, vt ipſe conſulo.

Sulfur in œnoſtagmate (aquam ardentẽ intelligo) feruefit, dum enatet lentor quidam (oleum appellant, quem concha excipere oportet, aliquoties commutanda aqua, dum ſatis olei collectum ſit, quo demerſum corpore hydrargyron foras elici voluerunt, ſta-

tim illito à balneis, Iac. Hollerius. Vide supra inter olea destillata.

DE FOMENTIS ET *suffitibus.*

FOmenta nominantur, pyriamata Græcis, quæcunque corpori foris applicantur calida, vel ad mitigandum dolorem, vel ad materiam euocandam tum aliâs tum ad discutiendos timores: hoc forte sicca fomenta magis præstant, illud humida. Est quando sicca & humida alternare velim, vt in podagricis & arthriticis doloribus, & aliis, vbi periculũ est ne tenuiori in materia extracta crassior relinquatur indureturque magis. Videntur autem humida fomenta materiam præparare siccis, attenuare, mollire, digerere, euaporare, quædam forte nihil horum pro materiæ diuersitate. Arida verò siccare & euocare & calefacere magis. Humida sunt, vel liquida, vt aqua simplex aut salsa, oleũ, lac per se, vel cum melle: herbæ & flores in aqua aut vino alióue liquore coctæ, & in linteo aut sacculo superpositi, aut in vesicam immissæ, aut spongia inde madida, aut linteum, aut lana, aut filtrum. Vesicæ vel vtriculi calida vel oleo pleni. Possunt & cataplasmata hic adnumerari quæ calida adhibentur, nempe herbæ decoctæ, & contusæ, super linteo appositæ. Sicca sunt,

ſunt, vt milium, ſal, harena, furfur, auena, calefacta illa in caccabo, & agitata, in linteum vel ſacculum induntur. Celſus alcubi ſalis calidi ſuccum commendat, & ſale humido fouere alibi vtiliſſimum eſſe ait. Oportet autem, vt ipſe interpretatur, ſacculum cum ſale in aquam calidã immittere, & loco affecto calidum imponere, immittẽdo ſubinde ſpatulam ferream ignitã in ſacculum, dum ſuper loco dolente poſitus eſt, & aquã leuiter aſpergendo: itaq; ſpatulas duas in promptu habere oportet, vt dum altera ſpatula in ſacculum immittitur, altera igniatur: in tetano ceruicis morbo (inquit Celſus) opus eſt fomento humido & calido. Itaq; pleriq; calida multa ceruices ſubinde perfundunt. Id in præſentia leuat, ſed opportuniores neruos frigori reddit: quod vtiq; vitandum eſt. Vtilius igitur eſt cerato liquido primum, ceruices perungere, deinde admouere veſicas bubulas, vel vtriculos oleo calido repletos, vel ex farina calidum cataplaſma, vel piper rotundum cum fico contuſum. Vtiliſſimum tamen eſt humido ſale fouere. Apud eundem mirabile fomentum ad dentem legimus. Mentaſtrum in peluim ponitur, & aqua affunditur vt modicè emineat: deinde ſilices candentes immittũtur: æger ore hiante vaporem excipit. Ego nuper à dentium dolore diuturno liberatam audiui mulierculam, quę vaporem ſilicis nigri (quo vici ſternuntur) vino perfuſi hiãs exceperat.

Idem Celſus nares vlceratas foueri iubet ſo-lius aquæ vapore è vaſe oris anguſti. Hic va-por etiam ad hæmorrhoides calidas dolen-tesq́ adhibetur. Mulier quædam cum diu la-boraſſet ex paronychia vel maligno vlcere erodente in digitis pedis, iam oſſulis qui-buſdam exemptis, & multis remedijs fruſtra tentatis, fomentum adhibuit è muſco iuglan-dis decocto in vino, ita vt locum affectum in vapore illo aliquandiu teneret, deinde mu-ſci partem calidam ſuperilligaret, & mox cu rata eſt. Eſt & titio exuſtus panniculo (ma-denti) inuolutus, loco calidi fomenti apud Celſum. Nos cari aut cumini ſemen contri-tum in ſacculo aqua ardente calida madefa-cto, colicorum vmbilico frequente ſucceſſu impoſuimus. Ex eadem ardente & accenſa in loco balnei ſeu ſudatorio anguſto vndique clauſo, aer caleſcit, in quo nerui, articuli, & aliæ partes refrigeratæ vtiliter fouentur, & ſi fieri poteſt, & ſudant. Ad ſudorem mouen-dum & locum balnei calefaciendum vapore aquæ calidæ, vulgus in ſudatoria ſua cacca-bos magnos aqua feruente plenos imponit, vnà cum paleis (quæ calorem diu conſeruãt) & aliquando herbis odoratis. Alij ollam fer-uentem extra balneum habent, cum aqua & impoſitis herbis aut medicamentis alijs, inde vapor per canalem balneum ingreditur ab in feriore parte: hoc alij alijs inſtrumentis & va ſis efficiũt, vt veteres in Italia ſuas zetas cal-

facie-

faciebant. Balneo iam calefacto pruna in ollam indi posset, & sicca medicamenta inspergi quorum suffitus desideraretur, cum aliâs tum præcipuè ad muliebrem vsum ad diuersa vteri vitia, suffitu per canalem admisso. Hippocrates ad hoc peculiare quoddam vas describit. Caput interim exerant, quibus id imbecillius est, aut de quibus timetur ne in syncopen aut nimiam sitim incidant, &c. Aliqui in balneis lateres ignitos, aut ferri scoriam, aut lapides perfundunt aqua, aut vino, simplici mediacatóue. Sudor in lecto prouocatur, lateribus ignitis inuolutis in lintea humida, & appositis: aut lagenis stanneis aqua calida plenis: aut sacculis in quibus herbæ decoctæ adhuc feruentes imponantur, & melius quidem latere etiam feruente immisso. Leniter simul & reprimunt & molliunt, lana succida ex aceto vel vino, cui oleum adiectum est, contritæ palmulæ, furfures in salsa aqua vel aceto docoćti. Simul reprimunt & refrigerant, vinum, acetum: & ex horum aliquo magis, madens vel panis vel farina, vel spongia, vel cinis, vel lana succida, vel etiam linteolum, Celsus. Aliqui cinerem feruentem vel prunas potius in vase ligneo ponunt, ad dimidium replentes: reliquum eius implent quibus visum fuerit herbis, vt absinthio, mentha, ad confortandum ventriculum, vel per se, vel modico vino aspersis: deinde superilligato linteo imponunt parti affectæ: præsertim vbi calefac-

re, ficcare, discutere, & validius extrahere opus est. Conuenit partibus refrigeratis, & arthriticis cum artemisia tantum vel etiam chamæmalo: & vteri vitijs cum matricaria. Poterit autem hoc fomentũ fieri cum duobus vasis alternatim adplicandis. Celsus alicubi lanam sulfuratam, hoc est sulfuris fumo imbutã partibus affectis circundari iubet. Huc referri possunt, quæcunq; recentiores. Fuchsius & alij, de fomentis, epithematis, embrochis, sacculis, & insessionibus scribunt. Græcis æonein significat desuper irrigare & superfundere, siue id fouendi gratia fiat nimirũ cũ calore: siue alia de causa. Galenus ad scirrhos tollendos suffitũ pyritis lapidis aut molaris aceto perfusi commendat.

Suffitus varios ad morbum Gallicum qui omnes fiunt cũ cinabrio quod fit ex argento viuo, aliqui etiã cum auripigmẽto & marchasita, &c. reperies apud Nicolaum Massam, & alios quosdam, qui huius morbi curationem tradiderunt. Tussilaginis folia sicca suffita, ita vt fumus aperto ore hauriatur, aridam tussim & orthopnœam iuuant, & abscessus in pectore rumpunt. Idem & radix suffita præstat, Dioscorides.

DE SVCCIS QVIBVSDAM.

SVcci herbarum quarundam expressi, coquuntur ad ignem, vel in Sole desiccãtur, vt Bul-

vt Bulcasis docet singulatim de succo ex ham sig, plantagine, lactuca, semperuiuo, portulaca, rostro porcino, scariola, fœniculo, apio, volubili, lapatho & aliis.

Mirabilis modus extrahendi succum ex elleboro nigro, quo quidam tanquam mysterio vtuntur, cuius vtilitatem ipse etiam expertus cælare nolui, ne quid egregium videar inuidisse posteritati. Hunc modum quis primus inuenerit nescio, ego ab intimis quibusdam amicis accepi. Elleborum nigrum intelligo illum quem vulgo omnes in Germania sic vocant consiligini similẽ, pleriq; in hortis alunt: sed præstat montanus ex Heluetia nostra petendus. Licebit autem eundem modum experiri in colocynthide, esula, laureola, &c. Elleborí nigri radices puræ & lotæ bulliant leuissimè in aqua, infusæ prius in ea per noctem aut amplius, concisæ minutatim. Curabis autẽ vt & in hac & cæteris decoctionibus, spumã omnẽ innatantẽ, tanquã venenatam, diligenter abstergas, hanc aquã seruabis, & rursus aliã affundes tepidã, & modicè aliquandiu feruefacies, mutãdo aquã toties, donec nihil aut perparũ amplius amaritudinis radices retineat, quod fiet vbi septies aut nouies mutâris aquã. Interea verò dũ mutas aquas, priores semper destilla per filtrũ, & tandẽ oẽs pariter decoque lẽto igne, vel prunis poti⁹, ita ne bulliãt, semper tamẽ prope bullitionẽ sint, vsq; ad spissitudinẽ mellis in olla terrea vitreata, aut ærea

ſtannata, vaſe tecto, aut parum aperto. Cum verò pauca iam aqua ſupereſt, circa finem coctionis, rude leniter ſubinde agitabis, ne ſuccus aduratur, & eodem tempore pro libra radicum ellebori, maſtiches tritæ duas drachmas adijcies, nec deſines agitare, vel cõtinuò, vel per breuiſſima interualla, donec omnino ſuccus iam ſatis denſatus videatur, id quod ſubito ferè continget, & quo minus aduratur materia, quo propior fini & denſationi eſt ſuccus, eò minori igne vrgebis, nec te pigeat temporis, habebis enim præſtantiſſimum & exquiſitum remedium ad diuerſos morbos, præcipuè malancholicos. Dolore euadit ruffo obſcuro ſapore amariſſimo, cum acrimonia penetrante, qualis aſari & caryophyllorum eſt, ſed efficaciore, imò cauſtico vt guſtãti videretur; reuera tamen cauſticus non eſt, nimirum propter tenuitatem partium: vt ipſe experiri volui. Datur ciceris magnitudine hora vna poſt cœnã, in omnibus morbis quibus elleborus niger conuenit, & vbi aluum citari vtile eſt. Catapotiũ vnum qua dixi magnitudine, quater plerunque aluum deijcere aiunt. Sed audio quoſdam cum pluſculum ſumpſiſſent, magnitudine forſan fabæ aluum vomitumq́ ſæpius inanitos & valde debilitatos eſſe. Quod ego vt cauerem, in conſilium erudito quodam medico adhibito, non ipſum elleborum ſolum, ſed cum alijs diuerſis medicamentis, vt mox oſtendam, infuſum decoctumq́,
ad ſuc-

ad ſuccum redigere volui. Radices virides an aridæ ſumantur, parum referre video. Debet autem vt minimũ libra radicum accipi. Lullius & alij (Cardanus) meminerunt quintæ eſſentiç ellebori, qua ego hunc ſuccum nihilò ferè inferiorem eſſe puto. Hoc equidem admiratione dignum eſt, quomodo ſuccus tandiu decoctus, non modò nihilo infirmior fiat, ſed etiam multis modis efficacior. Videtur enim, vt ex coniectura dicam, pars vna huius ſucci decuplo & amplius validior quàm elleborus ipſe eſſet, nec tamen nocentior, ſed vis ſine noxa augetur. Et quanquam ipſe medicamentis plurib. additis vim eius remittere volui, ſimplicem tamen iſtum iam deſcriptum modum, vbi nihil prçter exiguam maſtichen poſtremò adijcitur, magis laudârim in difficilioribus morbis, vbi remedijs etiã extremis opus eſt: & pro maniacis alijsq; inſanis aut deliris, qui cum ad nulla medicamenta ſumenda cogi poſſint, tã parua doſi, vt vnius ciceris, facilius decipiuntur. Quinetiam extra corpus ad morſus venenatos, & neruos læſos, præſtantiſſimam eius vim eſſe crediderim. Apud authores nullum hoc modo paratum reperio ſuccum, aliquid cũ eo ſimilitudinis habet ſuccus de acacia & de berberi apud Bulcaſin. Colatura enim tantum decoquitur, non expreſſa, item galbani ſuccus & liquiritiæ, ſed aqua in illis non mutatur. Reliqui verò ſucci omnes per expreſſionem fiunt, & coquuntur donec

coagulen~, vt chelidonij, papaueris, absinthij, solani, vuę acerbæ, memithæ, eupatorij, hypocisthidis, corticum radicum mandragoræ. Idē Bulcasis alijs etiam quibusdam succis expressis, qui per se ad ignem coquuntur, addere iubet parum gum̄i, vt partes eorum melius cohæreant, vt succo absinthij & gasid, id est eupatorij: item centaurij, & gentianæ (qui ex decocto colato fit.) Verum mastiche ellebori succo, non hac tantum gratia, sed etiam vim eius venenosam & stomacho contrariam emendādi, admiscetur. Iam in cæteris quibusdam remedijs, vbi medicamēti alicuius vim in liquore aliquo deponendam augere libet, nō liquorem: sed medicamentum mutamus: priore scilicet colato nouum semper medicamentum in eundem liquorem infundētes, vt in decoctionibus, nonnullis & oleis, hic verò (in succo ellebori) cōtrafacimus: ijsdem enim ellebori seruatis radicibus, liquorem subinde mutamus. Causam dixerim, quoniam ellebori radix, si quę alia, validissimas habet vires, nō in superficie tātum, sed in tota substantia vehementer ac tenaciter impressas, quamobrem diutissimè etiam omnium seruari potest, ipse quidē post decennium vsus sum adhuc vigente. Et vulgares quidam empirici vinum in qua eius portio per noctem maduerit, postridie colatum bibi iubent ad aluum mouendam, radices iterum siccari, nihilò enim aut parū infirmiores fieri, etsi sæpius ad eundem vsum repetantur

resic-

resiccenturq́ꝫ. Sed de ipso elleboro, & quæ de eo experientiæ nostrę sint, alius forte aliquan dabitur scribendi locus. ¶Catapotia est helle boro nigro, vel succo eius poti⁹ septimo quo que die sumenda in curatione morbi Gallici melancholici, vt Matthæolus Senensis consu lit. Radicum nigri veratri recentis drachmæ tres, dauci, anisi, piperis, singulorū drachma, florum buglossi semidrachma, moschi grana sex, epithymi scrupuli duo, contundantur hæc omnia leuiter, inde diē noctemq́ꝫ ex vini Cre tici libr. 5. (erratum librarij videtur, nimia e-nim hæc mensura est) macerata, potenter ex-primātur. Huius expressionis drachmas tres, pulueris pillularum fumariæ, cochiarum, au-rearum, singulorum drach. duas semis, simul subigas, inde permittas exiccari. Porrò sic-cas & iterum in puluerem redactas, ex eodē vino Cretico macerabis, vt supra, & hoc qua ter. Catapotia autem singillatim sumēda sunt drachmæ pondere.

Succus hellebori noster compositus. Radi cum ellebori nigri recentium incisarum li-bras duas, liquiritiæ rasæ & conquassatæ pi-stillo libram, macera per noctem in aqua sa-tis copiosa. Postridie lento igne coque ad ses quihoram, aut duas horas, defunde colādo, & affunde aliam aquā tepidam. (quæ in vase iu-xta ignem in hūc vsum seruetur.) Hoc septies vel amplius repete. Tum abiectis radicibus aquā vniuersam colatam, aut filtro destillatā,

paulatim coque, & vbi pauca adhuc superfue rit, affunde hoc decoctum: Beronicæ manip. septẽ, agrimoniæ manipulos duos, anisi vnc. tres, macera in aqua, & docoque ad comsumptionem tertiæ partis, exprime, cola bis aut ter, tandem adde agarici electi minutatim cõcisi vncias quinq;, iridis vncias duas semis, cinamomi drachmas sex, zinziberis semunciã, coque ad dimidias, exprime, & cola vt supra. Deinde affundito hoc decoctum, ellebori decocto bullienti modicè: & simul ad spissitudinem mellis coquantur. Paulo ante finem, adde pulueris masticheś drachm. quatur, scãmonij drachmas duas, hæc simul dissoluta in pauco decocto ellebori, vt fiat mellis consistẽtia, non multò ante finem decoctionis affundes (cum succus iam mediocriter densatus fuerit, aut densari cœperit,) agitabisq; donec cõsummetur succus. Experieris autem subinde guttam succi instillando in orbem stanneum: & cum ita densus fuerit, vt ferè non amplius defluat orbe inclinato vel erecto, perfectus erit succus. Sed per horam aut amplius ante finem subinde ad lentum ignem agitabis, ne aduratur. Ex hoc docotto vncias succi ferè vndecim habui: vix quartam partem puto habiturus, si elleborũ solum decoxissem. Hoc succo iam aliquoties vsus sum, nam & epileptico iuueni feliciter dedi, qui multo iam tempore, Deo gratia, bene habet, multis tamen etiam alijs remedijs, venæ sectione, & sudoribus adhibitis.

hibitis, &c. Et alter quidam per triennium ascaridibus infestatus, multis remedijs frustrà tentatis, hoc succo semel sumpto, & per dies aliquot postea cornu ceruino vsto, restitutus est. Catapotia ciceris magnitudine à duobus ad quinque exhiberi possunt à cœna: hoc est à scrupulo dimidio circiter ad scrupulum vnũ: Sed hæc progressu temporis experiri melius licebit. Hoc monuerim medicos parum exercitatos, ne temere eo vtantur, sed diligenti cõsideratione adhibita, est enim vehemens remedium. Videtur & febri quartanæ non amplius crudæ, & alijs diuersis morbis magnis aut diuturnis conuenire, & pręcipue scabiei ex bile atra. Quartanario cuidam nuper quinq; catapotia cicerum magnitudine dedi, vnde ille magnam percepit angustiam, & vomitu tantùm purgatus est, nihil deiecit, neq; leuatus est morbo. Causam in hominis intemperantiam reijcio. Ipse catapotijs duobus cicerum instar à cœna sumptis, postridie non parũ angustiæ circa stomachum sensi, aliquoties deieci, non vomui. Tutius dabitur ijs qui satis carnosi vel obesi sunt, ventriculo humido, & stomacho non exquisiti sensus.

ITERVM DE SVCCO ELLEBORI nigri: deq; extrahendis viribus ex medicamentis purgantibus, & alijs quibusdam, vt ab amico quodam accepi.

EXcogitata est hæc extractio pro delicatis & nauseabundis, & illis qui magnam soluentis pharmaci dosim non ferentes, minimo pondere soluuntur.

Extractio ellebori nigri. Radicum ellebori nigri veri recentium libræ quatuor, lauentur cito, deinde minutatim incisis superinfunde colaturam huiusmodi, succi buglossi, borraginis, vtriusque libræ duæ, depurentur & colentur diligentissimè vt auri claritatem acquirant, & reponantur ad tempus. Tum recipe radicum fœniculi, cichorij, asparagi, petroselini, singulorum vncias quatuor, iniubarum, sebesten, vtriusque vncias duas. Seminum melonum, cucumerum, cucurbitæ, citrulli, singulorum vnciam: decoque secundum artem in aquæ pluuialis libris sedecim. Colaturæ infunde prædictas quatuor libras succorum, sine ebullire paululum ad ignem, postea incisi & contusi ellebori radices inijce, & coque leuiter paulatim vsque quo radices emineant. Deinde exprime rursus per filtrum, cola, colaturam coque vsque ad mellis spissitudinem lento igne, adhibita continuè cura ne aduratur. Postea depone, & vtere, faciendo periculum in dosi à scrupulo medio vsque ad integrum aut vltra. Datur autem ad mouendam aluum, madefacto azymo inuolutum, vna aut altera olei anisi gutta mistum.

Extractio rhabarbari. Rhabarbari electi fragmentorum libram minutim incide, & crassiuscu-

fiuſculè tere: & affunde ſucci depurati borra-
ginis & bugloſi, vtriuſque libras duas, relin-
que per horas vigintiquatuor. Poſtea coque
ad lentum ignem, donec extet & emineat rha
barbarum. Exprime deinde fortiter, & expreſ
ſam decoctionem per laneum colatoriũ tranſ
mitte, & exprime, vt ſubſtantia in colatorio
maneat. Colaturam coque ad mellis conſiſtẽ
tiam, adiecta ſacchari optimi vncia. Quidam
in balneo Marię ad ſpiſſitudinem coquunt, ne
aduratur, quod præſtat, quemadmodum & in
duplici vaſe. Purgando da deglutiendum cũ
gutta olei cinnamomi & aniſi mixtum, & azy
mo inuolutum, faciendo in doſi periculum à
ſcrupulo vſq; ad duos. Quidam, quoniam rha
barbarum per ſe non valde purgat, accuũt to
tam extractionem cum modico dacrydij opti
mi, quod nihil obeſt.

Extractio pilularum. ℞. quamcunq; volue
ris pilularum maſſam, diligentiſſimè & ex o-
ptimis medicamentis compoſitam, confractã
in minutas partes macera per dies octo in a-
quæ pluuialis, ſucci borraginis, ſucci fœnicu-
li, æqualibus partibus, q. ſ. Deinde coque in
vitreo duplici vaſe per integrum diem, dein-
de exprime per laneum pannum mundiſſimũ,
qui nullos pilos remittat, & iterum in balneo
& duplici vaſe ad iuſtam ſpiſſitudinem diligẽ
tes coquito, & forma pilulas minutas, qua-
rum dabis ſcrupulos duos, aut circiter. Hoc
modo extracta materia puriſſima eſt, admo-

dum tenera, & facile in manu liquescit. Similiter possunt etiam reliquorum medicaminum purgantium vires extrahi: Sed animaduertendum, vt semper admisceantur in decoctione lenientes & lubrici succi, quales prædicti sunt, & melius multò fuerit, si omnia in duplici vase coquantur.

Descriptio electuarij extracti purgantis, quo eximius quidam medicus Norimbergæ vtebatur. Colocynthidis drachmas tredecim, veratri nigri, senæ Alexandrinæ, vtriusque semunciam, agarici albissimi vnciam, rhabarbari electi semunciam, aut si minus præstans fuerit rhabarbarum, vnciam, dacrydij drach. quatuordecim, turbith, (si rectè lego,) stichados Arab. vtriusque vncias duas semis. Cinnamomi drach. duas, rosarum rubearum, ligni aloes, mastiches, myrrhæ rubeæ, asari, spicæ nardi, styracis liquidi, singulorum scrupulos quinque. Omnia infunde & digere vel putrefac, vt loquuntur, per dies decem aut quatuordecim in aqua vitæ ter destillata, calida. Succus inde expressus vniatur cum tribus vnciis aloes præparatæ. Cęterum aloen hoc modo præparabat. Aloes libra, plus minus, in peluim, caccabum vel ollam immittitur, addendo aceti rosacei, & aquæ rosatæ quantum sufficit, ita tamen vt aceti rosarum plus sit quàm aquæ rosarum. Bulliant simul lento igne duabus vel tribus ebullitionibus, dein colato fortiter exprimendo. Colatum iterum bulliat lento

lento igne ad consistentiam aloes cum spatu-
la agitando continuè. Vbi refrixerit, seruetur
ad vsum. Species supra commemoratæ pri-
mum tenuiter inciduntur, deinde tritæ, infusæ
in aqua vitæ, quantum sufficit relinquuntur
in infusione calida in Balneo Mariæ vel are-
na, diebus xiiij, frequenter interea agitando
quotidie, deinde fortiter exprimuntur per pã
num lineum grossum, deinde ponuntur in alẽ
bico, & cũ igne extrahitur humiditas aquea,
vsq; ad consistentiam diacydonion dicti me-
dicamenti, Quod si adhuc supersit aliqua hu-
miditas, ponatur super carbones ardentes in
vase aliquo quantum sufficit,

DE SVCCO IRIDIS *& rapi, &c.*

IRis nostra in hydrope efficacior mihi vide
rur quàm Florẽtina: in qua sententia etiam
amicus quidam noster est, medicus perquam
eruditus, qui nuper experimenta hæc sua de
iridis radicis & rapi succo ad me misit. Re-
cipe, ouum gallinæ, & effuso liquore albo,
succum iridis infunde, & misce cum vitello di
ligenter: & cum modicum ad cineres calefe-
ceris, pro haustu matutino exhibe, qui per se-
cessũ supra modũ aquã intercutaneã euacabit

Hoc etiam (inquit) inter secreta habeo pro
hydropicis qui sudare nequeunt: Succum è ra
po rotundo in pila contuso & expresso, con-

ditum saccharo vel in cinnamomo, vt aliud quippiam quam rapum gustanti referat, mane exhibebis ægro bene operto, & sudabit.

Portulacæ, sedi, cotyledonis, & aliorum similiter glutinosorum succus, præ lentore nimio per se non potest exprimi. Cum omphacio probè trita herba exprimitur. Alij tritas igni lento calfaciunt, alij tritas loco frigido, vt cella vinaria, vimineo vasi impositas in catinum subiectum destillare permittunt, Syluius, apud quem plura leges de parandis & seruandis succis, in libro de præparatione simplicium.

Ex ligno sancto & alio quocunque lachrymam extrahimus, quæ pretiosior est ipso ligno, hoc modo: Secatur lignum in frusta digiti crassitudine, quæ igni exponuntur, inde colligitur quicquid inest lachrymæ in ligno, Cardanus.

¶ Lac ex esula & chelidonio colligitur, summis ramulis incisis, & super vas aliquod inclinatis, exprimendo (emulgendo) ramulos singulatim. Sic collectum liquorem in Sole siccabis. Succus verò colligitur herbis tritis & expressis, Bulcasis.

¶ Gummi purgantia & alia, si quis recuset catapotiorum forma deglutire, infunde in aquam bullientem, dissoluantur, cola: & infunde oleum amygdalarum dulcium, & da in potucum rob.

¶ Pone

¶ Pone in aqua vel vino medicamentum aliquod purgans forte, deinde in eodē liquore macera pruna ſicca, caricas, vuas paſſas, donec turgeant, tum ablue vino. Hi fructus intra corpus ſumpti mirabiliter ſine moleſtia aluum ſoluūt. Arnoldus in libro de vino.

Paſſularum vncias quatuor coque cum aqua violarum per mediam horam, cola per cribrum, deinde inſperge drachmas duas ſcāmonij, exiccentur. Inde triginta cum volueris, aut quadraginta dabis, nec plures, cū panatella, Epiphanius Empiricus.

Aliqui anſerem pinguem medicamentis, felibus paruis bonæ habitudinis, minutatis conciſis, farciunt, cum ſale & paulatim in veru aſſantes, deſtillantem inde liquorem colligunt, vt membra arthritica inungant, Io. Goeurotus. Empiricum quendam nuper audiui murib. minutatim inciſis farctum anſerem, aſſauiſſe, & collectum inde liquorem ad inunctionem gibboris in dorſo dediſſe.

DE DECOCTIS.

DEcocta vocamus liquores, aquam, vinum, aut acetum: in quibus medicamenta aliqua ad ignem coquuntur, deinde colantur, &c. de quibus breuitatis ſtudio in præſentia nihil dicemus, niſi quod admonebimus cōciſa aut trita per aliquod tēpus macerari pri' debere, quæ decoquenda ſunt in vaſe diligen

ter clauso. Ex viridibus quidem plantis, gra-
tior fit decoctio quàm aridis: quamobrem a-
rida contusa macerataq́ diutius quàm recen
tia colari & exprimi possunt, deinde per se,
vel cum melle aut saccaro decoqui, &c.

Decoctio in aceto contra pestem. Chelido
nij maioris manipulos duos cum herba & ra-
dicibus coques in aceti optimi libris quatuor
semis, super prunas, in olla vitreata cum o-
perculo cuius oræ luto sint munitę, per sesqui
horam, ad tertiæ partis consumptionem. De
inde colatum acetum in phiala vitrea repo-
nes: Huius tria cochlearia plena dabis corre-
pto peste, & si reuomuerit, iterum da, & sudo
rem præcipe, Innominatus in libro Germani
co manuscripto. Alij cum chelidonio tantun-
dem rutæ sumunt, & parant vt supra: & peste
deprehenso cochlearium dant bibendum cum
modico theriacæ, cuius auxilij salutarem ex-
perientiam tum ipse habeo, tum ab alijs plu-
rimum commendari audiui. Et nuper in li-
bro quodam Gallicè scripto empirici cu-
iusdam idem fermè remedium legi: & supe-
rioribus annis cum pestis hîc præluderet, a-
micus quidam similem descriptionem ad nos
misit. Plerique chelidonium in aceto coqui
volunt, sed alij alia addunt: quidam, vt dixi
rutam tantum: alij etiam saluiam nobilem, ro
rismarinum, iridis folia non radicem, zedoa-
riam, & in olla bene operculata coquunt: in-
de paucas guttas ad præseruandum dant: cor

repto

repto autem cochleare cum theriaca & iubent ſudare. Aliqui eadem ferè in vino macerant in phiala bene obſtructa, agitant aliquoties, deinde deſtillant: dant ad præſeruandum, vel correpto, vt ſupra: & eo ſumpto nō ſudare, ſed ambulare iubent quàm fieri poteſt longiſſimè: & ſi opus ſit, duci à duobus hominibus.

Aliter. ℞ Abſinthij, rutæ, turionum rubi ana partem vnam: chelidonij partes tres. Decoque in aceto albo q. ſ. in olla lutata, ad conſumptionem tertiæ partis, detur quàm primum homo infectus fuerit, pòſt ſudet.

Aliter. ℞ Radicum chelidonij libram: ſulfuris, croci, tormentillæ, vnciam: theriacæ vnc. duas: pimpinellæ, gentianæ, ana ſeſcunciam: piloſellæ cum radicibus, rutæ, vtriuſque manipulum: ſaluiæ pugillum. Coque in olla noua bene lutata, cum ij. menſuris aceti albi, ad conſumptionem tertiæ partis. In hoc decocto diſſolue electuarium de ouo (vel theriacam) ad quantitatem fabæ: detur patienti, vt ſcis.

DE VINIS FACTITIIS *& medicatis*

POſtremò hîc quædam de vinis factitijs docebimus, non omnibus tamen ex profeſſo, quod prolixum foret. Qui plura vinorū genera factitia, eorumque compoſitiones & vi

res desiderat, Dioscoridem adeat, & Aetium libro vltimo, & Arnoldi Villanouani librum de Vinis. ¶ Vina medicata diuersis modis fiunt: primò, decoquendo medicamenta cum musto, plerunque ad tertiæ partis consumptionem, despumando interim, & colando postea. Sunt qui vinum per se decoquunt, alij donec tertia pars consumatur, alij multò minus: deinde in sacculo medicamenta in eo suspendunt crassiusculè contusa. Et amara quidem medicamenta præcipuè in vino decocto (sic enim dulcescit) immitti debent in sacculo, vel vnà coqui, vel vtrunq;. Sic fiunt vina cum absinthio, cum zedoaria, cum inula, item cum borragine & melissa apud Arnold. Aliqui mustum recens aliquantulum decoquunt, & refrigeratum infundunt super herbis in vase. Secundò herbas ipsas vel medicamenta arida ponendo in musto, antequã ferueat, vt per eius feruorem in vase medicamenti vis ei commisceatur: sic plerique vinum de absinthio apud nos parãt, & per hyemem in vase reliquunt, semper implenda iterum vasa, si quid inde hauserint: veris initio herbas eximunt, alij per æstatem quoq; relinquunt, sed tamẽ facile corrumpitur, mucet, acescit, præsertim vase non pleno. Quidam epistomijs vasorum intus laminam ex ferro stannato multis foraminibus peruiam, opponunt, ne medicamentis impositis obstrui possit. Licet & quauis anni parte absinthium

alia sue

aliásue herbas in vino vetere in vasculo ponere, præsertim in cellis frigidioribus: aut in amplo vase vitreo bene obstructo: quod si caryophyllata radix arida addatur, diutius cõseruabitur vinum. Aliqui simpliciter medicamentum cuius vim in vinum transire voluerint, cum vino coquunt, quouis anni tempore: sed vina cocta pleraq; exhalant prorsus & subacida fiunt: ergo magis probarim medicamenta contrita in vino vnà cum melle despumato aut saccharo aliquot horis macerari, deinde aliquoties per manicam Hippocratis colari. Sic ex iridis radice vinum hydropicis vtile aliquando paraui, anhelis ex inula, &c. Poteris & cum succis herbarũ depuratis misceri percolariq; vinum: vel ex ijs quæ in sacculo arida trita in eo suspensa fuerint per aliquot dies, exprimi succus, & percolatus admisceri: & in sacculum recentia addi, &c. nam si ita sępius exprimatur materia, & addatur recens, efficacius erit vinũ, & vasculum subinde implebimus in locum exhausti: quod si aliter faceres, vinum subinde infirmius fieret.

Vina medicata (vt diximus) fieri possunt, medicamenta in sacculo, aut simpliciter in musto imposita, vt simul ferueant, relinquendo: aut in vino ad ignẽ bulliendo. Sed prior modus præfertur, quòd per eum non resoluatur vis medicamentorum, nec alteretur aut infirmetur. Debet autem foramen vasis seu

vegetis ſcutella parua tegi, vt feruor modic exhalare poſſit, nec odor tamen nimium euaporet. Si tamen in vino ad ignem coquere viſum fuerit, fiat ignis lentiſſimus & continuatus ſine fumo, vaſe operto ne exhalet, & ad certum tempus decoquatur, maiori minoriue igne, prout cuiuſque rei ſubſtantia requirit, Arnoldus in libro de Vino. Præſtaret quæ coquere libuerit, in duplici vâſe vel in balneo Mariæ coqui.

Aromatica vino factitia per tres aut quatuor dies clara ſeruari poſſunt, poſtea turbantur. Vinorum è medicamẽtis ſimplicibus diuerſis confectiones, docet Plinius 14.16.

¶ Vinum de abſinthio quomodo fiat, iam ſupra dixi. Sunt qui cum ſolo abſinthio parent: alij alias diuerſas herbas, præſertim calidas, admiſcẽt: vt hyſſopum, rutam, ſaluiam, carduum benedictum, pulegium, coſtum hortenſem, phyllitidem, flores ſambuci, cortices fraxini. Ego interdum in phiala vitrea extempore paro, abſinthij comis aridis ſuperinfuſis pari menſura vino Cretico, & aqua ardente ter deſtillata: hoc diu ſeruari poteſt: exigua eius menſura vino multo addita, totum id abſinthij qualitate imbuit. Stomacho frigido prodeſt, flatus diſcutit, colicã phlegmaticam & ex flatibus natam ſanat: ſcabiem curat illitum. Arnoldus in libro de Vinis, Melior modus conficiendi eſt, inquit, quòd contundatur abſinthium viride vel ſiccum, & coletur

letur vinum calidum aut frigidum ſuper ipſum aliquoties, donec ſaporem & vim eius recipiat, & ſaccharo vel melle condiatur. Præſtat autem hic modus conficiendi hoc vinum, quoniam vis omnis abſinthij in ſuperficie eſt, quæ hoc modo optimè extrahitur. Deinde prolixus eſt in recenſendis eius viribus. Poterit ſimul etiam addi galanga & aniſum, aut ſi quid aliud videbitur. ¶Artemiſite vinum fit vt abſinthite.

Vinum de alkekengi ſeu halicaccabi granis eodem modo fit, ſuper ijs contritis vinum colando: pro doſi vna accipies à quinque ad decem: educit materiam calculoſam à renibus & veſica manifeſtè, & vrinam retentam ducit, (vide Arnoldum in libro de Vino) cuius & ipſe nuper periculum feci, colato ſimul aniſo, radice carlinæ, perſicorum nucleis, & lapillis cancrorum, vnde vrina iam diu retenta intra horam ſecuta eſt. Sunt qui (integra) halicaccabi grana in muſtum ponãt vaſe paruo, vt ſimul bulliant, & ad vſum ſeruant.

Vinum ex betonica ad ſtomachi dolores prodeſt, Alex. Benedictus.

Vinum bugloſſatum, è radicibus bugloſsi in vino maceratis, mirè commendatur ab Arnoldo contra atribilarios affectus, cum hiſtoria mulieris cuiuſdam eius potu curatæ, quæ per iracundiam ſæpe fatua reddebatur.

Vinum bugloſſatum, in quo radices bugloſsi bene lotæ extiterint per diem ac no-

ctem: vel syrupus eius, affert lætitiam, & melancholicis prodest. Vsu eius (vini) curati sunt quidam ab amentia & permixtione & alienatione rationis, Arnoldus de conseruanda iuuentute, cap. 3. ¶ Aliud vinum compositum cum radicibus & floribus buglossi, cum sena aut absq; ea, leges apud Arnoldum in libro de Vino, hac inscriptione: Vinum mirabile pro melancholicis, cardiacis, &c.

Vinum borraginatum fit, si in musto nouo ponantur borraginis flores, vsque ad perfectam depurationem : vel si in vino nouo diaborraginatum aut conserua dissoluatur, & reseruetur ad vsum, Arnoldus in libro de Conseru. iuuent.

Vini compositio contra humores adustos, & pro colericis & maniacis, conferens lætitiam. ℞. radicum buglossi mundatarum libram. Rosarum rubearum, florum violarum, borraginis & buglossi ana ℔. semis: been albi, & rubri vtriusque vnciam. Conquassata pone in sacculo, & sacculum in vase continente tres sarcinas boni vini (musti puto) recens expressi albi & clari, quàm reperiri potest maximè. Huius vini dimidia pars cũ dictis speciebus bulliat, & altera dimidia per se bene despumando. Deinde cola illud vbi species sunt, in vas : imple de altero, donec recesserit feruor, & satis clarum fiat. Debet autem eius vsus esse assiduus, Arnoldus de Conser. sanit.

Vinum

Vinum inulatum. Inulæ radices tessellatim incisas in olla fictili noua vitreata coques in musti sextarijs duobus aut amplius, donec partes aliquot consumantur. Deinde musti optimi dulcis sextarios viginti quatuor aut amplius, in caccabo decoques donec dulcescat: postea inulæ radices vnà cum musto in quo deferbuerunt, affundes, & cum adhuc aliquantulum simul bullierint, depones ac seruabis. ¶Aliter. In musto dulci despumato & ad tertiæ partis consumptionem decocto, cum iam ferè satis coctum fuerit, inulæ radices inijcies, (pro congijs viginti quinque, vel circiter, vncias nouem:) & cum modicè adhuc bullierit mustum, depositum & refrigeratum: serua: & inulæ radices (easdem scilicet, colando separatas) in sacculo intra vas suspende. Debent autem radices colligi menseOctobri crescente Luna aut ineunte æstate, & siccari in Sole, Hæc ex manuscripto quodam libro Germanico transtuli. Vide Dioscoridem, qui hoc vinum nectarite nuncupat.

Vinum arceuthito. Pro musti congijs viginti aut circiter, iuniperi baccarum dimidium quadrantem (quadrantem vocamus modij Heluetici, sed is quoque variat, quartam partem) accipe. Fundum vasis primo consternes tenuibus segmẽtis è fraxini ligno dolato, ne baccæ epistomij aditum obstruere posśint: deinde dimidiam partem bac-

carum superinsternes: tertio reliqua segmenta: quarto reliquas baccas, vnà cum manipulo artemisiæ, & linguæ ceruinæ vulgò dictæ dimidio. Postremò vas replebis optimo & dulci musto, vt simul ferueat. Huius vini vsus vt contra venena & multos morbos hominem præseruet: debet autem bibi haustus eius vnus aut alter ab initio prandij: & vnus post cœnam ante somnum, Innominatus.

Nostri vinum conficiunt per æstatem, nigra cerasa acida, quæ visula vocant, integra imponendo in vas, quartam partem relinquendo vacuam, superfuso vetere vino albo, quod breui rubeũ colorem trahit, citius quidem si pediculi omnino adempti fuerint: tardius, si ita resecti vt pars adhuc hæreat, sed ita diutius seruant colorem. Solent autem cum aliquid inde hauserint, mox iterum vas implere. Cor & stomachum roborat, sitim mitigat, refrigerat, siccat, astringit. Alij non integra, sed trita imponunt, aut in sacculo suspendunt, vnde odoratius vinum fit, nucleorum ratione, minusq́; astringit, & magis ducit vrinam. Potest & quouis anni tempore ex aridis fieri. Aliqui succum ex his cerasis per se in vase ponunt, & cum deferbuerit obstruunt, ac pro vino vtuntur, vel per se, vel modis cum eius copioso vino miscentes. Idem succus coquendo densatur: & cerasa ipsa saccharo condiuntur.

Vinum è prunis syluestribus ijsdem modis fit per

fit per autumnum, vbi iam satis mollia & bene matura fuerint.

Vinum raspatitium (nostri vocãt rappis) id est, linguam quadam acuta stypticitate mordens, prouocat appetitum villos stomachi astringẽdo. Medetur corpori ob calorem dissoluto, potissimum æstate, cholericis, & sanguineis vtile: fit autem sic. Ponantur aliquæ vuæ acerbæ cum maturis in torculari vt simul exprimantur. Vel quod melius est, referuentur vuæ & conterantur vnà cum raspacijs suis, & immittantur vasi cum musto: contrahet autem mustum illud à succo raspaciorum (scaporum, Galli grappes vocant, nostri rappen / vnde vino nomen) illorum & vinaccorum in vuis, quæ sunt acetosa, ponticitatem quandam & astrictionem, Arnoldus de Villa noua. Nostri aliter parant: racemis integris bene maturis dolia implent, & vinũ vetus superinfundunt, & quotiescunq; vinum inde hauserint, rursus implent. Sunt qui alternis racemos, & folia saluiæ imponãt. Stomachum recreat, sitim remittit. Dysentericam potionem quandam Nic. Myrepsus in D. litera cap. 85. parrari iubet cum rhaspe bono aut marathrato aut elelisphacato puro vino. Fuchsius pro rhaspe forte, inquit, legendum rhoites vel rhodites. Apud eundem antidotus quigentesima fit cum vino bono rubeo aut raspe: & similiter vltima antidotus. Ego vinum raspatitium intelligo, quod plerunq;

cum saluia fit, &c. & rubeum semper.

Sunt qui raspatitio vino etiam aromata addant; qualia sunt: ℞ galangæ vncias quinque: cinnamomi, caryophyllorũ, ana drach. duas: zedoariæ semunciam: coriandri vncias tres: fiat puluis crassiusculus.

Vinum passulatum, quod mellitum vocat Arnoldus, fit passulis in vino (vel musto) decoctis donec dulcescat, quod mox in vase cõditur: & passulæ contusæ in idem coniiciuntur: subsidunt autem illæ in fæces.

Sed idem Arnoldus aliud quoque describit egregium, quod passulatum vocat, passulis cum cinnamomo decoctis in musto non multo, quod deinde reliquo musto in vase condito affunditur.

DE VINIS AROmaticis.

ARomatica vina fieri solent dupliciter, vel aromatibus tantum in sacculo suspensis, in vase quod in cella vinaria relinquitur: vel melle etiam addito, vt ex tempore tantum fiat, quantum desideramus, & speciebus contritis simul per colatorium vel manicam Hippocratis laneam, vt vocant, aliquoties colatis: hoc vinum mulsum, vel mellitum vocari potest, vulgò claretum & nectar nominant, & melicratum impropriè, cũ vino albo. Quòd si pro melle saccharum addant,

dant cum vino rubro, Hippocraticum vocant. Fiunt autẽ in pharmacopolijs vina hæc aromatica plerunq; ea proportione, vt ad aromatum siue specierum drach. septem mellis vnciæ tredecim addantur, & vini albi odoriferi libræ quatuor. Vel ad drachmas sex specierum sacchari purissimi selibra, vini rubri libræ quatuor, aut minus: alij multò plus sacchari admiscent, vt specierum quoq;. Aliquando croci semidrachma vel multò minus additur, tingendi causa, præcipuè mulsis. Antequam verò coletur vinum per horas aliquot, viginti quatuor ad summum, loco calido vel in hypocausto relinqui debet cum speciebus infusum.

Vinum hippocraticum fictitij generis est, facili ratione. Gallijs maxime transalpinis gratissimum. Cinnamomum, saccharum, & carpesium teruntur in fiscum, ex eo vinum liquatur, vt transeundo qualitates eas combibat. Datur hoc epulis principalibus cum eucharite pane bellariorum vice, qui mos, sed in alio vino, peculiaris Atheniensibus fuisse legitur. Hermolaus Barbarus Corollarij li. 5. cap. de vua œnanthe.

Aliud. Corticum cinnamomi interiorum drachmas sex: zinziberis albi integri semunciam: nucum moschat. electarum drach. duas. Caryophyllorum, granorum paradisi, vtrorumq; drach. cardamomi, piperis, calami arom. coriandri præp. singulorũ scrupul.

misce & tere crassiusculè. Vini libras octo, mellis despumati vncias viginti sex, misce omnia & cola secundum artem. Sunt qui vina hæc aromatica cum lacte amygdalarum clarificent.

Aliud, ad cardiacos, descriptũ ab Alexandro Benedicto lib. 10. ℞ Vini austeri odorati sextarium: sacchari albi selibram: cinnamomi, zingiberis ana semunciam, galangæ drachmam.

Aliud eiusdem ad imbecillitatem stomachi. ℞ Cinnamomi semunciam: zinziberis albi drachmas duas, Caryophyllorum, piperis longi, glandis moschatæ ana obolos quatuor. Bene tunsa cum albi sacchari selibra, in meri albi congio commisceto, ac percolabis: summum enim dissolutis stomacho remedium est.

Aliud. ℞ cinnamomi vnciam: zinziberis semunciam: galangæ drachmas duas: caryophyllorum drachmam: granorum paradisi drachmas duas: sacchari albi vnc. octo vini optimi q. s.

Aliud. Cinnamomi sescunciam: zinziberis semunc. caryophyllorum drach. duas: granorum paradisi, galangæ, vtriusque drachmam, Sacchari sesquilibram. Vini rubri mensuras duas, (id est, libras quatuor) misce fiat Hippocraticum.

Aliud. Interioris cinnamomi vncia: zinziberis al. semuncia: granorum parad. drach-

mæ

mæ tres: caryophyllorum, moſchocaryi, vtriuſq; drachmæ duæ: macis, galangæ vtriuſque ſeſquidrachmã: piperis longi drachma: ſpicæ nardi, folij, vtriuſq; ſemidrachma: fiat puluis. Huius ſingulas vncias ſingulis vini menſuris addes, cum libra ſacchari, & tornesolo (ſic dicto genere lanæ purpureo) ad colorandum q.ſ.

Aliud quod ad thoracis & pulmonis vitia accommodatum videtur. ℞ cinnamomi optimi à craſſo cortice abraſi vnciam: caryophyllorum ſeſquidrachmam: aniſi, fœniculi, vtriuſque drachmã: glycyrrhizæ drachmas tres: macis, cardamomi, ireos, anadrachmam ſemis. Sacchari albiſſimi vncias tres. Singula diligenter trita infundantur cum ſequentibus. Recipe vini maluatici vncias nouem: aquæ borraginis libram; roſaceæ ſeſcunciam: aquæ meliſſæ vncias tres. Per tres horas iuxta fornacem relicta, tandem ſæpius per ſaccum filtri colato: fiat Hippocraticum vinum clarum.

Hippocraticum laxatiuum. Vinum contra quartanam, quotidianam, & tertianam notham concoquit & præparat humores, & eoſdem mox per aluum educit. Recipe eſulæ libram, epithymi drachmas ſex: polypodij, cinnamomi, paſſalarum, ana drachmas quatuor: maſtichæ, zinziberis, zedoariæ, caryophyllorum, ſingulorum vnciam. Sacchari quantum ſufficit, Arnoldus.

Nectar apud Arnoldum. Pro sextario vini accipe zinziberis electi excoriati, caryophyllorum, cinnamomi excoriati, ana drachmas duas: granorum paradisi drachmam. Fiat cum optimo vino, vel Græco, quod melius est: & loco mellis ponatur saccharum cum grano moschi, & est nobilissimũ. Syrupus vel iulep de vino ad conseruandam valetudinem & iuuentutem fit, in tribus libris boni vini ponendo duas libras sacchari: fiat syrupus, cuius vsus est cum aqua. Gerit autem vicem cibi & potus, & recreat naturam, Arnoldus in libro de Conseruanda iuuentute.

Vinum saccharatum decoctum. Senibus, frigidis & debilibus conuenit, & quibus humor natiuus & calor naturalis imminuuntur: nutrit enim, & sanguinem generat, & replet partes principales spiritibus. Recipe vini optimi de Vernacia, vel Græci, aut similis libras tres: sacchari albi Caffetini libram. Coquantur ad lentum ignem more syrupi: serua & vtere cum duabus partibus aquæ, vel aliter vt vsus postulabit. Hoc vinum (siue potius ex vino syrupum) Rabi Moyses in libro de Victus ratione senum & conualescentium approbat.

DE

DE VINIS MVLSIS *aromaticis.*

DE saccharatis vinis aromaticis iam supra dictum est, & simul in genere de mulsis quoq; siue mellitis aromaticis. Licet autem & in superioribus compositionibus omnibus loco sacchari mel ponere, & pro rubro vino album, in sequentibus verò contra. Sic ex Hippocratico vino claretum siue clarum feceris, & ex claro Hippocraticum. Sunt qui coloris vini differentiã non faciant. Mel quidem semper cum modica aqua prius decoqui & despumari debet diligenter. Sunt qui illis etiam vinis quæ cum multo saccharo fiunt, modicum mellis addãt, ad maiorem dulcedinem: alij multum. Vide aromatite vinum in Dioscoride. Alchandicum est vinum decoctum cum aromatibus & zuccaro aut melle: & apud quosdam Italos dicitur clarea, cuius descriptio habetur in libro Simplicium Ebenesis.

Species clareti. Zinziberis, galangæ, vtriusq; vnciam: cinnamomi vncias duas: caryophyllorum drachmas duas, granorum paradisi, piperis longi, vtriusque drachmam. Mellis sesquilibram. Sacchari libras duas. Vini albi mensuras quatuor, (libras sedecim.) Alij cum solo melle parant, & aliquid spicæ & nucis moschatæ addunt, & cum albumine oui clarificant.

Claretum quod Philip. Vlstadius in Cœlo philosophorum describit, capite 57. ℞ vini albi optimi libras quatuor: sacchari albi duri vncias quatuor: cinnamomi vnciam: coriandri præp. drachmas tres: caryophyllorũ drachmas duas: granorum paradisi, zinziberis albi ana sesquidrachmam: piperis longi scrupul. duos: zedoariæ drachmam semis. Omnia trita subtilissimè & colata, reseruentur in vase stanneo.

Vinum senescentium, hyemali tempore vtile melancholicis & phlegmaticis: renes & totum corpus calefacit, tumorem hęmorrhęoidum tollit, cõcoctionem iuuat, bonum colorem facit, lumen clarificat, ingenium acuit, canitiem retardat: & eadem pręstat quę hiera picra, nisi quòd amaritudine caret, & ventrem soluit. Recipe spicæ, cinnamomi, carpobalsami, xylobalsami, zinziberis, galangæ, calami arom. macis, asari, myrtillorum, ana drachmã: mastiches drachmas duas: liquiritiæ, passularum, singulorum semunciam: sacchari pro arbitrio. Fieri potest per decoctionem, vel sine ea instar clareti, ponendo species in sacculo largo, & sacculum in colatorio, & toties colando, donec vis specierum tota in vinum transiuerit, quod per gustum cognoscetur, Arnoldus in libro de Vino.

Aliud. Recipe zinziberis drachmas duas: cinnamomi semunciam, caryophyllorum drach-

dracmam. Vini albi menſuras tres. Mellis vn ciam, ſacchari albi ſelibram. Fiat claretũ ſecundum artem.

Aliud laxatiuum. ℞. Galangæ drachmas ſex: cinnamomi vnciam, turbit, eſulæ, catapotię, hermodactylorum, ana drachmam ſemis, Terę, fiat claretum cum melle & ſaccharo.

Aliud. ℞. zinzib. vnc. duas, ciñamomi quatuor, caryophyllorum duas, galangæ tantundem, granorum paradiſi vnam. Singula ſubtiliter trita cribrataq́ miſceantur. Deinde croci orientalis vnciam bene tritam ſeorſim ſeruabis. Claretum facturus, mellis libras duas ad ignem, in fictili nouo feruefacies, & quum bullire cœperit, aufer ab ignę, & parua mora interpoſita deſpumato. Deinde męnſuras duas, circiter octo libras vini accipies, (quod eo melius erit quo dulcius & clarius fuerit,) & admiſcebis ei de ſpeciebus prædictis vncias duas, & croci drachmam aut amplius. Deinde per ſacculum colabis, cuius pars ſuperior (ferè ad duas tertias totius longitudinis) linea ſit, inferior lanea per vnam tertiam totius ſacci aut paulo plus. Cum vinum ſatis colatũ fuerit, fæces infundere poteris in hydromeli ſiue apomeli vt vulgo paratur, vt quod reliquum virium eſt, in id deponat. Hoc vino ſi mulier vti debeat, vt delicatus aliquis, pro melle ſaccharum pones, Ex Germanico libro manuſcripto.

Aliud tempore peſtilenti præſeruans. Re-

pe vini optimi mensuram, angelicæ semunciam, boli Armenię drachmam, nucis moschatæ drach. duas, galangæ, piperis longi, coriandri, ana drachm. semis, zinziberis sesquidrachmam, cinnamomi drachm. sex, sacchari selibram.

EX LIBRO QVODAM MANVscripto Latinè, compositiones aliquot nectaris siue clareti: quum maiorem eius copiam in barili aut vase ligneo, seruandã in cella vinaria desideramus. Lotum, vt videtur, certæ mensuræ vini, apud Hispanos forsan, nomen est.

CLaretum vel nectar bonum sic facies. Cinnamomi libram, galangæ, zinziberis, cardam. granorum parad. caryophyl. cubeb. macis, singulorum vnciam. Piperis longi, & nigri si volueris, vtriusque semunciam. Spicæ nardi, nucis mosch. schœnoanthi, sing. drach. tres, Croci drachmã. Terantur omnia minutissimè & misceantur. Sic habes species pro medietate oneris vnius equi, id est pro barili vno, (libris forte centũ viginti octo.) Nectar autem sic facies. Pone vinũ totũ in vasis, deinde species pone in aliquo panno lineo satis amplo: & in barili, in quo nectar facere volueris, pañum intromitte cũ specieb. ita quòd latera panni superemineant aliquantulum supra os barilis. Postea in aliquo vase pone qua

tuor

tuor libras mellis, & fortiter cum vino misce, ita vt totũ satis clarum sit. Tum vinum super species colando infunde, & postremò vinum cum melle. Demum clauso barili species in eo relinq; cum paño per biduũ. Tandẽ aufer fortiter cõprimendo: & habebis nectar optimũ. Si vero pro principe aut prædiuite aliquo parare volueris, adde supradictis ligni aloes optimi, folij, vtriusq; semũciam, moschi drach. semis, & loco mellis pone saccharũ minutissimè tritum in mortario, deinde solutũ in vino.

Aliud nectar optimum, cum eisdem speciebus, sed ponderibus diuersis. ℞. cinnamomi vncias duodecim semis. Zinziberis, galangę, granorum paradisi, caryophyllorum, cubeb. macis, cardamomi, ana drachmas duas, piperis longi scrupulum, spicæ nardi, schœnoanthi, nucis moschatæ, ana scrupulum semis, croci ad pondus (denarij) Turonensis, vel paulo plus. Hæc omnia minutissimè trita misce, & habebis species abunde pro loto nectaris ciuitatis Burgensis.

Deinde accipe libram mellis cum pinta aquę fontanæ decoctam vsque ad consumptionem aquæ: & refrigerandam sepone. Tunc accipe circiter lotum boni vini, & sacco cum prædictis speciebus in vas immisso, vinum percolando, infundito paulatim, mel etiam cum vini parte prius mixtum paulatim infundendo, ita vt succus non cõprimatur. Quod si pretiosius facere voles, saccharum pro melle

pones in vino diſſolutum, ſimiliter pondere libræ aut amplius. Percolabis autẽ ter vel quater, vt fortius & melius euadat vinum. Addes etiam prædictis agallochi optimi, folij, ana grana duo, & moſchi aliquantulum. ¶Aliter: Suſpende ſpecies in ſacculo in vino mixto cum melle vel ſaccharo, & poſt duos aut tres dies extrahe bene comprimendo. Sed ſuperior modus melior & pulchrior eſt.

AD FACIENDVM NECTAR, *modi tres, quorum duo priores Gratia Dei vocantur, tertius manus Dei, ex codice manuſcripto.*

Recipe, Cinnamomi drachmas nouem zinziberis drachmas quatuor, nucis moſchatæ, piperis longi ana drach. tres, galangæ, granorum paradiſi, macis vel folij, cubebarum ana drach. duas, caryophyllorum drachmam, ſpicæ nardi ſerupulum integrum, croci dimidium, ſacchari libram, vel mellis pintam quod bullierit in pauca aqua ad conſumptionem aquæ, bene deſpumati. Miſce in ſeſquilotum vini. Aliqui addunt cardamomi & carui ana drach. duas. Et hoc eſt melius claretum.

Ad idem ℞. Ariſtolochiæ rotundæ, cinnamomi, vtriuſq; vnciam. zinziberis ſemũciam, galangæ, granorum paradiſi, caryophyllorum, cubebarum, macis nucis moſchatæ, ana, drach.

drach.duas, piperis longi drach.tres, ſpicæ nardi ſcrupulum, croci dimidium, ſacchari libram, vini lotum. Quòd ſi pro diuite fuerit, adde agallochi optimi grana duo, & moſchi dimidium granum. Vel, ſecundum alios. ℞ Cinnamomi electi vnc. duas, zinziberis vnam, granorum paradiſi, piperis longi, vtriuſque ſemunciam, nucis moſchatæ, caryoph, macis, ana drach. duas cubebarum, cardamomi, ana drachm. ſpicæ nardi, ſchœnoanthi, calami aromatici, ana ſcrupulum. Trita commiſce cum tribus libris mellis, & loto vini, vt dictum eſt.

Potus qui dicitur Manus Dei. ℞. cinnamomi ſeſcunciam, zinziberis drach. tres, cardamomi drach. duas, folij, galangæ, ana drachmam, ſpicæ nardi, carui, ana ſemidrachmam, piperis longi vel nigri drachmas quatuor. Si fiat pro diuitibus, adde caryoph. nucis moſchatæ, macis, granorum paradiſi, ana drach. duas. Mellis deſpumari pintam. Vini boni lotum Burgẽſe. Et ſi potes, loco mellis pone ſacchari librã. Si rectè paretur hic potus, vtilis erit aduerſus multos affectus præcipuè frigidos, & in ſenibus, ac illis qui imbecilliores ad Venerem. Conueniet phlegmaticis, & melancholicis mirificè, vt meritò Manus Dei vocetur. Triſtitiam ſoluit, lętitiam confert. Splenis & hepatis obſtructiones aperit. Hydropem curat: & lapidẽ de renibus potenter educit, ſi addat parũ ſaxifragiæ & laipdis lyncis.

Species pro vino zedoartico. ℞. Zedoariæ, ciñamomi, vtriusq; semunciã, galangæ drach. duas, misce, fiat puluis.

Ad vinum quod à scapis denominatur: (Zücinem rappis.) ℞. Zedoariç semunciam, coriandri vncias tres, galangç vncias quinq;, cinnamomi, caryophill. ana drach. duas, fiat puluis crassiusculus.

Aliter, pro zedoartico vino species, quæ sufficiunt pro mensura vini quæ oma vulgò Argentinæ vocatur. Cinnamomi vncias tres, caryophyllorum, nucis mosch. granorum paradisi, cardamomi, ana semunciam, zedoariæ drach. sex, cubebarũ, piperis longi, ana drach. duas. Contunde crassiusculè, misce pro sacculo.

Ad idem. Cinnamomi vncias duas, zinziberis semunciam, caryoph, piperis longi, cardamomi, cubebarum, zedoariæ, ana drachmam vnam, galangæ, granorum paradisi, ana drachmam semis. Trita crassiusculè misce pro sacculo.

DE VINIS AROMATICIS CVM *aqua ardente.*

AQuam ardentem facile cum aliorum medicamentorum tum aromatum, odorem & vim omnem imbibet, si paucis horis trita in ea maduerint, & exiguum eius deinde vino simplici affundatur, & posse hoc modo varia

varia odore & ſapore vina ex tempore para-
ri, ſupra ſcripſimus ex Arnoldo in aquæ ardẽ
tis ſimplicis deſcriptione.

Apparatus vini quod Hippocraticum vul
gò vocant. In aquæ ardentis ter quaterue aut
amplius deſtillatę vncias duas cinnamomi in
iiciito, & zinziberis dimidiam, granorum pa-
radiſi, piperis, ana ſeſquidrachmam, caryo-
phyllorum drachmam, nucem moſcatam di-
midiã. Trita omnia in vas bene clauſum per
quatuor dies indito, & bis aut ter quotidie a-
gitato, demũ colato & reſeruato, poteſt autẽ
longo tempore ſeruari. Huius mediocre co-
chleare plenum immittes in generoſi vini ru-
bei menſuram, & ſacchari libram addes. Si ta
men vinum dulce ſit, ſaccharo opus non eſt,
Furnerius.

Maluatici modus. ℞. galangæ optimæ, ca
ryoph. zinziberis, macis, ana drachmam. Hęc
omnia craſſiuſculè trita in vaſe ligneo bene
operculato infuſa in aqua ardente relinques
horis viginti quatuor. Deinde in linteo ſuſ-
pendes à filo in vas capax ſummæ, vt vocãt,
aut dimidiæ ſummæ vini clari per tres dies.
Et habebis vinum tam bonum & forte quàm
ipſum natiuum Maluaticum aut Traminium
eſt, liber manuſcriptus Germanicus.

Vinum ſapore Rhætici. In vaſe vitreo vel
fictili vitreato, linteolum aromatibus iam di
cendis plenum ſuſpende, & reple aqua arden
te, diligenter obſtrue: & relinque, ſaltem per

horas duodecim. Cum vti volueris, linteolum exprime in magnum aliquod poculum vitreum, cui infundendum est vinum, ita vt latera poculi aromatica illa aqua ardente conspergantur: aut liquor in fundum expressus, inclinato poculo latera vndique madefaciat, deinde vinum infunde quod habebit saporem Rhætici. Aromata hæc sunt. Cinnamomi, zinziberis, caryophyllorum, de singulis semidrachma, crassiusculè trita misceantur, linteolo illiganda.

Eodem modo fis sapor moschati vel muscatelli vini: accipe nucem moschatã cum pauco macis, trita misce vt supra.

Caryophyllatum. Caryophyllorum semidrachmam cum pauco cinnamomo tere, & in linteolo liga, vt supra.

Alsatici sapor. Saccharum candi in linteolo liga vt supra. Aut mel diligenter despumatum cum aqua ardente misce in vasculo bene obstructo: & cum vti volueris, linteolum hoc liquore intinctum in poculum exprime. Hæc omnia ex libro quodam Germanico manuscripto mutati sumus.

DE ALIIS QVIBVSDAM VInis aromaticis præsertim quæ fiunt sacculo in vase suspenso.

Vinum

¶ Vinum caryophyllatum fit, caryophyllis in sacculo suspẽsis in vase cum musto. Multum desiccat, dissoluit, consumit, attrahit, iuuat asthma antiquũ, & tussim in senibus cum humorum corruptione: vtile etiam in epilepsia & syncope, concoquendi & retinẽdi vim confirmat, anhelitum reddit odoriferum. Multum autem de siccitate eius remittunt saccharum & glycyrhiza; Arnoldus in libro de vino.

Eodem modo quælibet aromata (& remedia) tum frigida tum sicca in sacculo suspendi possunt, & vino vel musto immitti, quod eorum vi & qualitate imbui volumus, Ibidem.

Aromaticum vinum fit ad iuuentutis conseruationem, si in sacculo lineo immittantur species non tritæ, sed particulatim scissæ ita quod substantia specierum sit in sacculo vaga, & ponatur in vino, ore vasis diligenter obstructo, Arnoldus de conseruanda iuuentute.

Alius aromatici vini modus, ad confirmationem temperamenti & iuuentutis. Cubebarum, caryoph. nucis mosch. passularum, de singulis drachmæ tres, in sacculo bulliant in boni vini libris tribus vsque ad tertiæ partis consumptionem, adde saccharum, & inde mane ac vesperi propina vncias singulas, plus minus. Vel fiat sicut claretum, Arnoldus ibidem.

Vinum crocatum lætitiam affert, & aufert melancholiam, Arnoldus de conſeruanda iuuentute capite tertio. Eius verò componendi modum docet eiuſdem libri tractatu ſecundo, his verbis: Pone modicum croci bene ſiccum in ſacculo amplo de panno lini ſubtiliſſimi rari, & ſacculus ponatur in colatorio de ſtaminea vel panno lineo, & ſuperfundatur vinum (vel etiam oleum pro oleo crocato) ad modum lixiuij, & repetatur donec placeat color & ſapor. Poſſunt & aliæ ſpecies admiſceri pro arbitrio.

DE VINIS ARTIFICIOSIS *quæ ſaporem peregrinorum referunt, propter aromata & ſpecies in ſacculo intra vas ſuſpenſas.*

VAria aromatica vina quomodo fiant, & peregrinorum quorundam ſapor fictitius cum aqua ardente & aromatibus ſuperius oſtenſum eſt: hic addemus quomodo peregrina quædam vina homines induſtrij abſque aqua ardente imitentur: non vt impoſturas inde addiſcant homines auari, ſed vt medici ægrotis præſertim delicatioribus, ſimul & gratificari interdum & prodeſſe poſſint. Decerpſimus autem quæ ſequuntur omnia, ex Germanico libro manuſcripto.

Græ-

Græcum vinum sic fit. Zinziberis, galangæ, vtriusque selibram, granorum paradisi, caryophyllorum, ana vncias tres, in sacculo suspende in dolio vini mediocri, (in ein Füder.)

Vinum Maluaticum. ℞. Moschi, agallochi, vtriusque drachmam, cinnamomi, cardamomi (si rectè lego,) caryophyllorũ, ana drach. duas, sacchari candi semunciam.

Vinum de Romania. ℞. succi glycyrhizæ, cinnamomi, vtriusque drachmas duas: anisi drachmam, macis drachmas semis, sacchari drachmas tres.

Vinum muscatellum. Recipe polypodij, liquiritiæ, anisi, singulorum drachmas duas, nucis moschatæ drachmas tres, calami ar. drachmam.

Muscatellum rubrum sic facies. Florum sambuci vnciæ quatuor, cinnamomi semuncia, bulliant in musto rubeo. Muscatelli odorem facere putantur quæcunque moschum referunt odore suo, & quæ à moscho denominantur, vt nux moschata, & cortex eius qui macis vocatur, item flores sambuci pręcipuè, & coriandrum. Multi & sclaream herbam in vino suspendunt, nimirum folia cum floribus: cuius odor vehemens & non ingratus est, aliqui tamen insalubrem esse & caput grauare putant.

Sed compositiones huiusmodi infinitæ fieri possunt: & satis est homini industr. & simpliciũ

medicamentorum, aromatum, & condimentorum naturæ gnaro, paucas aliquot veluti formas præscriptas habere, quas ipse multis modis pro occasione & varijs circunstantijs variabit. Nos Deo immortali gratias agentes, à quo omnis remediorum successus pendet, huic libro in præsentia finem imponimus.

FINIS.

CAPITA PRAE-
SENTIS LIBRI.

Præfatio.
1. *De liquorum & oleorum ſtillatitiorum inuentione, pag.* 3
2. *De ſcopo huius libri.*
3. *Laus eorum qui quæ optima & efficaciſſima habent remedia, communia eſſe volunt.*
4. *Quantum in omni re apparatus referat.*
Authores in hoc libro citati, pag. 9
De deſtillatione eiusq́ differentijs in genere, pag. 11
De viribus liquorum deſtillatorum in genere pag. 14
De multiplici vſu liquorum deſtillatorum, tũ in re medica, tum extra illam, pag. 17
Forma purgandi aquas turbidas, ex Bulcaſi, 18
De balneo Mariæ in genere, & de ijs deſtillationibus, quæ fiunt in vapore aquæ feruentis, & in fimo equino, 19
Egregiæ quædam aquæ ſimplices in Balneo M. deſtillatæ, ordine alphabeti enumeratæ: primum ex plantis, pag. 22. Deinde ex animalibus pag. 22.29
De vaſis & inſtrumentis diuerſis ad deſtillationem pertinentibus, 30
De materia vaſorum ad deſtillandum: &

primum contra plumbea & ænea vasa, 33
De furnacibus, 35
Vasa quomodo claudantur & muniantur, tū luto tum aliter, 37
De præparatione ad destillationem. 38
De rectificatione liquorum destillatorū. 41
Destillatio per filtrum 41
De aqua ardente seu aqua vitæ simplici, eiusq; viribus & vsu multiplici, 42
De ijs quæ arida destillantur in liquore aliquo infusa 47
De quinta essentia remediorum 50
Vini 54
Quinta essentia frigida 57
De chelidoniæ essētijs omnib. extrahēdis 58
Quinta essentia ex fructibus 65. *Ex floribus, herbis, radicibus* 60
Ex sanguine humano ouis, carnibus, & melle 61
De quinta essentia metallorum 63. *Ex antimonio, plumbo, cerussa* 64
De aquis vitæ compositis 65. *De eisdem, ex Lullio* 72
De remedijs quæ aquæ vitæ miscentur citra destillationem 73
Aquæ ardentis vsus cum alijs medicamētis extra corpus 74
De aquis destillatis compositis, sed alijs quàm cum aqua vitæ 75
Aquæ

Aquæ compoſitæ quædam vel ex remedijs per ſe, vel cum aqua fontana deſtillandis, ex Rogerio 79
De aquis virtutum ſiue Aureis, & alijs quibuſdam compoſitis ex pluribus remedijs cũ vino deſtillatis 79
Aquæ compoſitæ nonnullæ cum aceto deſtillatæ 84
Caponum aquæ 85
Aquæ compoſitæ, ad varios affectus, intra corpus præcipuè, quarum quædam ex recẽtibus adhuc pharmacis & ſucculẽtis fiũt: aliæ verò infuſæ in plantarum ſuccis aut aquis deſtillatis, ſero lact. aut ſãguine 86.b
Ex ſanguine maialis 89
De purgantibus medicamentis compoſitis deſtillatis 89.b.
Aurum potabile 90
Aquæ aliquot compoſitæ ad oculorum affectus 93. *Ex Rogerio* 94
De aquis odoris 95. *Ex Furnerio* 97.b.
Aquæ deſtillatæ coſmeticæ, hoc eſt ad ornatum pertinentes 99. *Ex Furnerio* 101.b.
Ex Gordonio 104
Aquæ ad tingendos capillos & alios pilos 105.b. *Dentibus purgandis* 106.b
Per deſcenſum quomodo deſtillentur aquæ ex herbis, floribus & radicibus 106.b.
Deſtillatio in cineribus, vel arenis, aut ſcoria trita, &c. 107.b.

Extemporaneus quidam modus 110. *Resina per fundum tenuiss.* 110
De rosarijs, id est instrumentis, quibus ex rosis & alijs medicamentis liquor stillatitius elicitur, igne subiecto plerumque immediatè, ex carbonibus aut segmentis lignorum 110
De oleis destillatis, & primum in genere, dein de particulatim. De oleis ex plantis, floribus, herbis, gummis, resinis, seminibus, corticibus, lignis 112
Ex aromatibus, vt caryophyllis, nuce moschata, croco, macis, & alijs 113.*b.* & *deinceps.*
Olea ex seminibus & fructibus 119
Ex baccis iuniperi 120
De oleis ex gummis, lachrymis, seu liquoribus densatis, & resinis 123,*b*
De oleo terebinthinæ siue larginæ resinæ. 124.*b*
Oleum ex tartaro 125.*b*
Olea de corticibus 125.*b*
De oleis ex lignis. 127. *Oleum capnistum* 139.*b*. *Ex papyro* 130.*b*
De balsamo vero, 130.*b*. *Antibalsama* 131.*b*
Balsamelæa arte composita. 134
De balsamis quæ extra corpus vsurpantur, 142.
De oleis ex animalium partibus vel excrementis 144
[illegible]*leis*

De oleis ex metallis, lateribus, gagate, ſuccino 144.b
De aqua forti & ſimilibus 159.
De liquoribus gemmarum 161.b.
De quibuſdam, vt argento viuo præcipitato, eodemq́, & arſenico ſublimatis 161.b.162.b
PARS II. *De alijs quibuſdam non alchymicis, ſiue non deſtillatis aut ſublimatis remedijs, ſed per alios diuerſos modos ingenioſè præparatis, &c. 168.*
De oleis diuerſis 168. b. & primũ ex plantis. Ex tartaro 174.
De oleis ex vitellis ouorum, lumbricis, ſcorpionibus 175.b. &c. Ex ſulfure 179.
De fomentis & ſuffitibus 179.b.
De ſuccis quibuſdam: & plurima de ſucco elleboris 182. Iterum de ſucco ellebori, & extrahendis viribus ex medicamentis purgantibus ac alijs quibuſdam 185.
De ſucco iridis & rapi, &c. 187.
De decoctis 188.
De vinis factitijs medicatis 189.

INDEX ALPHABETICVS, IN QVO LITERA R. REMEDIVM SIGNIFICAT: *b. vero ſecundam folij faciem denotat.*

A

Abſinthij aqua 5.22.b.49
abſinthij vinũ 74 quomodo fiat 189.b
abſceſſus rumpit 45.76 b.81.b
aceti vſus 144.b
aquæ compoſitæ cum aceto deſtillatę 84.b
acetum candidum reddere 110.b
acetum conuertere in aquam 110
acetum deſtillatum 17
aduſtio oleorũ quomodo emendetur 116
aduſtione caret quinta eſſentia vini 55.
aduſtionũ ab igne r.161 176.24.28 64.b
æther calidior igne 51.b
affectib.medetur 137.b
affectus animi immutat 46
affectus calidi 57.b
affectus interaneos curat 81.b
albugines oculorum abolere 30
alembicum quid 31
alkekengi vinum 191
allegoricæ interpretationes authorum 153 b.154
alſinæ aqua 22.b
alterare 79.b
aludel, alutel, aluthel 33.b
alumen ad vinum 47
alumen purgat 91
aluum ſoluentia 91.158 182.b.185.b
aluum aſtringit 121.132
amarum liquorem reddere 49
ambuſtis locis medetur 111.b
amygdalarum oleum 149.199
anatum ſanguis 28
angelica aqua 161
anhelitum fœtentem emendant 46.71.b 138.

138.76.b.136.b
anima secundum Stoicos 52
animi deliquia excludit 46
animum confort. 137.b
animalium partes quomodo destillandæ 22
ex animalium partibus vel excrementis olea 144
anisi oleum 118.b.119.b
aquarum destillatarum ex animalibus, earũ ue partibus, aut excrementis ratio 29 & deinceps
anseris pinguedo 188
antrhax 69. Vide Carbunc.
antibalsama 131.b
de antiballomenis 132 b.133
antimonij oleum 146
antimonij quinta essentia 147.& 64
antimonij rubedo 146
ani dolorum r. 175.b. 176.132
apobamma 90
apophlegmatismos curat 78.b
apoplexiam curare 49 65. 75. 79. 88.b.149 158
apostematum r. 64.b 77.125.b.135
apostematum capitis, laterum, seu costarũ r.89
apparatus magnã vim habet 8.9
appetitum excitantia, 57.b.76.b
appetitum confirmans r.24.b
aquæ salsæ destillatio, vt dulcescat 18.b
aqua dulcis communis vt salubris reddatur 23
aquæ turbidæ quomodo purgentur 18.b
aqua, vide liquor
aquæ compositæ vel ex remedijs per se, vel ex aqua fontana destillandis 79
aqua ex folijs extracta 76
aquæ destillatæ quomodo seruandæ 37
aquarum simplicium, in balneo M. destillatarum ratio 22.
aquæ recentes præferendæ 50
catalogus aquarũ præcipuarum 28.29.30
de aquis destillatis com

positis 75.b. & dein. diuisio earum ibid.
aquæ compositæ ad varios affectus, intra corpus 86.b
aqua ex folijs 79
aqua è floribus 79.b
aqua fortis, vide fortis aqua
aqua mortua 44
aqua philosophica 38
aqua ardens & aqua vitæ eiusdem liquoris duo sunt nomina, de quo scribitur 21.18 15.49.65.b. vnde fiat 42.43
aqua ardens destillatione quater repetita perfecta 44.b
aquæ ardentes in singulis destillationibus quantum decedat 44. quo meliora sunt vina, tanto melior 44. quando satis destillata sit 43 b. destillata sæpius magis acuitur 42.b
aquæ ard. tres diuersæ liquores 44.b
aquæ ard qualitat. 46
aquæ ard. vsum qui descripserint 45.b
de aqua ard. eiusque viribus & vsu multiplici 42. & dein.
aquæ vitæ vires ex Arnoldo 45
aqua vitæ omnium metallorum virtutem in se comprehendit 64
aquæ ardentis vsus in bello 18
aqua ard. pro gentaculo sumitur 74
aquæ ardentis mixtio 47
aquæ vitæ quę remedia misceantur citra destillationem 73
aquæ ard. vsus cum alijs medicamentis extra corpus 74.b.75
aquæ vitæ compositæ diuersæ 57.b. & deinceps
aqua ex frigidis composita 72.
aqua mirabilis quæ contrarium efficit, quàm aqua vitæ 57
aquæ virtutum, & aliæ quædam compositæ, & cum vino destillatæ 79.b
aranea si comedatur, ne noceat 77
araneā interimit 138.b

arbores interficit 158.b
per arenas destillatio 110
argentum dissoluere 159.b
argentum dealbare 175
argenti viui sublimatio 166
argentum viuum ab argēto vero separat 81.b
argentum (viuum) præcipitatum quomodo fiat 162.a.b. vide mercurius
aqua cosmet. ex argento viuo 66
arida quomodo macerentur 48
aridæ quando & quomodo destillandæ 50
aromatum maceratio 48
aromatum vim conseruare 81.b
ex aromatibus oleum quomodo extrahatur 113.b
arsenicum vide auripig.
artemisiæ vinum 191
arthritidis r. 71. 128.b 129.b 139.b. 147. 169 b. 181.b. 188
articulorum vitijs prodest 129
ascaridibus infestatis prodest 185
asthmatis r. 139.b. 83.b
astrantia 48.b
atramentum sutorium 158
atrębilis varios affectus tollit 191. vide bilis atra
auditui prodest 48.b 71.b
auditus grauitas 149
auena destillata 16.111
auenæ stramen 39.b
aues allicere 55
aureæ aquæ 79.b
auriginem depellit 82
auripigmenti oleum 145
auripigmenti sublimatio 166.b
aurium doloribus 175.b
aurium fluxus 140
aurium noxæ medetur 149.b
aurium tinnitus 24.b 148.b
aurium vermes interimit 150
auri multip. vsus 92.b
auri spiritus 8
aurum dissoluere 159.b 161.b. 92
aurum potabile 51. 56 b. 58. 90

aurum quomodo purgatur 91.b

B

Balneum Mariæ 13
attenuat 13.b
balnei M. fornacis descriptio 19.b
balnei M. laus 33.b. 34. tractatio in genere 19.b. quomodo calefiat 20
balsamum qualis vox 130.b
balsama qui liquores dicantur 132. & deinceps
balsamelæon 133.b
balsami destillatio 133 134.b
balsama arte composita 134
de balsamo vero, & antibalsamis 130.b
balsama quæ extra corpus vsurpantur 142
balsamum ad cicatrices 142.b
balsamum Dornsetteri 142
Bartolemæi 136. Lullij 140. Petri Aponens. 136.b
balsamum verum interijt 131
balsami veri nota 132.b
belzoi oleum 124
de ben oleum 120
benedicta 65.b
benedictum balsamum 142
benedictum oleũ quomodo fiat 115.b
berchile quid 35
beronica 76
berylli spiritus 65
betonicæ vinum 191
bilem corruptam purgat 77
bilis adustionem tollit 59.b
bilis atræ r. 77. vide Atra bilis
bilis atræ r. 60. 77. 83 164.b
bilis amara ibidem
Boracis vis contra calculum vesicæ 17
bubo 69
buglossatum vinum 191.a.b

C

Cadauera conseruantia r. 46.137
cæcum alembicum 31
calculi r. 77.78. b. 84

84. b. 85. 87. 125 139. b.148. b. 149.b 150.152.b.154.b.161. b.169.b.177.191
calculus vesicæ, vide in vesica
calefacientia r.77.b.85 134.148
caloris præter natu- rar. r. 22.b. 24. 27.b.89
calorem natiuum con- fortat 46
caliginis oculorum r. 111.b
calx oleo restincta 147
camphoræ aqua 23
camphoræ oleum 23
camphoram dissoluere 46
cancri r. 30.573.b.87 b. 95. 118. 128. 139.b
cancrorum lapides 16.b
vt candela etiam in a- qua ardeat 160.b
canitiem exclu dit 46.b
canis rabidi morsus r. 30 b.47
cannabis folia 111
cantharidum aqua 28.b
capilli, vide crines
capillos augere 111. re- gignere 87.175.b.lon gos facere 105 b
capillorum colorẽ mu- tare 99
ad capillos & alios pi- los tingendos aqua, 105 b.
capillos viridos facit, 106.b
capillorum defluuij r. 111.b
capnisti oleum 6 129.b
è capisci siliquis oleum 169.b
aqua ex lacte caprino 30
caponum aquæ 85 b.86
capitellum quid 11.b 31
capitis dolorum reme- dium 46.57.b.71.b 79.b.81.85.154
capitis infirmitatis r. 79.b.88.b
capitis scabiei r. 87.95 vide vlcera ca.
carbones quales esse de beant 12.b
carbunculi r.139.b.vide anthrax
cardiacæ prodesse 71.b
carnes decoquere 45.b 46.76.b

carnium destillatio 22
quinta essentia 62
carnis mortuæ remedia 139.b
carnem producit 111.b
à corruptione conseruat. 81.b
cassoletta 97.b
catulæ aqua 29.b
centaurij minoris aqua 77
cepæ aqua 22.b
cera vasa vitrea illinare 38
cerasorum aqua 22.b
visulorum 23. è cerasorum nucleis oleum 169.b
cerebri affectuum r. 46
cerebrum calfacientia 74.b.423. Confirmantia 80.b. 81.b. 85.118
cerebri imminuti remedium 77
cerebri membranas cõtusas sanat 74.b
cerussa, vide plumbum
chelidonia 53.b.56.b. vires innumeras possidet 58
de chelidoniæ essentijs extrahendis 58. & deinceps
chelidoniæ diuersorum liquorum vires 59.b & dein. 60.b
chelidoniæ lac colligere 187 b
chiragræ r. 71.b
cholericorum r. 77 83
chrysocolla 17
Chymistica quid 3
cibaria omnia à corruptione conseruat 81.b
cicendulæ 5.b
ciconiæ aqua 29. b.
per cineres destillatio 107.b.108
cinnamomi maceratio 48. oleum 126
aqua, & destillandi modus 125.b.126.b
Cicatricum r. 142. b. 164.b.175.b.176
cicatricem inducit 128.b
cicatrices delentia r. 125 b.136. cuti assimilans 30
circulatio, eiusque vsus & præstantia 59 73.a.b
citri succus quomodo destilletur 42
claua 30.b
clauis philosophorum 56.b

coelo

cœlo ſtellas infigere 15
coitum auget 46 b
colicorum r. 69.b.71.b ,154.b.165.171.180.b 190.b
colli affectuum r. 138 b
collisionis lapidis vel bacculi in corpore r. 138.b.139.b
colorem bonum facientia 76.b.77.a.b. 87.100. Vide in Facie
columbinum ſtercus, 16 b
comitialis r. quem & epilepſiam, & caducum & malum morbum appellant 22.b. 23. 24 b.28.b. 71.b. 46.b.50.b.77.78.b. 84.b.87.88.92.b.135. b. 137.b. 138.b.139. 147.148.149.150.158 188
conceptum promouentia 128. confortans 23.b
concoctionem promouentia 76.b.79.b.85
Conſtantinopolitana aqua vitæ 82.b
contractorum r. 65.b. 83
cordis affectuum r. 82
cor roborantia 25.b. 46. 60.b.92. 96.b. 118
cordis ſubſtantiam illuminat & confortat 92.b. ſynceram reddit 93
à corde aquam depellens r. 138
cordis tremoris r. 89 28
corpus totum roborantia r. 62.b.138.b.renouans 140. extenuatum confortans 137.b
è corticibus olea 125.b
coſmetica non improbantur 99
coſmeticę aquæ earũq; differentiæ ibid.
crines auro ſimiles, vt fiant 105.b
ex croco oleum 116.b
cruſtas ſanat 47
cryſtallinus glob. 40
cucurbita quid 31
cucurbitæ quomodo luto muniantur 38.b
cucurbitas balnei panno induunt 38
cuprum dealbat 175
cutim abſtergens r. 8.b 173 b.175.b
cutis infectionũ r. 128.

macularum 104.b
fiſſurarum 170.176
cutim albam reddens r. 104.b. albam & ſubt. 100.101.103. mollem 47
cyanei præparat. 167

D

Dadi quid 132
dæmoniacos iuuat 147
de decoctis 188
decoctiones in aceto, 188.b.189
dentes dealbantes aquę 161.71.b.99
dentes purgans 106 135.b
dentibus vtile r. 138
dentium dolores mitigantia 24.46.b 76.b.77
pro dentium doloribus 78.b. 105.b. 82. 128. 140.b.150.160.180
dentes infirmos, corruptos, & concauos curans & clarificans remed. 78.b
dentium putredinē tollit ibidem
dentium vermes eradicare 105.b
deſtillãdos liquores qui deſcripſerint 9.b.10. 11
deſtillatio quid 11.b
deſtillatio, vide liquor
deſtillatio eiusq́; differentiæ in genere 11.b
deſtillatio optima mixtio 73
deſtillatio quædã ineſt meteoris & animantibus à natura 11.b.12
deſtillatio quo ordine aſcendentiũ liquorũ quorum alij alijs reſpondent elementis, fiat 12.a.b
deſtillationē omnē materia contrita, ſuper fæces ſuas refuſas repeti, conſultum 16
deſtillationis repertitæ vis augetur præſertim craſsiorib. 16.b
deſtillatio quot modis fiat 12
deſtillatio per ignē grauiora reddit 13
deſtillatio per aſcēſum quid 11.b
deſtillandi modus per deſcenſum 106.b. 107
deſtillatio quæ à putredine fit medicis fugienda 38.b
deſtil-

destillata vapore aquæ calentis qualia 109.b
destillatio aridorum in liquore aliquo infusorum 47.b
destillatio ex tempore, 110
destillatio è succis 16
destillatione vulgari odor & sapor remediorum perditur 14
destillatorum liquorũ vsus multiplex tum in re medica, tum aliâs 17.b
Diabetæ r. 71.b
dianthos 66.b
digerentia 134.148 170.b
digestio 38
digestionis tempus 40
dioptrę descriptio 36.b
diploma Galeni 19
dolores mitigans r. 171
dormientia membra excitans r. 121
dyscrasiam alterat 79
dysenteriam excitat 34
elementaris materia quomodo conuertatur in inelementarẽ 54.b
elixir vitæ 60.b.93
elleborus 51.b
cum elleboro aqua 90
ellebori catapotiũ 184
ellebori nigri succus, 182.185.b.184.b
empyreuma quomodo separetur 41.b
epilepticorum r. Vide in Comitiali
esthiomeni r. 167
esulæ lac quomodo colligatur 187.b
euphragiæ aqua 94.b
excrementosam materiam consumens r. 148.
exhilarare, Vide in Hilaritate
experientia requiritur cum iudicio 9
exuirtuare & excorporare quid 8.b
exulcerationum r. 129

E

Ebrium reddere 111.b
elementa cũcta in quintam essentiam permutare 59

F

Faciem ornantes aquę, vide Cosmeticæ
ad faciei formã r. 101.b 292.102.105

faciei colorem bonum facientia, vide in colore
ad faciei colorem r. 99 nitorem & colorem 227.82.83
faciei candorem conciliantia r. 28.b.30.45. 76.b. 80.b. 101.b. 104.139.166.b. Colorem roseum 100.b
faciem purgantia 81.b 175
ad faciei lentigines re. 100.b.144. maculas, 28.b.47.76.b.99.100 b.101.102.b. &c. 118. 139.144. molestias 108. panos 118. scabritiem 99.b.100.b
faciei nitorem concilians r. 98.b.100.101. b.102.159
faciem clarificans r. 45 104.105. à Sole præseruant 99
ad faciei rugas r. 174. squammas 100
faciem odoriferam reddens r. 139
fascini r. 165
febris r. 24.27.b.30 46.b.57.b.71.b.77. 83.85.88.a.b.89.121 127.b.135.137.138.b. 152.b.153.b.154.b.165 177.b.185
fermentatio 38
ferrea vasa probantur 35
ficorum r. 62.b
per filtrum destillatio, 12.41.b.42
fimus equinus 13. 55.b
fimi equini vsus 21.b. 58.b
fistularum r. 27.b. 30.57.b.91.95.118. 138.b. 139.b.140.b. 141.b.151.163.b.167. 170
flatus discutientia rem. 24.b.191
ex floribus oleum, 116.b
florum quinta essentia quomodo extrahatur 61
ad flores vteri rem. 46.b
fœcundas mulieres reddens r. 46.b
è fœno oleum 169.b
fœniculi aqua 94.b
de fomentis 179. quomodo adhiberi debeant 180.
de fornacibus 12.b 35.b

fornax

fornax balnei M. 19.
acediæ 20
Fornaces ad olea extrahenda 114. a.b. ad oleum iuniperi 122. b. ad destillandum per cineres 107 b.108.ad vitrioli oleum 155. b. alia 153. ad rosas destillandas 25. b.26. si quid per ignem validum destillari debet 35.& deinceps
fortis aqua 18.159
fortis aquæ species non nullæ,earumq; compositio 159. 160. 151. 163. vbi separationis aqua vocatur
folia quæ odore carent quomodo destillentur 19.b
fraga quomodo destillentur 23.b
fragrantia requiritur summa in quinta essentia 52
è fraxini cortice liquor 23.b
fraxinum oleum 128.b.
ad frigidos affectus r. 83.100.140.b. 148.b. 149.b
ex fructibus oleum 119
frumenti oleum 119.b 170
furfurum r. 82

G

Gagatis oleum 147 148
Gallicana aqua 100.b
Gallici morbi r. 83. 128.150. b.163. 164.b. 184
in Gallico morbo purgatio 75.b
gangrenæ r. 151.163
Geber Arabs quid de destillatione sentiat 13.b
gemmarum liquores, 161.b
ad genitalia nimis calefacta r. 57.b
gentiana 74
gentianæ aqua 48.b
gibberis inunctio 188
gingiuas confirmans r. 135.b
gingiuas curans 76.b
ad glandulas r. 101
glutinans 134
goacomax 131
gonagræ remedium 148.b

grauidis nocens 46.b
guaiacum oleo abundat 113
gummi præparatio ad destillationem 123.b
ex gummis oleum ibidem
gummi ex aqua 79
gummi purgantia quomodo exhibeantur, 187.b
gutta rosacea 45.b
guttæ r. 71.76.b.77.81 b. 83.88.95.106.121. 139.b
gutturis affectus 138.b

H

Hæmorrhoidum r. 389 91.133.b.138.b
Halicaccabi acinorum aqua 24.vinum 189
hecticorum r. 63.137.b 139.b
hederæ baccarum oleũ 170
ex iuniperi lignis oleũ 128
helxines aqua 24
Henricus piger quid, 20
hepar, vide Iecur
hepati vtile r. 46
ad hepatis obstructiones 57.b.60.85
herbarum virtutes extrahere 45.b
herbarum quinta essentia 61
ex herbis oleum 116.b
herbæ & flores quando colligi debeant 14
hermetis vas 33.54.b
hieracij minoris aqua 24
hilaritatem inducentia 45.b. 46. 62.b. 76.b 82.83.92.191.b
hircinus sang. 17.28
hirundinum aqua 84.b
hominem ab omni corruptione præseruantia 59. b. 62.69.b 70.b
hominem semimortuũ recreans r. 59.b
humani excrementi aqua 30.oleum 144
ad humores malos 81.b 89
humores superfluos restringens r. 140
humores pellens r. 88
hydropis r. 30.77. 81. b. 85. 87. b.139.b 154.b.165.b.190
hydropis hyposarca 71.b
hydrorosatum 8.b

hype-

hyperici oleum 170
in hypocaustis germanorum destillatio 39.b
hyssopi aqua 24

I

Iasminum 169
Iecoris r. 28. 71.b.65 81. b. 89. 93. Vide Hepar.
Ignem attenuare 13
Ignis ad destillandum ex qua materia sit, refert 12
Ignis qualis esse debeat ad rosaria 110.b
Ignis sacri r. 87.b
Ignis calorem innoxiũ reddere 57
Ilei remed. 71.b.76.b 165.171
Impetiginum rem. 64. b.120. 127.b. 170.175
ad inflammationem, 25.27
Ingenium acuens r. 45 b.76.b.80.b
Insanorum reme. 154 182.b
ad intestinorum fluxũ 62. vitią 81.b
Intybi aqua 42
Inulæ vinum 189.b
Ioannis Bracescl sententia de quinta essentia 53
Ioannes de Rupe scissa quando clarueris 10
Iracundiam remittens remed. 82
Iris 48.b
Ireos puluis 95.b
Iridis radicum aqua, 77.b. succus 187
Iridis vinum 190
Ischiadis r. 139.b.148.b 160.170.171
Iuncturarum affectus 46
Iuniperi baccæ 49. earundem aqua 77.b oleum 129.b.171
Iuniperi gummi destil. 124
Iuniperi è lignis oleum 127. b. destillatum per ascensum & descensum 121.& dein. 114.b
ex Iuniperi vernice oleum 118.b
Iuuentutem concilians conferuunt ac restaurant r. 45.b. 51. a. b. 52 b. 60.b 63.b 66.b.70 90. 101. b. 104. b. 118. 138.140.175

L

Lac destillatum 16. ad boracem 17
Lactis aquæ vsus 30
lac coagulare 140
lac Virgineum 64.b
ad lachrymas oculorũ cohibendas 23.b.45 76.b.94.a.b
lachrymas extrahere ligni 187.b
ex lachrymis oleum, 123
ad lætitiam r. vide in Hilaritate
lapis Philosophicus, 60.b
lapis, vide Vesica
lapides confringens aqua 16.b
lapides dissoluere, 159.b
lassitudinis r. 47
ad laterum dolores 57. b.154.b
laterum ignitorum vsus 125
Lauendulæ florum oleum 118.b
lauendulæ aqua 24. 95.b
ex lauri baccis oleum, 119.b.171
lazuli, vide Cyaneus.
ad lentigines faciei 45. b.169.b. vide etiam in Facie
leporis pellis 17
ad lepram seu S. Lazari morbum r. 23.b.46. b.60.b 62.b.70.b.77 92. b.93.135. b.139.b. 150.b.152.b.158.b
lepram auertentia 82. 83 b
lethargi r. 154.b
lichenum in facie rem. 91
lien, vide splen
lienis r .46 57.b.154.b
ad lienis dolorem 148
inflamationem 89
obstructionem 85
ex lignis olea 127
limonum succus 17
destillatus per filtrũ, 42
linguæ vsum restituens r. 22.b.62.b.76.
lippitudinis r. 107.b 161
liquor, vide aqua & destillatio
liquores destillari quid differant à suis simplicibus 14. b. an retineant vires pristinas 15. vires eorum in genere 14

liquores qui ſimilem ſuis ſimplicib. quiq; diſſimilem vim reti neant 15
liquorem ab omni re eiuſdem facultatis efficipoſſe 15.b.16
liquorum inuentio & oleorum 4. & dein.
Lullius quando claruerit 10.b.
lumbricos necantia r. 46.76.b.88.b.148.b. 150.
lumbricorũ oleũ 176.b
lumborũ doloris r. 46.
lupi abſceſſus r 46. b. 57.b. 95.106.139.b. 167.139.b.
lutare quid 37
luti præparatio 37.b.
lutũ ſapientiæ 34.b. 37
lymphaticorum r. 165

M

Maceratio 38
macerationis tempus, 48.b.
macularum r.169.b.Vide in facie.
macrum reddens r. 81
ex maialis ſanguine aqua 89
maniacorum r. 45. b. 182.71.b.
margaritas ſoluere 111
mater balſami 65.b. 141.b.
mater remediorũ 73
matricem confirmans remed, 127.b
matricis ſuffocatio 137.b.
obſtructio 85
medicamentis quibuſdam compoſitis,cur eulogia addãtur prolixa 9
medici boni & eruditi eligendi 8
melancholicorum re. 45.b.59.b. 137.b.154 165.182.191.b.
mel cum deſtillatur ne redundet 111.b
Melis ſanguis 28.
meliſſa 76. Vinum eius 189.b.
membra corroborans, 88.b.
læſa curans 46
vt membra abſq; dolore incidantur 158.b.
memoriam augent,cõfirmant vel reſtaurant r. 45.b.76.b.82. 140.b.150.154.
menſes promouentia r.23.b.46.b.77.76.b.

88.b. 130.150. ſiſtens re.57.b.
Mercurius, vide Argentum viuum.
Mercurius vegetabilis 55.56.b.
Mercurius intra corpus quomodo detur, 165.b.
Mercurij puluis, ſiue Mercurius præcipitatus aut rubeus 163 b.164.165.
metalla ſingula in omni metallo 64
ex metallis diuerſis aqua 158.b.
metallorũ deſtillatio 13
metallicum oleum quomodo fiat 145
ex metallis olea 144.b.
metallica olea grauiora 145
metallorum quinta eſſentia. 63.b.64
metalla in lapidem conuertere 60.b. reſoluere 111. ſeparare 159.b
metallica vaſa cuncta improbantur 34.a.b
mixtio quę lentè fit probatur 73.b.
à morbo vel infirmitate liberantia r. 60.62
ad morbos ſiue corruptiones omnes 59.b 64.66.b.152.153.b 154.76.b
ad morbos omnes ex putredine naſcentes remed. 165
moribundos reſtituere vel iuuare 59.b. 140
morpheæ r. 47.62.b
ad morſus venenoſos remed. 77.b
moſchatæ nucis oleum 171
de moſchatæ nucis cortice (macis vocant) oleum 127
Mures necans r. 107.b.
muſa cornuta 32.b
muſcas necans odor. 209.45.b.76.b
è myrepſica nuce oleum 171
myrrhæ oleum 123.b
myrrha loco balſami ponitur 131.b

N

Nares vlceratas fouere 180.b
ad narium obſtructiones 150
narium fœtori r. 82
naſus quid 11.b. 31.b
natura incorruptibilis ineſt

inest quintæ essentię 55.
naturam augmentans remed. 85
naturam confortans re med. 137.b
neruos confirmans re. 76.b.85.87.118.140.b.173.b
ad neruorum affectus, 46.138.b
ad neruorum resolutionem 88
ad neruos contractos, 139.b
neruorum dolentium r.128.141.b.148
ad noli me tãgere r.106 138.b.139.b.140.b.167.
nubes magnas facere, 57.
nucum iuglandium aqua 24
ex nucibus moschi oleũ quomodo fiat 115.b

O

Obliuionis r. 148
obstructionum r.202.435.46.154
ad oculorum affectus 81.b.83.94.105.b.154.
ad oculorum affectus omnes 93.a.b.
occulos corroborãs r. 25.b.60.b.
ad oculorum caliginẽ, 158.b.159
oculos rubentes & caligantes emendant r. 45.71.b.76.b.
rubentes 93.b.94.b.
oculorum dolentium re. 28.57.b.87.b.120.b.139.b.161.
ad oculorũ fluxus 46.b
ad oculorũ inflãmationem r.25.b.
ad oculorum lippitudines r. 93.b.
oculis tumidis & lippis r. 111.b.
ad oculorum maculas r.23.b.46.b.93.94.110.130.b.159.
ad occulorum suffusiones seu catarractas r.93.b.150.160
ad oculos vlcerosos r. 111.b
odor suauissimus omninium quinta essentia ex aqua ardente 55
odor quomodo concilietur destillandis 14 21.b.22
odoratum liquorẽ reddere 49

de odoratis aquis 95.
odorifera aqua 96.b.
odoratæ aquæ Andreę Furnerij 97.b
odorata aqua extempore 95.b.
de oleis diuersis 168.b
oleorum differentiæ 112
oleum omnibus rebus mixtis inest 112.b.omnibus lignis 113
de oleis destillatis in genere 112
olei in balneo M. destillatio 21
oleum de nonnullis arboribus quomodo fiat 116
oleum ab aqua quomodo separetur 121.b.
oleum odoratum 127.
oleorum metallis extractorum vis 144.b.
oleum benedictũ 112.b.
oleum sanctum 62.b.
olea destillata miscentur 144.
oleum quomodo exprimatur 168.b.
opobalsamum 133.b.factitium 134.
orchis aqua 24.b.
ad Orthopnæã r. 181.b.
ad Oris vitia 82.154.157.b.
oris putredinem extrahens r. 78.b
ossa educens r. 143.b.
ossibus fractis r. 46.b.
oua fracta coqui posse in aqua vitæ 47
oua soluere 111
ouorum testas facere per aera volare 57
ouorum oleum quomodo fiat 175.b.176.
ouorum quinta essentia 62.
ozænis r. 82

P

Palpebrarum tumoris r. 94.b
palpebras inuersas emendat 107.
panni maculas aufert, 161.175.
pannus ardens ne comburatur 157.160.b.
parabola 39.b.
paralyticis lauandis aqua 75
paralysis r. 22.b.45.b. 62.63.b.71.b.75.80.b. 85. 87. 88.b. 100. 105.b.118.121.128. 138.b.139.b.140.b. 142.147.149.b.148.a.b.

a.b.154. a.b.170.
parietaria 16.b.
paronychia 180.b
paroxyſmi rem 23. 24. .78.b.137. 147.b
ad Paſſiones frigidas remedia 46.71.b.73
paſſulæ quomodo præparandæ ad purgandum 188
Patauij monumentum 4.b.5.
pectoris abſceſſus rumpens r. 181.b.
ad Pectoris affectus, 88.b.
pectoris caliditatem reprimens r. 79
pectoris humores depellens r. 24.b.
pectoris ſiccitatem emendans 79
pectoris vulnera ex cauſa calida conſolidans 79.
pectori dolenti remed. 81.
pectori nocet plumbũ 34.
pectori obſtructo r. 38
pectori ſalubre r. 76.b.
pectus mollificans. 85
penetrans r. 148
pellicanus 54.b.53
perſicorum aqua 24.b.
peſtis r.24 a.b.28.66.b 69. a.b. 74 b.77.82. 89.127.b.152.b. 164. b.165.177.188.b
petralis aqua 87
petroſelini aqua 24.b.
picæ aqua 29 b.
pili, vide Cappilli & Crines.
pilos dealbans remed. 106.
pilos prolixos faciens, 160.
pilos prohibens renaſci 29.b.
pilos remouens 85
Pilularum extractio, 186.
ex Pimpinellæ ſeminibus oleum 121
ex Pineis nucleis oleum 123 b.
pinguem faciens r. 81
piſces alliciens 150
piſces à putredine ſeruãtia 45.b.46.76.b. 81.b.
pituitam capitis emendantia r. 46.b.77.
philoſophica aqua 83
philoſophorum oleũ, 148.
phlegma ſalſ. 45.b.59.b
phlegmaticos humores conſumes r. 79.b.

phlegma ſeparans 41.
phlegma curans 47. 60.118.141.b.
phreniticis r. 77.84.b
phthiſicorũ r. 77.139.b.
plagarum r. 64.b.77.
plantaginis aqua 25
plantæ quo tẽpore colligendæ 61.
pleuritis 154.b.
Plinij locus examinatus 90.b.
plumbi oleum 150
plumbi qualitas nocet 34.
plumbi quinta eſſentia 64.b.
plumbum philoſophorum 6. 4.b
podadræ r.71.b.148.b. 173. b. 174
porcellane quomodo ſoluantur 17. b
porriginis r.47.82.vide Furfur.
portulacæ, ſedi & aliarum ſuccum extrahere 187.b
de Pæparatione ad deſtillationem 37. & diuerſo eius nomine.
vt Præuenias morbos. 165.b
ptiſana intẽpeſtiuè exhibita mortis cauſa, 8.
ad Pudendorum abſceſſus aqua 75
puerperis vtile 86
pulegij aqua, cum ſaluiæ 77.b
pulmorũ purgans r. 150
pulmonis r.28.59.b.60 89
punctiones ſanat 76. b
purgantia r. 186.436
purgãtia deſtillata probantur 89.b
purgãtia quomodo per liquorem exhibeantur 187.b
de Purgantibus medicamẽtis compoſitis 89.b
purgantis electuarij extracti deſcrip. 186. b
puſtulas ſanantia 23. b 82.
putrificatio 37.b
putrificatio in fimo equino 39
putrificatione indigẽt craſſa, denſa, ſicca, cruda 40.b
pyretrum 49
pyretri radicis aqua, 78.b
putrificationis varia genera 39.b

Q

Quinta essentia quid 50.b
quintæ essentiæ effecta 51.52
virtus 52.b
de Quinta essentia remediorum 50.b.&c. item, quomodo extrahatur 52.b & deinceps, quomodo facilius, & minore sumptu extrahatur 55. & deinceps, aliter per vas vitreum, 56. per fumum, 55.b
quinta essentia quomodo fiat 109. Eius ex vino extractio 54. 56.b. ex plantis quomodo efficacior 61.b à fructibus 61. & deinceps: metallorum, 63.b. 64. simplex 132 composita 51
quinta essentia chelidoniæ 56.b
mellis ibidem. frigida ibidem 57
quintæ essentiæ scriptores 51.52.b

R

Radicum essentia quinta 61
radices siccæ maceratæ aquam reddunt eiusdē facultat. 77.b
radicum quæ in vino destillantur enumeratio 78
raphani syluestris aqua 78.a.b.
raporum aqua 25.
rapi succus 187
receptorium quid 11. b 80. 31.32.b
rectificatio, per repetitam destillationem 41.42.b
rectificatio aquæ in balneo Mariæ destillatæ 41
rectificatio liquorum destillatorum 41
regij morbi r. 125. b. 138.b. Vide Aurigo, Icterus.
ad Renū dolores 76. b 148. obstructionem 154.b vlcera 87.b. calculos vide in Calculo.
reptilia interimere 45.
per Resina destill. 101
rhabarbari extractio 518.b.
ad Rheuma 138. 154.b
roborans remedium 107.b.

118.
roris aqua 50
collectio, destillatio, & rectificatio, ibidẽ; præstantia ibidem.
rori per se vis quædam medicandi inest ibidem.
rosarum destillatio 298 106.b. 07.
aqua 25.98.b.
quot modis paretur 25.b.
rosis vnica destillatio sufficit 16
rosarum siccarum aqua 40.b.
rosarum aqua composita cum alijs 96.a.b.
de Rosarijs 110. & deinceps.
rosaceum oleum eiusq; præparatio 172 & deinceps.
rosmarini è floribus oleum 117.b. quomodo fiat 118. b. vicem gerit balsami 132.b.
ruberta 121
ad Ruborem faciei 138. b. rugæ faciei quomodo tollantur 28.b. 99. 101. 131. Vide in Facie.
rupturam corporis sanat 121.
ruraceum oleũ 118.b.
è Rutæ seminibus oleum 120.b.

S

Salis oleũ 150.b. præparatio 167 b. vsus 22. 40. b. 62. 63. 91. b.
saluiæ aqua 27.b.
saluiæ aqua & pulc. 77 b.
de Sambuci floribus oleum 173.b.
sanguinem concretum ob casum aut ictũ soluere 28. 70.b. 150.
sanguinẽ sistere 25. 28 88.b. 121.
sanguinem è naribus sistens r. 154.b.
sanguinẽ purgantia r. 57.b. 59.b. 71.b. 77.a. b. 83. 87. 89. 92.b.
sanguinem nutriens r. 46. 60.
sanguine humano vti cum remedijs, non consultum 62.
ex sanguine humano aquæ quatuor 62
sanguis humanus 51. 53. b. 56.b. sublimatus, 62. 63.

sanguinis

ſanguinis humani quinta eſſentia 61.b.
ſanguis humanus allegoricè 63
ad saniẽ vlcerum 111.b
ſaniem digerit 163
ſanitatem cõſeruans r. 71.b.76.b.77
ſapientiæ oleum 148
ſaponis aqua quomodo fiat 42.b.
ad ſcabiem r. 46. 47. 76.b.77.b.82.87.121 127.b.138.b.150. b. 154. 175. 185. 190. b.
ad Scabiem capitis 106
ſcabioſæ aqua 27.b.
ad ſcabritiem 144
ſcillæ deſtill. 107.b.
ſcopæ operis 6.
ex Scorpionibus oleũ, 177.178.
per Scorias deſtillatio 109.b.
contra Scrofulas, 76.b. 101
ſedi minoris aqua 27.b
ex Seminibus quædam olea, ex Raimundo, 120.119.
ſeminũ maceratio 48.
ſenectam differunt r. 51.60.b.62.b.70.a.b
ſeparationis aqua, Vide Fortis aqua.
ſermonem reſtituit r. 154.b.
ſerpentes interimẽs r. 135.b.
ſerpentina 44.b.
ſerpiginis remed. 170. 175.b. 176. b.
ſiccans r. 148
ſigillum Hermetis 38
ſitim ſedantia 92. b. 157.b.
ſolani aqua 27.b
ſolificari 52
in Sole deſtill. 145.40. 55.b.
ſolis calorem mittigare. 57.b
ſomniferæ aquæ 86.b.
ſomnum facilẽ præſtantia 85.88.b.154
ſpaſmi r.46.b.128. 135. b. 147.148.b.149.b. 154.
ſpecula caua 39.b.
ſpicæ oleum 118. b.173.
ſuperat omnes odores 117.b.
ex Spica olei modi tres 117.
ſpiritus cõfort. r. 79.b.
ſpiritus figere 60.b.
ſplenicorum r. 128.b.
ad Splenis apoſte. 156.
humores ſeparandos 77. obſtructionẽ, 71

vitia 81.b.
per Spongiam aquæ ardetis destillatio. 44
sponsæ solis oleũ 120.b
stellas cœlo infigere 15
sputum attenuans re. 79.
stercus per os eijcientes r. 165
stomacho nocet plumbum 34
stomachum inaniens remed. 77
stomachi r. 46.b.57.b. 79.b.81.96.b.152.b. 154.b.190.b.191.
stomachum confortans 25.57.b.71.b.74.b. 92.b.purgãt 85.87.b. 88.b.138.
stranguriæ r. 139.b
strumas abolens r. 143.
de Styrace oleũ 124.b.
sublimare 32
sublimatio quomodo fiat 162.
de Sublimatis quibusdam solidis 162
succini oleum 150.b.
de Succis quibusdam, 181.& deinceps.
sudorem prohibens re. 57.b.promouens 25. .187.180.b
suffitus 180. & deinc.
sulfur 47.150.b.
sulfuris oleum 151. quomodo fiat 151. vt clarescat 151.b.
superfluitates desiccãs remed. 92.b.
ad Surditatẽ 138.b.71.b
synanches r. 45.b.
syncopæ r. 139.b.

T

Talpæ aqua 45
tartari oleum 174
ex Tartaro oleum sublimatum 125.b.
Tecolithus 16
tenesmi r. 47
tenuantia 134.170.b.
terebinthinę oleũ 124.b ne ebulliat ibidem.
tergens r. 134
terrea vasa bona 34.
tetanicis r. 147.
thoracis r. 74
thoracis intemperiem frigidam emundantia 79.130
thoracis vulnera ex frigida causa consolidat 79
tiliæ florum aqua 28
tineam capitis curantia 46.71.b.83

Vertiginis r. 139.71.b. 154.
ad Tremorem membrorum 140.154
tribuli, id est trifolij odor 76.b
tuberculorum r. 100. 101.129
tumorum r. 47.89. 101.170.b.
turbulentas aquas purgare 41.b.
tussilaginis fol. 181.b.
tussis remed. 80.88.b. 181.b.154.b.
Tyri caro 51.b.

V

Vasa quomodo claudantur & muniantur, tum luto, tum aliter 37
vasis (ad extrahendam quintam essentiã ex plãtis) descrip. 61.b. vide in Fornacibus.
vasis (ad destillationẽ per descensum) descriptio 106.b.
de Vasorũ materia ad destillandum 33.b.
vasorum & instrumentorum ad destillationem descriptio 30.b 31.32.
vasorum ad destillandum aquam vitæ diversa forma 42.b.
vasorum optimorum ordo 33.b
vasorum orificia aperiens re. 46.
venarum ora aperiens 150.
venas cordis temperãs 92.b
venenorum r. 22. b.28. 45.b.49.b.60.62.b 69.b.71.b.74.82.87.b 89.90.119.120.b.132 135.b.140.b.145.150. 154. b. 158.165. b.
Venerẽ excitans r. 172
ad Ventriculi vitia remed 80.b
ventriculũ confirmans & calefaciens r. 172
ventriculũ cõfirmantia 46.47.83.181
ad Ventriculos frigidos 141.b
pro Ventris doloribus 221.77.b.81.
ventris fluxum sistẽtia 79.b.88.b.132.145.b
verbasci florum oleum 173.b
vermes interimentia, 46.76.b.
Vermes expellentia 46 b.4.7.


verrucas abolentia 19 b.101.158.159.b 163.b
ad Vesicas cholericas, 64.b
ad Vesicæ vlcera 87.b
vesicæ lapidem cōstringentia 16.b.17.22 b.24.28.30.46.b.65. 72.b.76 b.84.111
in Vinacijs destillare, 55.b
vini destillatio 111
quo ordine fiat 12.b
vini destillati perfectè iudicium ad quintam essentiam 54
è Vino turbido aut corrupto, efficax fit aqua vite 42.55.b
vinum aromaticum 100
vino diuersos sapores, & odores reddere 47.48
vina medicata quomodo fiant in genere 189.a.b
vinum medicatum diu vt seruetur ibidem
vinum additur oleo 169
vinum ne corrumpatur 47.48.b.ne conturbetur 47
vinorum vitia emendans r. 81.b
vinum corruptum, pendulum, acetosum, putrefactum restituitur 45.b.47.76.b
violatum oleum 174
vires restituunt 126. 62.a.b.85.b
vires quorundam in superficie, aliorū tota substan.diffusæ 15
virgæ vlcerum r. 57.b 163.
virtus vniuscuiusq; rei latet in quinta essentia 52
virtutum aquæ 70 79.b
visum acuentia, clarificantia, cōfirmantia, conseruantia 77. 80.b.93.94.a.b.107. b.159
vitam producentia 211 51.70.b.77.b
ad Vitrariorum encaustarum vsum, aqua ardens 42.b
vitrum 17
vitrea vasa optima 34
de Vitrioli adustione, 157.a.b
vitrioli quinta essentia 65.157.b
vitrioli oleum 151.b 152.153.154. vires eius

eius 153.a.b
viuificans aqua Lullij 138
ad vlcera gutturis, palati, gingiuarum 160.b
ad Vlcera siccanda 158 162.b
ad Vlcera renum & vesicæ 87.b
vlcera ne serpant rem. 163.b
ad Vlcerosum sensum, 46.b
vlcerum r. 24,30.46.a b.62.b.82. 128.138.b. 139.b.143.b. 146.151. 170.b.175.b
ad Vlcera pudẽdorum r.46.capitis 175.puerorum 176. putria 91
ad vlcerum dolores 176
vomicæ nucis aqua, 49.b
vomitum arcentia 25.b 154.b
vomitum prouocantia 49.b.66.
vrinam mouent aut retentam ducunt 25 72.b.76.b.85.47.148 b.149.b.152.191
vteri r. 83.181.ad vteri dolores 28.139.b. 148.fluores 46.b.suffocationem 147
vteri fluxionem promouens r. 8.6
vterum expurgans re. 77
ad Vuam humore flaccidam 45
vulneribus curandis, vel glutinandis r.47 62.b.71.b.77.a. b.81. b.98.b.120. b.131.133. 135. b. 138. b. 139. b. 141. b.142. 166.170. a.b.176
vt Vulnera exiccentur 64.b
ad Vulnera abluenda, 88
vuluæ r. 57.b.77

Z

Zedoariæ vinum 189.b

FINIS.



EVONYMVS.

CONRADI GESNERI MEDICI ET PHILOSOPHI TIGVRINI

de Remedijs ſecretis, Liber ſecundus: nunc primùm opera & ſtudio CASPARI VVOLPHII Medici, Phyſici Tigurini in lucem editus.



Cum Cæſareæ Maieſtatis gratia & priuilegio.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO PETRO de Grantrye, Domino de Besnë, Equiti, & Francorum Christianiss. Regis à Consilijs, & eiusdem apud Alpinos Rhetos Oratori, CASPARVS VVOLPHIVS Medicus S. D.

SCITE *quidem & prudẽter summus post Hippocratem Medicorum Galenus alicubi monet, Illustris & generose Domine, non solere eos, qui præclaros viros imitari velint, ea in medium afferre, quæ vulgò trita sunt, sed quæ paucis cognita, aut perspecta sint. Præclara sanè oratio, & tanto Philosopho haud indigna, quippe quæ*

prudenter innuit, minimè decere eos, qui magno excelsoq́ animo sint, in rerum abiectarum sordibus, & neglectis aut contemptis, sed magnis ac difficilibus rebus operam ponere, seq́ exercere. Hoc ipsum etiam, cum Gesnerus noster, pro ea qua præditus erat & animi magnitudine & prudentia, facilè videret sibi quoque faciendum: ab ineunte statim ætate, huic studiorum generi, quod secretioris naturæ miracula contemplaretur, animum adiunxit. Igitur in eo naturæ studio, primò omnium, quod difficillimum videbatur, tria magna & quidem præclara, De animalium historia, paucissimis hactenus cognita, non sine omnium maxima admiratione, volumina confecit. Verum vt hæc

hæc eius opera, laudem merentur maximam, ita hi libri, maiorem multò peperissent admirationem, quos de natura & facultatibus Stirpiũ, Mineralium & Metallorum, Insectorum, Thermarũ, Venenorũ, & nonnullarum aliarum rerũ conscribere sic constituerat, vt multam mihi reliquerit, ad eorum perfectionẽ, materiam vndecunq; conquisitam. Ex his omnibus, & quibusdam alijs, ab eodem inchoatis, non postremum locum obtinebit, eximium profectò hoc, de Remedijs secretis opus itidem collectum, & nõ nulla parte sui iam inchoatum. Hoc enim ipsum, nõ solum modum & rationem docet, qua simplicium & compositarum rerum partes substantiales resoluuntur, id quod per

se est & utile & pulchrum: sed etiam, quod multò est maius, ea remedia omnibus spectanda & ad usum conuertenda proponit, quæ uti certißima, & exploratè cognita habuit, sic doluit, quod à plerisq; hactenus fuerint occultata. Nam quod ad destillationem attinet, ignorare potest nemo, partium resolutione, res quaslibet fieri ualidiores, meliores, atq; ad usum magis accõmodatas. Cum etenim qui ualetudine sunt minus firma, nõ ijs modò quæ grata & iucũda sunt delectantur: sed ijs etiam gaudent, quæ minima portione assumpta, citam & festinã ingenitæ tẽperaturæ actionem edunt: cõmodißima hæc illi uisa est ratio, qua ægris gratificetur. Tantũtamq; pretiosum et destillationis, & se-

& secretorum remediorum Thesaurum, cum pleriq; scirent à Gesnero mihi perficiendum relictum, cœperunt aliqui literis ad me datis, ad suscipiendũ tandem huius Thesauri editionem me solicitare. Huc accessit id etiam, quod multi, qui ad me veniebant amici & peregrini, vbi supellectilem omnem paulò diligentius inspexissent, vt cùm in Medicinæ, tũ Chymicæ artis studiosorum gratiam, in lucem darem, sunt me etiam atque etiam hortati. Alij rursus, quasi deberem hoc Gesneri manibus, me ceu religione quadam urgebãt: multi alij, præsertim erga quos erã paulò difficilior ingratitudinis & inuidiæ nomine suspectum me habebant. At satis intelligebam non temerè & si-

ne iudicio esse diuulgandum illud, cuius tam multæ & magnæ cōmoditates essent: nec etiam quantus labor ad id perficiendum requireretur, ignorabam. Ad summum, si dicendum sit quod res est, vix ad id absoluendum accessissem, nisi tu quoque Illustris & generose Domine, tuis me verbis atque authoritate qua polles, tùm, cū me meamq́ inuisere bibliothecam dignatus fuisti, extimulasses. Quam sanè animi tui propensionem, cùm erga me declaratam, tùm ipsi libro edendo præstitam, non modo eo tempore quo præsens eras, sed etiam post discessum tuum mirificè sum admiratus, ut semper postea animo meo impressa fuerit. Igitur ab eo tempore, auidè cœpi quærere, qua ratione

B

me, tuæ humanitati magis magisq́ insinuarem. Quod cum sedulò cogito, putaui me & meæ voluntati, & multorum petitioni eo ipso, satisfacere posse, si hunc Euonymi Thesaurum, sub tuæ magnificentiæ nomine & tutela in publicum emitterem. Cum enim ea, vt refert in Rhetoricis Aristoteles, quasi quodam naturæ ductu, se mutuum oblectent, quæ vel genere sunt coniuncta, vel aliâs aliquid inter se similitudinis habent: arbitror hæc quoque nostro illo Thesauro recondita remedia, quia studijs, quibus tu plurimum tribuis, aliquo modo sunt affinia, tantò iucundiora suauioraq́ futura. Existimo quoq́ viris eruditis & hominibus illarum artium studiosis, hoc ipso gratio-

rem hunc theſaurum futurũ, quòd in tuo, qui nobilitate generis, & authoritate Conſiliarij & Legati Regij dignitate & honore præſtas, nomine exit. Spero quoque munuſculum hoc, etſi ſit mole exiguum: tamen & ob meæ erga te obſeruantiæ ſynceram teſtificationem, & quia multa naturæ arcana, quæ tu facis maximi atq; etiam magno ſtudio inueſtigas, tibi gratum & optatum futurum. Deinde verò, quia cognitiſsimum eſt, tibi viro prudentiſsimo, quæ quantaq́; in hominibus interdum egerminet prauitas, quòd lingua prurientes, nimis quam licenter, in alienam irruere famam, nulla non hora ſibi permittut, eaq́; linguæ virulentia, planè ad venena natæ, optimũ quenq; allatrant,

hunc

hunc thesaurum, tuæ curæ & tutelæ permitto, ut satyrico felle conspersos, tuarum antidotis virtutũ reprimas, átque omni calumnia defendas. Quod ut faceres, quemadmodum pro tua authoritate & prudẽtia potes, pluribus verbis te rogarem, nisi sperarem, te & horum studiorum delectatione, & eo quo me complecti cœpisti, amore, ad id faciendum tua sponte adductum iri.

Vale illustris & generose Domine. Tiguri Idibus Augusti, Anno

1569.

TITVLI ET SVMMA CAPITA HVIVS LIBRI.

EVonymi de remedijs ſecretis, pars ſecũda, quatuor habet partes principes.

Prima, comprehendit ea quæ in genere de deſtillationibus erant dicenda, cuius præcipui tituli ſunt.

De deſtillatione καθ'ὅλȣ, quid ſit & qualis, pag. 1

De deſtillationum differentijs 4.b

De varijs deſtillationum inſtrumentis tàm vniuerſalibus, quàm particularibus 6

De liquorum deſtillatorum correctione 21.b

Secunda pars, de aquis tantùm rarioribus & ſecretis, tractat, exceptis ijs quæ è vino deſtillantur, & quintæ eſſentiæ dicuntur: huius tituli ſunt.

De aquis ſimplicibus ex herbis, ſeminibus, fructibus, &c. 23

De aquis ex animalibus, & eorundem partibus 31.b


De aquis compoſitis è ſtirpibus 36.b

De aquis compoſitis, quæ Elixir vocantur 50.b

De

De aquis metallicis & forti 57
De præcipitato 67.b
Tertia oleorum diuerſorum deſtillationem
continet cuius tituli ſunt.
De oleis in genere 70
De balſamelæis,& oleis compoſitis,quorum alia,
Intra corpus vſurpantur 75.b
Extrinſecus adhibentur 92
Sine deſtillatione parantur 99.
De oleis ex floribus 104.b
De oleis ex ſeminibus 108
De oleis ex fructibus 111.b
De oleis ex aromatibus 113.
De oleis ex gummis , lachrymis & reſinis 115.b
De oleo è terebinthina 119.
De oleis ex corticibus 120.
De oleo ex tartaro 125.
De oleo ex lignis 125.b
De oleo ex charta,& tela lini 126.b
De oleis ex animalibus 127
De oleis antimonij 134.
De vitro antimonij 139.b
De oleo ex vitriolo 156.
De oleis ex alijs metallis 175.
De oleo ſuccini 175.b
De oleo ex lateribus 180

Quarta pars, varia docet diuersi generis destillare & præparare, huius tituli sunt.
De aqua vitæ simplici & composita destillanda. 182.b
De instrumentis ad aquam vitæ destillandam 186
De succis & extractionibus 203.b
De salibus 213.b
De borace 217.
De auro potabili, vel oleo auri 219.



CONRADI GESNERI MEDICI ET PHILOSOPHI TIGVRINI

Euonymus, siue, De remedijs secretis, pars secunda.

DE DESTILLATIONE, QVID *sit, & quid præcipuè in eadem consyderandum.*

SVBLIMANDI artẽ, Fusoriã seu Destillationem, vt quidam vocant: siue vt Chymistæ volunt, alio quodam allecti scopo, Chymicam, & Chymisticam, Arabes inuenêre, vt author est Fumanellus. Hi nanq; destillationem seu destillandi artem cum consideratione, pro hominum salute inuenerunt, inuentamq; auxerunt. Est autem destillatio, vt inquit Ioannes Langius in Epistolis, humoris per calorem in vaporem resoluti, ac frigore rursum inspissati, eliquatio. Hanc actionem nonnulli, alio nomine Sublimare dicunt, quod etiã ipsum nihil aliud significat, quàm subtilium partium à crassioribus & fæculentis separationem: & operationem, qua corpora, quorum vel substantia est impura, purior, & syncerior redditur, vel partes terre-

ſtres, nõ vſq; adeò bene cohærentes, aut alioqui per totam ſubſtantiam plus ſatis confuſæ conſtringuntur, & magis vniuntur, vt ſolutæ calore in fundo relinquantur. Si etenim abſq; calore ſolis, ignis, aut putrefactionis, nempe per licium, penicillum, ſpongiam, aut vas figulinum crudũ, humoris alicuius expreſſio fiat, aut per cyſſimbrium, vaſculum ex hedera factum, relicta intus aqua, vino per poros reſudante, non propriè deſtillatio appellatur: ſed dum ex vaſe vitreo, ſuper arenam poſito, ac floribus referto, aprico ſolis calore, in aliud oblongum, humor elicitur, hunc tum deſtillare rectè dicimus. Si verò de vaſe fictili, ſtanneo, aut vitreo ſupra furnibulum poſito, ac fundo eius arena, vel cinere ita circũmſepto, vt collum eius inſtar cucurbitæ oblongum, capitello roſtro oblongo, ſimili naſo reſimo coopertum, promineat, ignis ſuccenſi calore, vaporulentus humor extenuatus, ac rurſus frigore capitelli & aeris ambientis ingroſſatus, in ampullam roſtro capitelli appenſam, guttatim defluxerit, id quoque deſtillationẽ appellamus. Vel deſtillatio eſt, vt idem Fumanellus lib. de Comp. medicamentorum deſcribit, humoris, paulatim ſeu guttatim, vi caloris, per alembicum, aut vas aliud, ex re ſubiecta extractio, ſeu effuſio, per quam, coctione quapiam, plurium ab inuicem fit ſecretio, & ſecretorum quorundam, quandoq; ad formã vnam elicitam de-

ductio

ductio, varijs affectibus: & morbis conducentem. In quam sententiam etiam Ioannes Mesues his verbis scribit. Constat, quòd plures sunt materiæ heterogeneæ in corpore conclusæ, ac velut concretæ, quæ opera Chymistarum, vi caloris separantur. Et huiusmodi quidem siue destillationes, siue corporũ sublimationes, neque sunt prorsus aqua nec penitus liquor vnctuosus, sed substantia quædam differens ab ea, quam destillandam imposueras, materia. Et hoc loco non ignorandum, verbũ hoc Sublimare, in alia quoq; apud Chymistas significatione, vsurpari: vt cum de Mercurio sublimato dicunt, &c. De qua significatione inferius dicetur.

In omni verò artificiosa destillatione, quanquam multa, variaq; artifici occurrant consideranda, hæc duo tamen præcipuè diligenti consideratione dignissima sunt, (quæ etiam in omni alio opere faciundo, ac industrijs artificibus, in cuiusq; operis statim limine adhibentur) vt videlicet & subiectæ materiæ ratio habeatur, quæ nimirum aut qualis, quidue natura sua vel agere vel pati nata sit: tum verò ad opus felicius perficiendum, vt apta & idonea seligantur instrumenta. Quæ duo, si eo, quo par est, modo, in considerationem venerint, de operis perfectione, deq; desiderato fine, minimè erit dubitandum. Vt enim ipsa huius vniuersitatis natura, non ex quocunq; obuio, quodlibet corpus effingit: nec

ipſi etiam artifices, ex quouis ligno Mercurium efformant, vt multis rationibus nobis Phyſici perſuadent: ſed ex certa quadam & ad ſuſcipiendam formam, proportionata materia, interuenientibus quoque certis cauſis medijs, ſingula fiunt, ac generantur: ita in hac quoque Chymica arte, ſiquidē vel oleum vel aqua, aut quodcunque aliud, ex re quapiam extrahendum ſit, materia ipſa primò omniū eſt cognoſcenda, talis ne exiſtat, è qua vel oleum vel aquā, aut ſimile ſperare poſsimus: deinceps verò per quæ id commodè fiat, inſtrumenta ſunt conquirenda. Quòd ſi enim eiuſmodi natura rei deſtillandæ fuerit, quæ humore eo aut liquore, quem quærimus, ſit deſtituta, quid quæſo hoc aliud, quàm ab aſino lanam poſtulare, aut è pumice aquam exprimere? Igitur cum omnia corpora mixta, ex elementis ſint conſtituta, ideoq; alia magis ſint aerea, alia magis aquea, alia verò ignea natura potius cōſtent, alia deniq; ſint terreſtria, pro cuiuſq; nimirum compoſiti mixtionis neceſsitate: conſiderandum eſt, quantum quælibet res aquei elementi aut aerei: ignei aut terrei in ſeſe contineat. Quęcunque enim aquea conſtant natura, ab ijs aquam, ignis vi elicere, non omnino difficile fuerit: quemadmodum ex ijs, quæ aereæ aut igneæ ſunt ſubſtantiæ, oleum arte deſtillatoria extrahere, facile eſt. Sic ſunt etiam multa corpora, terreſtria nimirum & præſicca, ex quibus

bus

bus aquam vel oleum extrahere,non modò difficile,ſed etiam impoſsibile eſt.Sunt etiam alia, è quibus aqua quidem facilè deſtillat, vt quæcunque humida & aquoſa fuerint, alia ex quibus oleum facilè, aqua verò minimè, vt quæcunque ariditate rigent omnia.

IN DESTILLATIONIBVS QVArundam partium ſubſtantialium virtutes deſiderari, aut immutari, & cur tardius in vſum venerit deſtillatio, ex Iohan. Langio præcipuè.

CErtum eſt, terræ naſcentia cuncta, ex diuerſis & ferè inſectibilibus elementorũ fruſtulis, velut atomis, eſſe coadunata: ac in illis diuerſas & contrarias, ſub vna tamen totius compoſiti forma, reſidere virtutes. Vnde illa decantata rhei barbarici radix aluum laxat, eandem aſtringit, & hepatis obſtructiones tamen aperit. En roſarũ ſuccus, ventrem à cholera expurgat, quem illarũ aqua & ſicca ſubſtantia aſtringit. Sed vicißim illarum in vnguibus amaritudo reſerat, pulmonisq́ue vlcera conſolidat. Nunquid externa vrticę ſuperficies prurit et vrit: internus verò eius ſuccus arterijs applicitus, febrilẽ cordis æſtum infrigidat? nunquid & quotidie videmus, ex eadem venæ ſubterraneæ minera, in furnibus lo diuerſa, plumbi, argenti, vel cupri & auri ſimul eliquari metalla? quorum tamen non

parua pars in fumum resoluitur. Quum igitur fæculentiores partes in fundo alembici subsideant, aereæ verò in spiritus fatiscant, ac humidiores cooperculi frigore ingrossati, ex illius alueolo in subiectum vasculum guttatim destillent: nihil certè mirum erit, instillatitio aquarum liquore, aliarū partium virtutes, odores quoque & sapores, paucis exceptis, desiderari ac immutari. Vnde Mesue: Aqua, inquit, rosarum, per sublimationem facta, multum roborat: nec tamen vt illarum succus, vel per infusionem recentium dilutū purgat, quia subtilis earum caliditas, est igne dissoluta: adde quòd recondita formæ specificæ virtus, vt in magnete, colocynthide, & scammonea, & alijs, per totam æqualiter sui subiecti substantiam diffusa, disperditis aliarum subiecti partium viribus, suum robur retinere non potest, quin illius actio quoque dispereat. Vnde aqua per alembicum de colocynthide, aut rhabarbaro extracta, aluum subducere nequit: quum tamen illarum dilutum, in quo saltem aliquot horas macerantur id facilè præstabit.

Eodem quoque modo, herbæ omnes calidæ & siccæ naturæ, aquas suas quidem optimas reddunt, caliditatem propriam & siccitatē seruantes: at herbæ frigidæ & humidæ, suam non æquè seruant humiditatem, neque frigiditatem, quia ex igne in alembicum recepto, nonnihil caliditatis acquirunt, quæ

propriam

propriam ab aqua aufert naturam, neq; aqua ista, illius simplicis medicamenti à quo extruditur, amplius naturã habet, aut certè mo dicam. Vnde licet endiuiæ aqua & lactucę ac solatri refrigerare soleant, modicè tamen id pręstant, cùm alioquin, si proprias herbarum à quibus extruduntur, qualitates seruarent, vehementer infrigidarẽt. Vt igitur proprias seruare possint herbæ etiam temperatura frigidæ, qualitates, decoquendæ potius forent, & decoctũ sumendum. Quod si verò his potius, quàm decoctis aliquis vti exoptarit, no scat si balneo Mariæ vocato destillentur, humidarum ac frigidarum virium minus amittere, quàm si alembico eliquentur, vel capitello vocato: qua de re etiam inferius agetur, vbi de correctione aquarum sermonem facie mus. In vniuersum itaque, hoc apud omnes constat, non quamlibet formam, sua virtute illæsa, in quouis mixto & κράσει, aut temperatura, subsistere posse. Nil mirũ igitur, aquas, præcipuè sicco empyreumatis calore destillatas, à suorũ parentum virtute degenerare. Quod certè plus doctos, quàm imperitos ter ruit medicos, effecitq; vt illarum vsum, serius acceptarint: alij verò, vt illarum defectum re sarcirent, varios per varia organa destillandi modos excogitarint. Primus siquidem, quod ego sciam, sed ferè etiam postremus Græcorum medicus Actuarius, aquæ rosarum meminit, dum ait: Stillatitij rosarum liquoris,

quem Rhodoſtagma nominant, ℔ j. cum ſaccharo ferueat, donec euaneſcat. At inter Arabes Meſue, ſublimationis aquarum abſinthij & roſarum meminit primus: Aqua, inquit, ſublimationis abſinthij, fit ſicut aqua roſata & ſimilia, quæ fiunt in vaſis ſublimationum. At poſtquam Raſis, Serapio, & Auicenna, alchymiæ animum adiecerunt, tum illarum vſus, in medicinam irrepſit.

DE DESTILLATIONVM *formis ſeu differentijs.*

QVoniam autem, vt iam dictũ eſt, corpora, quæ per deſtillationem ſeparare cogitamus, non eiuſdem generis, aut qualitatis ſunt omnia, fereq́ fiat, vt alia à leuiſsima actione patiantur, alia verò vix ac ne vix quidem, intenſis etiamnum agentis cauſæ viribus, cedant: non temerè, ab huius artis primis inuentoribus, atq; etiã ſubſequentis ætatis cultoribus, variæ & diſcrepantes, diuerſis rebus deſtillandis, formæ, ſunt excogitatæ, quarum nimirũ beneficio, eum quem præfixum tenebant ſcopum, facilius aſſequerentur. At rurſus cùm conſtet, pro varia deſtillationum forma & modo, neceſſaria quoq; eſſe alia atq́ alia inſtrumenta, cuilibet modo accommodata, rectè (meo quidem iudicio) de deſtillationum generibus prius, quàm de inſtrumentis, ſermonem inſtituemus. Igitur cùm omnis, reſolutione

partium

partium substantialium, caloris externi vi, fiat destillatio, duæ primæ sunt viæ ac rationes huius separationis, ab authoribus Chymicis propositæ. Intellexerunt etenim, siue per rationē, siue per experientiam, alia quidem corpora contumacius succum de se fundere, alia verò facilius & minore negotio: proinde hi alium quidem modū faciliorem, alium verò difficiliorem seu fortiorem, ex rei ipsius necessitate, adinuenerūt. Et hunc quidem per descensum, illum verò per ascensum fieri debere, voluerunt, iisdemq́ nominibus appellarunt. Itaq; in vniuersum omnem destillationem, vel per ascensum, vel per descensum fieri dicimus. Horum modorum vterq;, rebus destillandis indiscriminatim, prout ingenij dexteritas, aut experientiæ persuasio, cuiq; dictant, adhibetur. Frequentior tamen per ascensum destillatio est, ex herbarum vmbelliferarum seminibus, ex aromatibus, similiter & ex lachrymis, resinis, & liquoribus: per descensum verò, è lignis iuniperi, aloes, guaiaci, piceæ, fraxini, &c. olea extrahuntur: quanquam & aquæ nonnullæ per descensum, ex rosis, &c. destillentur.

Cæterum destillationis quæ per ascensum fit (vt de hac primo loco dicamus) licet plures modi ab authoribus nobis sint propositi, possunt tamen iȷ omnes, ad tres hos ordines, pro causæ nimirum agentis seu efficientis differentia referri. Ac primus quidem modus

est, quãdo aliquid in sole, vi caliditatis ipsius destillamus: secundus verò igneæ caliditatis seu elementaris vi: tertius caliditate, quæ putrescentibus rebus inest, perficitur, de quibus nunc ordine dicemus.

In sole fieri solet destillatio, locis calore solis æstuantibus, posito super calidam arenam vase vitreo, re destillanda repleto, vnà cũ appenso seu coniuncto recipiente. Verùm hic modus nostris regionibus, frigidioribus scilicet, non admodum vsitatus est: solent tamen olea multa insolatione parare plerique, quæ fortè cõmodius decoctione fieri possent, vt quæ inest rebus facultas, vehementiori caliditate, melius extraheretur.

Multis ferè modis igneæ caliditatis vehementia, aquæ vel olea ex rebus cõpositis extrahuntur: aut enim simpliciter in cucurbita concluduntur res destillandæ & igni imponuntur: aut eædem balneo Mariæ vocato immerguntur: aut cineribus, aut arenæ, sicq; subdito igne liquorem desideratum euocant. Et hic quidem modus, vt est optimus & vsitatissimus, ita latissimè patet, vt in sequentibus videbitur.

Tertia destillationis forma per ascensum, fit vasis destillatorijs medicamento refertis, & in acinorum aceruo, aut olearum recrementis, vel fimo qualicunq;, obrutis: horum enim omnium calore putredinali, è medicamentis, diu in vase aliquo, olei vel vini arden

tis

tis alioúe liquore maceratis, Chymistæ suam quintam essentiam depurgant, ac salutares instaurandæ iuuentutis ac propagandæ vitæ aquas, & nescio quæ nõ (inquit Langius in Epistolis) pultricia pestis ac veneni pharmaca alexiteria, elicere promittunt: quibus vt ab auro nomen imponunt, ita auro quoq; compensari ea volunt. Et hæc quidem tria destillationum genera, ob vaporum in sublime ascensum, sublimationes rectè dicuntur.

Altera verò apud Chymistas destillationum forma, per descensum ab Alberto dicta, fit, olla vitreata in scrobem terræ defossa, cui alia medicamentis referta, in fundo foraminibus pertusa, inseritur, terraq; obruitur: supra quam lignis siccis (ἀκάπνοις) accensis, medicamenti liquor per ollæ fundi foramina, in ollam inferiorẽ destillat & descendit: & hac ratione plerique oleum ex assulis lignorum iuniperi & aliorum conficiunt, Langius. Neq; verò ignoramus etiam alias nonnullas in vsu esse destillationes, vt ea quæ per filtrũ fit aut per torcular, &c. sed de his in præsentiarum nihil, nisi obiter, dicetur.

DE INSTRVMENTIS QVIbus destillationes perficiuntur.

Qvanquam omnis destillationis modus perficiatur, pro iudicio ingenióque artificis aliter atq; aliter, & cuiq; sua sit sententia: artifex tamen, quo quisque

fuerit ingeniosior, ita omnia quæ ad operis perfectionem desiderabuntur, prius conquiret, ac proinde animo suo meditabitur, quibus instrumẽtis quodlibet debeat ac possit commodisimè destillari, quàm destillandi opus suscipiat. Ex instrumẽtis autem, alia sunt vniuersalia, ideoq́ ad omnem destillationem requisita, cuius generis est calor: alia verò sunt particularia, certis tantum destillationum generibus accommodata, cuiusmodi sunt, infusio, putrefactio, fermentatio, fornaces, vasa vitrea, terrea, aut alterius materiæ, et si quæ sunt alia, &c.

DE CALORE, INSTRVMENTO *vniuersali, necessario omnibus destillationum formis.*

OMnis destillatio duobus præcipuè modis perficitur, prior quidem caliditate & siccitate, alter verò caliditate & humiditate. Vtriusque autem tres gradus constituuntur, primus est leuis caliditatis, seu qualitatis remissæ: secundus fortior cum mediocritate tamen aliqua: tertius est violentus. Est igitur ignis moderandus & regendus, pro natura ea, quam res destillanda habet, non negligendo etiam secundas qualitates atque tertias. Quamobrem quæ tenuioris sunt substantiæ, vt lactuca, endiuia & frigida: non ferunt calorem nisi moderatũ, & primi gradus. Quæ autem crassa sunt, & substantiæ compactio-

ris,

ris, vt abſinthiũ, & aromata, ſimiliaq́, peten-
tiorem calorem requirunt. Antimoniũ con-
tra, cæteraq́ metallica, ipſum iam expetunt
ignem. Per calorem moderatum in deſtilla-
tione vini, & herbarum, aſcendunt partes e-
tiam aqueæ: per violentiorẽ verò aſcendunt
tantum tenuiores, aqueis relictis.

Sed habẽda quoq; eſt ratio vel maxima, ne
ignis de lignis ſemiputridis, graueolentibus
aut prunis in ſcrobe ſuffocatis, aut carboni-
bus de terra erutis, quos λιθάνθρακας appellant,
ſuccenſus, ſuo virulento vapore vaſa deſtilla
tionis inficiat, & liquores coinquinet. Quàm
noxius enim horum vapor ſit, cubicula &
hypocauſta, & balnea his calefacta, teſtãtur:
quæ in his diuerſantes, non ferendo capitis
dolore affligunt, vomituq́; & lypothymia
proſternunt: id quod in balneis Oenoſponti
ipſe cum illuſtriſsimo principe Palatino gra
uiter ſum expertus. Vnde Galenus meritò re
darguit Eraſiſtratum, qui ob aeris denſita-
tem aut ſubtilitatem perire arbitrabatur in-
habitantes, quum potius ob peſtiferos in
Charone baratros, aut domos nuper calce
oblitas, aut carbonum odores, noxio ſcilicet
horum vapore, interirent, Langius. Non de-
ſunt tamen, qui hac in parte contrarium ſen-
tiant, exiſtimantes neque fumum, neque car
bonum odorem, materiæ quæ deſtillatur
quicquã officere, aut quo quo modo alterare
poſſe, vbi cucurbita benè lutata & obſtructa

fuerit. Destillatoribus verò, quiq; destillatio-nibus præsunt potius, quàm rebus destillan-dis, esse inimicum vaporem.

DE RELIQVIS INSTRVmentis particularibus.

SVnt & alia quoq; instrumenta, per quæ ignea qualitas vel intenditur in destilla-tione, vel remittitur. Quamobrem destillatiô aliquando fit mediante vapore, aliquando in aqua, vt in balneo Mariæ: aliquando per ci-neres, per arenam, per contritos lapides, li-maturam ferri: aliquando his mixtis, vt quan-do arenæ aqua commiscetur, vt neque peni-tus fiat in balneo destillatio, neq; omnino in arena. Vbi notandum est destillationem, quæ cum farina laterum fit, omnium esse quo-rundam iudicio, optimam & tutiorem, calo-rem enim æqualiter fouet, & vitra non æquè facilè rumpit, quæ duo in destillationibus pernecessaria sunt. Sed de his omnibus, vbi & quando, nunc hoc, nunc illo medio fit o-pus, in particularibus destillationibus di-cetur.

Ad destillationem rerum, necessaria ali-quando est infusio, aliquando putrefactio, contritio, & huiusmodi alia.

Infusiones quibus præparantur res destil-landæ, ad olei vel aquæ extractionem, fiunt aut in aqua simplici elaborata, vt per cana-les longo itinere decurrēte, aut in aqua destil

lata,

lata, aut in aqua vitæ, aut vino, aut in aquis herbarum destillatis, aceto, aut alio aliquo liquore: & sic infusa stant in sole, vel igne per semihoram, per horas etiam plures, noctem totam, etiam diem, biduum, triduum, per mensem aut plures, pro medicamenti natura, & vario medici scopo & necessitate. Res infusas aliquando exprimimus ante destillationem, & expressum demum humorem destillamus, aut integram infusionem, hoc est, infusum ipsum, & liquorem, in quo facta est infusio, simul in cucurbita, aut alio instrumento destillamus. Aquæ & olea quæ ex aromatibus parantur, fieri debent per infusionem in aqua simplici, non in vino, aut aqua vitæ, quia illa citò ascendunt, nec ferunt secum aromatum vim: aqua autem non sine aromatica facultate ascendit. Aliquando ponimus res destillandas ad putrescendum, ac tandem finita putrefactione, destillamus: aliquando tamen & ipsa putrefactio destillatio est, vt supra monuimus, & inferius quoque eius fiet mentio.

Fermentatio quoq; materiarum ac infusionum fit, aut ad solem canicularem, aut alioquin potentem, aut ad fornacem, aut in fimo equino. Fermentatio eget multis diebus, vt quatuor aut pluribus, & quo melior facta fuerit fermentatio ac præparatio, eo maior & olei & aquæ erit extractio.

DE FORNACIBVS, CVCVRBI-tis, capitellis, recipientibus & reliquis instrumentis, quædam in genere.

DE instrumentis materialibus, quibus artifices Chymistæ, in oleis aut [illegible]is destillandis vtuntur, peculiariter hic & seorsim prolixius scribere, nostri non est instituti, quando ea omnia satis superque ab [illegible] scriptoribus tractantur. Sufficiat nobis hic generalia quædã monuisse, & rariora instrumenta & modos destillationis proposuisse.

Optima & aptisfsima destillatoriis fornacis forma, sphærica est, ad cuius extructionẽ, eligendi sunt crudi, probè tamẽ sole arefacti lateres, vtpote qui coctis sint tractabiliores, & ad quancunque etiam formam ferro facilè incidi posfsint. Fornacis quantitatem, secundũ aheni proportionem determinato, & densitatem seu parietum crasfsitiem, pro tuo arbitrio effingito. Quo tamen densior circumferentia seu latera fuerint, hoc plus caloris fouent. Lapides crudi in humidum prius locũ, velut in cellã vt ferro tractari melius posfsint erunt recondendi. Erunt aũt sic aptandi lapides, ne iuncturæ conueniant, sed inæquales fiant, sic enim firmior fiet constructio. Vniendi lateres luto pingui, è floccis de paño abrasis & fimo equino simul subactis. Madefiat autem, vbi luto vti voles, in aqua multum salita. De luti autem præparatione in sequentibus

tibus. Arſenicum, auripigmentum, cinnabaris, mercurius, ſulfur, & ſimilia, quoties deſtillanda fuerint, extruenda eſt fornax communis deſtillatoria, rotũda vel quadrata pro voluntate deſtillatoris, cũ duobus foraminibus vtrinque relictis ad euentationẽ ignis. Huic eſt adaptandũ vas aliud terreũ, quod cineres & bociã recipiat, ſicq; tranſuerſis, ferramẽtis fornacis imponatur, ita vt vndiq; luto vel terra claudatur, ne ignis inter fornacem & vas terreũ penetret. Tum ſupponatur ignis, primò quidẽ vſq; quò incaleſcat fornax, & materia contenta liqueſcat, lentus: poſtea verò augeatur & fortificetur, tandiu quoad nullus fumus per bociæ orificium exhalet.

Aerea vaſa, aiebat quidam Chymiſta empiricus, nihil opus eſſe ſtanno induci: hoc enim olea & aquas quodammodo attrahere, remorari, & conſumere magis, quàm æs.

Cucurbitæ aliquando longiſsimæ requiruntur, vtpote quando liquorem puriorem & ſynceriorem requirimus. Eiuſmodi neceſſariæ ſunt in quintæ eſſentiæ deſtillatione, vbi ſubtiliores tantum, non autem craſſiores & terreſtriores ſpiritus aſcendere volumus.

Inter deſtillandum, aliquando neceſſe eſt, capitellum pannis aqua frigida madefactis, refrigerare, vt citius ſpiritus & vapores condenſentur. Verum hanc moleſtiam euitare licet, hoc modo parato inſtrumento, quod Lonicerus de arte deſtillatoria ita deſcribit,

Cupreum vas ad formam aduſtoriæ galeæ,



ſiue vt vocant alembici, figura B. hic ſignatum, accipiatur, huicq́ aliud rurſus rotundum operculum, quale A. litera monſtrat, priorem galeam non contingens, cui frigida infunditur aqua, ſuper inducatur. Alembici item collum arundo operculi, C. refrigerat. Quod ſi aqua huic operculo ſeu vittæ infuſa, caluerit, per epiſtomium D. emittitur, ac recens denuo infunditur. Vel extractorijs e-



tiam, qualia hic vides inſtrumentis, ad hoc ipſum vti licebit, quæ breuiore parte in operculũ immiſſa, omnem aquam extrahunt, qua extracta, frigida ſuppleri poterit. Aut aliter ex eodem.

Bouis veſicam galeæ ſiue alembico ſuperinducunt, eam probè circumligantes, quam circa alembici collum aqua replent, eamq́ ſi incaluerit per epiſtomium euacuant. Hæc refrigeria plurimum proſunt, ſi pura & tenera ſimplicia, velut flores, herbæ, radices, fructusq́, aqua vitæ & ſeparatio quintæ eſſentiæ, ſeparentur & ſubducantur. Quidam

in ea

in ea ſunt ſententia, vt exiſtiment inſtrumenta fornicecus nullo pacto refrigeranda, neq; capitellum neque roſtrum, quia olea rurſum reprimũt & in cucurbitam decidunt, vnde nunquam poſtea eleuari poſſunt,



Roſtrum nõ ſit longius ſpitamo vno, aut vno cum dimidio, priusquam aquam contingat, alioquin canali longiore exiſtente, tum olea, tum aquæ nõ nihil conſumuntur.

DE MODO DESTILLANDI in Sole.



Deſtillādi ratione per Solariũ radiorũ calorẽ, frigidis etiã regionibus vtcunq; accõmodatũ, vt odorẽ flores varij, cæteraq; de-

ſtillãda, & qualitatẽ retineãt, docet Adamus Lonicerus in Nat. hiſt. Cauum, inquit, ignitum ſpeculum, Solis ſplendori obuerte, vitrum, cui materia ineſt, inter Solis radios, & ſpeculum collocato, ita vt radij ſolares in ſpeculo ad vitrum, ſecundum adiectam figurã, ſe reuerberent.

Eſt & alius quidam modus, Italis præcipuè vſitatus, deſtillandi aquas in Sole, hoc modo. Accipiunt duo vitra, vnum vacuum, alterum herbis aut floribus plenum. Hoc vitrum ita plenum panno lineo claudunt, per quem liquor deſtillare poſſit. Deinde huius collum, vitri vacui collo ſuperimponunt, ac diligenter aut luto ſiue argilla, aut alia quauis materia obturant omnes meatus, ne quid exhalet, colligantes vtrunque vitrum, atq; radijs ſolaribus ea exponentes, vt illud quod herbas vel flores continet, dependeat, alterum quod vacuum eſt, inferius ponatur, vt liquorem, qui in ſole excoquitur, excipiat: ita parant mulieres Bononienſes aquam ex floribus rubi, ad oculos. Deſtillationis in ſole, modum alium, vide inferius.

DE MODO DESTILLANDI *per aſcenſum, & quid in ea operatione præcipuè ſit obſeruandum.*

DEſtillationem, ſiue ſeparationem partium ſubtilium à craſſioribus, duobus præcipuè modis fieri, ſupra diximus, per aſcenſum

ſcenſum videlicet, & per deſcenſum. Deſtillatio autem per aſcenſum, alia fit in balneo Mariæ dicto, alia in cineribus, alia in fimo, alia alio interueniente medio. In omni verò deſtillatione, hoc obſeruandum venit, (in primis quoties olea ſunt extrahenda è rebus) ne inchoata deſtillatio intermittatur. Quod ſi enim ſemel intermittatur, ita vt refrigeretur materia, nunquam poterit iterum perfici, nec enim amplius aſcendit: quare continuanda operatio eſt.

COMMODISSIMA RATIO *qua cucurbitæ, cum deſtillatio fit per balneum Mariæ, ſine negotio, in lebete aquam calentem continente, ne ſupernatent, retinentur.*




PAretur vas terreum, quod cucurbitam recipiat, quodq; aqua eſt replendum, ſatis magnum, in cuius fundo interno quatuor

lateribus sibi inuicem oppositis, quædam eminentiæ formentur perforatæ, vt per cuiusq; foramen, funiculus traijci posit, ad hãc ferè formã. Vbi funiculum traieceris, in medium harum cucurbitã pone, priusquã aquã effundas, cuius collo itidem funis est circumponendus, cui quatuor funiculi è fundo vasis perducti, sunt connectendi æqualiter. Potest autem fieri funiculorum quatuor relaxatio, aut constrictio, breuior aut longior, prout artifex profundam cucurbitam, aut altam voluerit. Et hoc quidem modo percommodè retineri potest cucurbita, quæ alioquin difficulter sub aqua contineretur. Quod si cucurbita, non terrea, sed ærea fuerit, facilè adaptari cucurbitæ poterunt, loco funiculi collum circundantis, orbiculi parui quatuor, per quos funis è fundo vasis ascendens, traijciatur, sicq; cucurbita fundo vasis alligetur, vt figura docet.

QVOMODO IN BALNEO MAriæ, *magna copia aquarum, minimo sumptu, paucißimis instrumentis, ac breuissimo tempore destillari poßit.*

SIquis magna aquarum copia, per balneum Mariæ destillandarum, opus haberet, vt minori sumptu, & laboribus, atque etiam paucioribus instrumentis id perficiat: is



is parabit ſibi è ligno tinam magnæ ſatis capacitatis, quæ ſcamno aut ſubſellio imponatur. In medio huius, à fundo, vſque ad ora ſuprema, vas magnum æreum in forma canalis ampli, extrinſecus vſquequaque perforati, extruatur. Sub fundo tinæ ſit fornax, in cuius ſpatium vacuum pars ærei canalis deſcendat, ita vt intra parietem exteriorem perforatum canalis, & interiorem, aqua contineatur: interior verò per tinam deſcendens ignem contineat, quo calefiat aqua. Quo ſic parato circumcirca canalem, in ſpacium tinæ reliquum aqua repletum, ponantur cum ſuis capitellis alembica, quorum naſus promineat ad recipientia vaſa ſuſcipienda, & fiat ſic deſtillatio. Formam huius fabricationis hic præmiſimus ex Pyrotechnia.

FIGVRA BALNEI MARIAE Albucasæ, vt Gesnerus coniicit.



A. Fornacis locus, vbi ignis accenditur.
B. Caminum.
C. Olla igni imposita, in qua aqua bulliens continetur.
D. Canalis, per quem aqua feruida in tinam iuxta impositam, effluit.
E. Tina, aquam calefactam recipiens, cui cucurbita imponitur.
F. Cucurbita, cum suo capitello, continens rē seu materiam destillandam.
G. Canalis, seu via, per quam aqua effluit.
H. Vas recipiens aquam destillatam.

Videtur sanè, inquit Gesnerus, optimus hic modus, & melior, quàm si ignis vasis destil

latorijs subijciatur. Vide aliam formam, huic ferè similem, inferius inter olea.

DE QVINTAE ESSENTIAE *per balneum Mariæ destillatione.*

Recipe vini albi optimi, aut aquæ simplicis, aut roris Maialis, aut alterius liquoris puri, mensuras quatuor aut quinque, secundum capacitatem vitri, aut vesicæ, ita vt tertia pars vesicæ vacua relinquatur: vitro superpone alembicum, perlutetur cum albuminibus ouorum, cum farina & aqua mixtis, & super pannum lineum extensis, reponatur ita in balneo Mariæ, deinde destilla lentissimo igne, die, nocteque, ex quinque mensuris mediã, & quod destillasti, vsui pro extractionibus serua. Signum autem perfectæ destillationis quintæ essentiæ est, si supercilij pilum imposueris, statimque fundum petat: tunc enim reduxisti quintam essentiam ad perfectionem, destillationibus aptam. Hoc ipsum cum aqua simplici, aut rore est agendum. Necesse est autem, cucurbitam esse longissimam, ne crassi vapores, aut terrei spiritus quoque ascendant. Quinquies aut septies repetenda destillatio, aut toties, donec perfecta sit. Et hæc quidem ratio, videtur optima, quia extractiones aliena qualitate minimè inficit.

Conficitur & repente aqua, dum calefacto aut feruente succo, cyathus superponitur vi-

treus, in quo fumus transit in guttas, guttæ inde collectæ in aquam coguntur: sic acetum in aquam facilè vertitur: aut si vapor ex herbis in vino incoctis, per patinas colligitur. Vtilis hæc ad oculorum maculas & suffusiones detergendas, maximè si albo aceto ruta incoquatur, Cardanus.

MODVS DESTILLATIONIS *artificiosus, quo vno, eodemq; igne, simul & semel aquæ & olea extrahi possunt, nec non sublimandi & in balneo Mariæ destillandi commoditatem habens. Dicitur autem, destillatio in turri, à fornacis figura.*

E lateribus crudis aut coctis, extruatur in plano, forma turris rotunda, aut quadrata, aut etiam hexagona, aut alia qualicunq;, altitudinem habens vlnæ vnius cum dimidia, aut duarum, aut trium, & in vniuersum quacunq; volueris altitudine & amplitudine, ita tamen vt satis validum & copiosum ignem capere & sustinere valeat. In ea per spacium palmæ vnius, aut vnius cum dimidia à terra, extruatur crater, qui carbones sustineat, vna cum fenestra, aut foramine, per quod aer subingrediens, carbones euentilari possint. Quo facto, à facie turris exteriore, ædificen-

ædificentur circum-circa, ab omnibus lateribus, fornaces qua videbitur amplitudine, altitudo verò à terra respondeat crateri intermediæ turris. In omnibus verò lateribus turris intermediæ, mox supra craterem carbones sustinentem, fiant foramina satis magna, vt per ea ignea qualitas, exterioribus fornacibus communicari possit. Formentur autem fornaces istæ, vt formam habeant propugnaculorum ciuitatum. His singulis foraminibus internæ turris, priusquam machinæ exteriores accommodentur, adaptare oportet laminam ferream, tribus aut quatuor foraminibus, seso mutuo, ordine & magnitudine consequentibus, perforatam, vt è furno extrahi penitus vbi opus fuerit, possit, aut rursus reponi, vbi per duo, vel tria, vel vnum tantum foramen: aut per maius vel minus, vim ignis penetrare voluerimus. In summitate turris mediæ, cõcameratio quædam est fabricanda, qua exactè, ne aer per inferiora subingrediẽs, superius expirare possit, fornax seu turris claudatur, ita tamen vt deponi & reponi rursus pro necessitate possit. Quibus præparatis, vacuum turris mediæ, carbonibus est explendum, ac tandem operculo claudendũ, & vndiq; perlutandum. Inferius verò per foramen seu ostium, ignis erit supponendus, ita carbones foraminibus prædictis viciniores, ab igne consumentur,

quibus consumptis, illi qui in parte turris superiore continebantur, sensim delapsi, vicissim accenduntur, sicq; sese mutuo, quo ad omnes fuerint absumpti, succedunt. Qui hoc modo, hisq; fornacibus destillationem susceperit, huic semel in die, ignẽ visitasse, satis erit: est autem tale ædificium non ingeniosum solum & elegans, sed commodum etiam & perutile. Vidi aliquando etiam eidem ædificio, balneũ Mariæ, in turris summitate accommodatum, & vas sublimatorium, pro vt sequens figura ob oculos ponit, ex Pyrotechnia.




DESTILLATIONIS PER *arenam, modus quidam artificiosus.*

MAteriam destillandam cucurbitę vitreę includito, orificio'que cum pasta, ne respiret vspiam, optime obturato, hoc modo decoquito. Cucurbitam pone in caldarium aqua & palea plenum, bulliant simul suauiter, quo ad amplius non bulliat, (forte ad aquæ caldarij consumptionem) postea ab igne remoue, & vbi refrigerata fuerit cucurbita, pone eam rursus in cantharum (seu vas) arena repletum, id'que totum circundatum sit & coopertum arena vsque ad collum, & collocetur in loco soli exposito, vt toto die à radijs solaribus percutiatur, ibi'que dimitte, ad dies quadraginta. Postea è dicta arena remoue, & rursus arenæ tantum, sine intermedio vase, impone, per dies octo, ac tandem cola per pannum lineum nouum, & exprime fortiter in torculari, &c. Fieri autem hæc destillatio debet Iulio & Augusto mensibus.

DESTILLATIONIS PER FImum, *modus quidam rarior, ex authore Pyrotechniæ.*

EST præterea, inquit ille, alius destillationis apud Chymistas modus, qui fit in fimo equino, calore eius aucto per fumum seu vaporem aquæ ebullientis, ad hunc modum. Extruatur arca lignea sex vlnarum lon

gitudine, latitudine verò tanta, vt commodè & cucurbitarum corpora vtrinq; recipiat, & ſpacium nihilominus relinquatur, quo canalis inter vtrunq; bociarũ ordinem penetrare poſsit. Arca repleatur fimo ſicco, permixto ſtramini diſſecto, & imponatur in ſcamnum, vt altior extet. Fimo cucurbitæ indantur, capitellis extra eminentibus, vt naſus recipientibus adaptari queat. Inter has medias, extendatur canalis æreus, aut plumbeus, aut etiam, ſi placet ligneus, habens multa foramina exigua ſecundum totam canalis longitudinẽ extremitas altera ſit incurua, terram verſusſpectans. Tum rurſus aliud vas terreum aut æreum iuxta ponatur, habens collum oblongum, cui adaptetur canalis: Vas inferius aqua replendum, & impoſitum tripodi, igne calefiat, vt aqua ebulliat, ſicq; vapores eleuari, per canalem fimum calefaciãt, & cucurbitæ, cõſequenter, vt figura ſequens nobis repræſentat.



DE

DE DESTILLATIONE *per glaciem.*

MIra quoq; hęc est destillatio. Putrefacta aliqua materia, (ad mensem vel duos) glaciei si exponatur, fieri asserũt, vt phlegma subsidens, conglacietur, & pars oleosa super natet, & colando separari possit.

DE ARTIFICIOSA DESTILlatoria fornace Sarracenorum, ex Gualtheri Ryffij Germanico Vitruuio.

AD præparationem aut extructionem artificiosæ fornacis, qua Macedones & Sarraceni vtuntur, primo omnium extruenda est, cum luto siue terra qua figuli vtuntur optima, ex ollulis, lateribusq; vitreatis, & optime excoctis, & secundum formam, quam R.S.T.V. repræsentant, formatis. His habitis, basis fornacis extruenda figura rotunda aut quadrata, ex calce & lapidibus instar muri, vt Q. litera ostendit. Huic basi imponenda vasa inuitreata decẽti ordine disposita, & luto tenacissimo compacta, pro vt Y. litera exprimit. Et ne inutilis tẽperatus ille calor sit, possunt extrinsecus & intrinsecus eius generis vasa disponi ex vitro vel terra, aut metallis optime munita, vt Z. litera ob oculos ponit. Dispositis itaq; ad hũc modũ vasculis, aptanda sunt diligenti cura & recipientia vasa, ita vt optime luto, ne respirẽt vspiã, claudantur,

pro vt ostendit V. litera apposita. Iam vbi vel olea vel aquæ sint destillandæ, materia uasculis est ingerenda, vt X. litera declarat, quibus deinde recipiens modo prædicto



appendatur: in fornacis medio, succendatur ex carbonibus ignis leuis, ne ex vasculis vllũ cõtingat. Hoc modo calore temperatissimo destillationẽ perficies. Hac fornace simul & semel quinquaginta aut sexaginta aquarũ species destillabis, vt figura apposita oculis subijcit.

DE INSTRVMENTIS QVIbusdam destillatorijs, à Gesnero propositis, ab alijs iudicandis.

VIdendum, inquit, num quid posit commodè sic, tali instrumento, destillari.


A. Vas æneum, stannatum igni imponendum, cui insit materia. Poterunt autem herbæ imponi per se: vel substrata pauca arena.

B. Vas terreum, quod in A. inseratur, ve

contra

contra, ita vt alterutrum vas intrinſecus limbum habeat, in quem alterum recipiatur.

C. Vitreum capitellum vel terreum, vel æreum ſtannatum, cuius orificium inſeratur in orificiū B. In C. ſummo, vapor conuerſus in aquã, deſcendet in imas eius partes quæ deorſum prominent, & cum libebit, emittetur per epiſtomiū; tum guſtandi gratia, tum ne redundent. Niſi libeat in C. ſummo foramen facere, vt cum libet euacuare, C. totum extrahatur.



D. Additamentum pro aqua frigida, ad refrigerandum vas ſuperius.

INSTRVMENTVM ALIVD pro via.


TAle inſtrumentum 1. notatum, æreum ſtannatum fieri poteſt, vt quouis circunferas, ad deſtillandum fontes, &c. Poterit autem per ſummam foramen euacuari. An poſſet tale etiam alembicum fieri, vt binario numero notata figura oſtendit, cum epiſto-

mio vel roſtello paruo in ſummo. Aut ſic, vt figura ternario numero notata: Eſt autē tantum delineatio alembici, quod phialæ imponendū, vt prima figura declarat. Cuius pars inferior, hoc eſt, phiala, lutari poteſt aut interari, & prunæ ſuperimponi.



FIGVRA NOVA RETORTAE.

FIat retorta, ea forma vt A. ē bona terra, hoc eſt, ex tigillis fractis, ē luto & limatu
B. Inſeratur in C. ꝙ limbū habeat. (ra ferri.
D. Acuminetur hoc loco, canalis hic ē terra. aut cupro: vt in quamuis phialam, aut ampullam vitream inſeri poſſit.



Pro aqua cinnamomi destillãda, sic parari instrumentum posset. Primum potes facere, inquit Gesnerus, tripodem: & supra tripodẽ ferrum cauum ponere, in quo vel arenã, vel cinerem imponas: vel nihil, vbi maiori igne opus est, & tunc ferrum illud sit perforatum: & imponas cucurbitam vitream benè lutatam. Hoc totum includas circulo laminæ ferreæ, &c.

FIGVRA RARA QVAEDAM *Alchymistarum, desumpta ex libro veteri Alchymico manuscripto*



VAsa separationis, vbi quinta essentia, seu spiritus occultus, vna destillationẽ capitur, & est formalissimus modus, simulq; abbreuiatio operis maxima: conducit autem tam ad aurum potabile, quàm pro lapide philosophorum.

In isto furnello ad dextrã tres habẽte flammas, debet esse arena minuta & cribrata; & ignis succensus sit trium candelarum.

In secunda fornace, quæ media est inter vtranq́ꝫ, etiam debet esse arena, & ignis temperatus duarum candelarum, vt flamma in fornacis ostio indicat.

In tertia fornace ad leuam, sit balneum Mariæ, & ignis vnius candelæ. Disponantur autem & ordinentur iuxta sese, quam possunt coniunctissimè: vt minimũ spacium sit inter fornacem & fornacem, quemadmodum figura præcedens proponit.

In eundem quoq́ꝫ vsum, excogitarunt Alchymistæ, etiam sequentia instrumenta.



A. Cucurbita continens materiam, cum suo capitello.

B. Capitellum, cuius nasus desinat in C.

In C. Vitrũ, transit occultus spiritus quintæ essentiæ.

In D. Receptaculum, cadit simplex vinum, aut phlegma quintæ essentiæ.

DE MODO ET INSTRVMENTIS *destillandi per descensum.*

Modus

MOdus destillationis per descensum fit, in inuersa bocia, quæ cum fornace optimo luto coniungitur, ea nimirum parte, qua corpus bociæ fornacem contingit: tum carbones superimponuntur circum circa, & accenduntur, ita vt lentissimus sit ignis. Sufficit autem paruus ignis, quando immediate bociam tangit, augendus tamē est paulatim. Oportet verò ante destillationem, materiam contentam fortiter in bociam intrò intrudere & compellere: aut exiccare, aut cum albumine oui, aut longa fusione in inuersa bocia, ne effluat, continere. Inter destillandum, materia collo bociæ adhæret, &c. Hic modus autē propterea est perfectior, quòd videatur materia, semper retrocedendo, sæpius atq; iterum, quasi sublimari. Sed modum & instrumenta, melius sequens figura exprimit, ex authore Pyrotechniæ.



Rogerius hūc modum proposuit, Impleatur floribus vel herbis olla, inferius habens

angustũ foramen, & os superius ollæ cooperiatur: & tunc supponatur alia olla, & ligetur fundus ollæ superioris, cum ore inferioris, cum argilla, & tunc sepeliatur sub terra, & sit ibi per annum: Facta anni reuolutione, extrahatur, & in olla inferiori inuenietur oleum clarum, quod per calorẽ & fumositatem terræ extrahitur.

DE DESTILLATIONE PER FILTRVM.

IMple poculum aqua, & accipe particulam panni lanei, longitudine duorum palmorũ, hanc totam humectabis, & impones poculo, sic vt altera pars immersa sit aquis, altera extra poculum propendeat, tum extemplo liquorem omnem effluere cernes. Erit autem aliquoties pannus ille, vbi nigrior esse cœperit, aut tardius guttæ stillarint, nimirum propter fæces imbibitas, exprimendus, & lauandus, ac denuo intromittendus.

DE LVTO SAPIENTIAE VVLgò dicto, *quo Chymistæ vtuntur ad oblinenda vasa destillatoria, & ad eorundem iuncturas claudendas.*

POst instrumentorũ, quibus ad res destillandas necessario vtimur, tractationem, dicendũ nunc quoq; est de eo, quod vasa ipsa ab ignis violentia tuetur, eademq; coniungit & copulat quo destillatio melius perficiatur. Id ipsum autem Luto perficiunt Chymistæ. Lutum autem aliud est cõmune, quod seruit extruendis fornacibus & turribus ad destillationem aptis: aliud vero Sapiẽtiæ dictũ, quo

vasa vitrea oblinũtur, vt validius validissimã ignis vim perferant: aliud verò, quod ruptis etiam & fissis vasis coniungendis & vniendis vtile est, quanquam etiam eodem Sapientiæ luto, aliquando fissuræ vasorũ obstruantur.

Lutum commune bonum pro fornacibus, tale fieri potest. Accipito cretã, aut argillam, (terram) cui, siquidem tenax fuerit & visco-sa, cõmisce parũ arenę, aut sabuli, & adde etiã filamenta panni, & stercus equinũ, & incor-porẽtur simul optimè, cõsistentia plus molli, quàm dura aut sicca, Leonh. Fierauant.

Lutũ pro extruendis fornacibus, ℞ pilos ceruinos ab ephippiario, benè percussos, aut lanam de panno, batituram ferri, calcem, san-guinem tauri aut ouis, ex hac mixtura fiant fornaces, cum lateribus.

Lutũ quo vasa illinenda, ne vi ignis dissi-liant. Accipe farinæ tegularũ subtilissimæ & cribratæ, batituræ ferri in puluerem redactæ & cribratæ, arenæ subtilissimæ puluerisatæ & cribratæ ana ℔. j. luti tenacis & pinguis iij. ℔. misce omnia, & humefiant lixiuio, & misceantur bacculo fortiter circumagendo, quibus adde lanæ tonsæ tertiã semper librã, redigatur in puluerẽ agitando, & probe com misceantur. Hoc luto illinantur vasa, quæ findi aut rumpi violentia ignis nolumus.

Aliud quo freq̃uẽter vtor, ℞ arenæ tenuis-simæ ℔ j. batituræ ferri ℔ j. vitri puluerisa-ti ℔ j. luti pinguis ℔ iij. quibus adde tertiã

quamq; ℔. lanæ tonsæ de pannis, cum aqua tartari antiqua, misce agitãdo & verberando.

Aliud, ℞ vitri Venetiani, tartari, ana, & parum salis armoniaci, contunde simul: Si quid diligenter perlutandum est, aut vitrum cum vitro sigillandum, circũ ipsa vasa line, quando calent.

Aliud, ne vasa in igne rumpantur. Accipe aluminis ad placitum, impone in ollam, & affunde aquam purã putrefactam. Decoquantur benè, & despumentur, post refrigerẽtur, tum illine vitra extrinsecus, quo vsq; in ignẽ aut arenam collocanda sunt: exiccentur per se, idq; fiat tertio.

Aliud lutũ defendens vasa, ne vi ignis aut spirituum facilè dissiliant, vtq; in perpetuum aquam fortem contineant. Illita autem in sole exiccanda. Valet etiam pro vitris seu vasis ruptis, conglutinandis. ℞ minij & vitri ana, q. s. terantur in puluerem subtilissimum, & per setaceum subtile cribrentur, post cum vernice incorporato, vt fiat instar pulticulæ addendo olei lini parum. Hoc facto, panno subtili inducatur, aut orificijs vasorum, aut iuncturis impone, exiccetur in sole, per se, quod tardius fit, ignem retinet, & aquã fortẽ, & species aquæ fortis. Et hoc est verum.

Ad vitra claudenda, cõmodè adhibentur reliquarum ampullarum fundi. Item farina, calx, & bolus armenus permixta, in forma pastæ.

Aliud,

Aliud, continens vapores ne exhalent iun-
cturis appositum. Sume vitri in tenuissimum
puluerem redacti, & lithargyri auri anã lib.
j. puluerisata per setaceum passentur, farinæ
tritici lib. ij. commisceantur quàm diligen-
tissimè, subiganturq; cum albuminibus ouo-
rum in formam pastæ fortiter subigendo, &
panno lineo humido illine, quem iuncturis
accommodato, post exiccationem, rursus ex
trinsecus linteo inducatur, & retinebit spi-
ritus.

Si vitrum, quod igni esset impositum, fin-
deretur, hoc modo potest prohiberi, ne spiri-
tus exhalent. Albumẽ oui optimè agitatum,
cum panno lineo imponatur calidè, semel,
bis, terue successiuè, vt quasi intunicetur, e-
xiccata prima tunica, secũda imponatur, &c.

Lutũ sapientiæ, ℞ lutum & fimum equi-
num, commisce fortiter cum vino aut cerui-
sia, secunda vice cum lana de pannis detonsa,
tertia cum farina similacea, cum albumine
oui fortiter permiscendo omnia, & erit lutũ
sapientiæ.

Aut accipe partes duas luti, & totidem fi-
mi, & partem vnã batituræ ferri, puluerisen-
tur omnia: tum pars vna salis liquescat in a-
qua, cum ea aqua subige reliqua, & cum pan
no circumpone.

Accipe terram tenacem, quæ exiccetur, ex
ea fiat puluis subtilis, qui in parua aquę quan
titate ponatur. Postea fac puluerem ex sterco

re equino quod cum albumine oui permiſceto, optimè percutiendo, ac tum miſce cum priori mixtura. Hac mixtura perlutantur vaſa.

Aliud, ℞ recrementi ferri lib. j. ſ. farinæ volatilis lib. ſ. vitri pulueriſati lib. j. albuminis ouorum q. ſ. miſce.

Lutum ſapientiæ fit, ex Capriccijs Fierauanti, accipe cretam optimam & ſubtilē, cui adde ſcoriam ferri pulueriſatam, & cinerem communem album, filamenta, ſtercus equinum, & miſce.

Lutum ſapientiæ, quod laudat quidā empiricus & antimonij præparator, fit è luto ſubacto cum puluere laterum, ſcoria ferri, pilis cerui vel bouis, cum albuminibus ouorum.

DE AQVARVM OLEARVMQVE *deſtillatorum correctione.*

IN omni deſtillationis ſpecie, plerunq; accidit, vel ipſius agentis cauſæ, caloris ſcilicet, vehementia, vel inſtrumentorum vitio, aut deniq; ipſius artificis ignorātia, vt quæ deſtillant aquæ aut olea, aliquid, ſiue igneę caliditatis, ſiue excrementitię, aut ſuperfluæ humiditatis, aut etiam alienæ qualitatis, guſtum, odoremq; acquirant, ideoq; permultum refert, ad eorundem liquorum diuturnitatem, cognoſcere, quo pacto hæc vitia emendanda aut corrigenda ſint. Etenim in eo deſtillationis

nis genere, quæ ignis agentis vi fit (inquit Langius) licet ea quæ natura sunt frigida, vt solatrum, intybus, lactuca, & id genus alia destillentur: empyreuma tamen, id est, calorem siccum accidentarium, velut adusta concipiunt. De quibus Galenus ait, adustorum nullum perfectè esse frigidum, relinquitur enim in eis, igneitas quædam, quam Aristoteles Empyreuma vocauit, Sic atra bilis quoque, quamuis terrestris & natura frigida, quæ ex sanguine adusto gignitur, caloris non est expers, æquè ac cinis & acetum: quare peritiores Chymistæ, vt ille caloris feruor mitescat, & quasi mulcebrior fiat, minusq́ vires euaporent, vasis in aquam feruentem suspensis, quam balneum Mariæ vocãt, destillationem hanc moliuntur, quam à priscis Græcorum myropolis didicerunt, qui ob easdem causas, olea, vnguenta, ex nardo, spica, lasere, aut folio odorifera, in diplomate, etiã sub dio sereno, lignis ἀκάπνοις & carbonibus prius incendio purgatis, leniter decoquebant. Qua ratione etiam medicamenta arteriaca & stomatica, quæ vulgus Arabum Loch appellant, quoque olim decoquebant. Hactenus Ioh. Langius. Nec empyreuma solum ex destillatione aquis vel oleis accidit, sed simul etiã aquosa quædam & excrementitia humiditas in ijs colligitur, quæ & ipsa insolatione hoc modo auferri & corrigi debet. Aquæ destillatæ, per aliquot dies Soli exponi debent, in

vasis linteo aut membrana perforata obturatis, vt quicquid excrementosum est resoluatur, simulq; exhalet empyreuma, quod in aquis destillatis à calore remanserat. In frigidis autem regionibus, vbi ex lento Solis calore & aeris, non potest decoqui & rectificari, aut humiditas resolui: ponatur vitrum aut olla rem destillatam continens, in vas aqua plenum, & decoquatur per duos aut tres dies ad olei tertiam partem (si oleum fuerit) & sic humiditas excrementitia, si quæ fuerit, facilè consumetur, & oleum rectificabitur, Rogerius. Aut, quod Chymistæ in aqua vitæ faciunt, per balneum Mariæ, aquosa humiditas separetur. De reliquis autem rectificationis modis, suo loco dicetur.

Nec minus periculum est, in destillatione, quæ per fimi fœtidi & putrefacti calorem fit, ne scilicet putredinis aliquod vestigium in liquore destillato delitescat. Hinc enim est, quod Langius in Epist. refert, plerosq; etiam eruditione & rerum peritia claros medicos, ob caloris putredinem, & fœtidi fimi euaporationẽ, qua pharmaca infici verentur, ab hac destillationis ratione abhorrere: quippe quòd fœtida semper sint perniciosa. His respondet idẽ author, quòd ea, dũ de vasis putrefactionis eximãtur, ac tandem per alembicũ destillantur, ab hac putredinis contagione expientur, quandoquidem ignis calor, veneno resistat, & id corrigat. Nam & Hera (inquit) ex

Cappa-

Cappadocia medicus, medicamenti ſui ſtipti citatem correcturus, id tres menſes ſub terram defodit, & quaſi computreſcere ſinebat: eo ingenio, ratus, medicamenti ſubſtantiam fieri λεπτομερεστέραν, id eſt, ſubtiliorum partium. Itaq; ſi quid contagionis contraxerint fortè per putrefactionem, id omne per deſtillationem auferri poſſe, eſſe exiſtimandum.

DE AQVIS.

1. DE AQVIS SIMPLICIBVS, EX HERBIS PRAECIPVE DESTILLATIS.
2. DE AQVIS EX ANIMALIBVS, AVT EORVNDEM PARTIBVS.
3. DE AQVIS COMPOSITIS E STIRPIBVS MAXIME.
4. DE AQVIS COMPOSITIS, QVAE ELIXIR VOCANTVR.
5. DE AQVIS METALLICIS, ET AQVA FORTI.
6. DE PRAECIPITATO QVAEDAM.

DE AQVIS SIMPLICIBVS EX *herbis præcipuè, & alijs quoq; corporibus ſimplicibus deſtillatis.*

ACetum optimum ponatur in alembico (nimirum in balneo vel cinere) labijs benè clauſis colla, vel farina (vel papyro) diſſoluta cum aqua. Demũ fiat ignis lentus

per ſpacium trium vel quatuor horarum, interea enim ſeparatur phlegma ab aceto, quod tanquam inutile abijcias. Cognoſcitur autem phlegma eſſe ablatum, quando conſumptum eſt acetum ad tertiam vel quartam partem. Deinde benè claudantur partes alembici, ne qua fiat euaporatio, tum ignem auge paulatim, ſic extrahitur ſecundo acetum acerrimum albiſſimum vſque ad fæces: ſignum eſt quod remanent fæces nigræ ad conſiſtentiam mellis vel picis. Similiter fit ex aceto roſaceo, ſambucino, caryophyllato, & alijs. Si quis in tali aceto, quod eſt ſecundo extractum, poſuerit per noctem pyrethrum, ſtaphiſagriam, vel hederam contuſa, in balneo Mariæ, deinde expreſſione facta, eo quod craſſius eſt abiecto, & liquore in alembicum miſſo, diligenter deſtillet, erit hæc tertia extractio multis experimentis noſtris ad dolores dentium vtiliſſima. Ex libro Alchymiſtæ Luetiæ. In aceti ſolius deſtillatione, puto partem aquoſam primum exire, deinde verò meliores. Geſne.

Aqua ſalſa, aut marina, hoc pacto dulcis reddi poteſt. Effunde aquam ſalſam in aliquod vas, in eoq; iuxta ignem ebulliat. Poſtea fluat per alembicum, vt aqua roſacea, & ſal in fundo relinquetur.

MO-

MODVS DESTILLANDI Aquam simplicem, & aquas fontium thermalium, vt in cognitionem rerum his admixtarum, & inde facultatum earundem deueniamus, ex Gabrielis Fallopij lib. de aquis medicatis.

DIssolutio aquarum thermalium per elambicationem, bifariam fieri potest: vno quidem modo in balneo Mariæ, sed talis dissolutio difficilis est: altero modo per elambicationem siccam, quæ fit igne in vasis vitreis, siue sint vasa vrinaria vocata, siue bociæ non multum refert, vt dixi: sat est, quod hac dissolutione aquæ quæ fit per elambicationem siccam, cognoscuntur ea omnia, quæ sunt aquæ commixta, non excludendo etiam vapores, seu spiritus, qui hac ratione cognoscuntur. Habeatis paratum furnum, cui subiectus sit ignis: supra furnum scilicet in cauitate illa, sit vas testaceum valde latum & arena expletum: capiatis deinde bociam, vel vas vrinarium (nihil enim refert) expletum aqua thermali, & medietas ipsius submergatur in arena existente in vase testaceo. Supra bociã autem collocetur capitellum vas vocatũ, quod debet habere nasum, super imposito capitello bocię, claudantur optime fissuræ, & spacia existẽtia inter vas & vas. Habeatis deinde fistulam vitreã crassitudine vnius digiti,

& perforatam in vtroq; latere, & in alterum foramen fistulæ inseratur nasus capitelli, & circumcirca insertionem obuoluatur fasciola, & optimè claudantur omnes hiatus, ne quid exhalet. Habeatis postea vas ligneum repletum aqua frigida, & perforatū in vtroque latere transuersali vnico foramine, ita fistula descendens quodammodo è capitelli naso, ingrediatur foramen vtrunque, & hæreat aquæ frigidæ in ipso vase ligneo existenti. Et hac ratione cognoscetis, quales nam spiritus fuerint cum aqua commixti. Nam arena existens in testacea olla, cum calida est, caliditas illa agit etiam in bociam, & calefacit aquam è qua efferuntur continuè vapores, qui petentes capitellum densantur, & vertuntur iterum in aquam, quæ aqua descendens per fistulam retinet adhuc vapores, quoniam aqua descendens per fistulam, refrigeratur quoquo modo à frigiditate fistulæ, & à frigiditate aquæ existentis in vase ligneo, quam aquam fistula tangit: & ita frigiditas non finit vapores in aqua illa descendente existentes, exhalare. Prosequamini deinde cum ipso igne sub furno, quo vsq; tota aqua fuerit consumpta. Postmodū extrahatis bociam, in qua si videritis superesse adhuc humiditatem aliquam, finite vt à sole absumatur, quo facto exponatis soli fæces residentes in fundo vasis, & sinatis, vt exiccentur.

Siccatæ



Siccatæ cum fuerint fæces ad solem, intelligendum erit quid in ipsis contineatur. Quidam sedimenta esse ponenda dicunt supra tabellam politam, & sub sole esse inspicienda; vt si quod affuerit corpus luminosum ac lucidum, appareat nobis ratione solaris luminis. Ego verò alia prius facienda moneo. Primum extracta bocia, & calidis adhuc sedimentis, admouendus est nasus orificio bociç, olfactu enim, si aderit argilla, aliaué terra, facilè cognoscetur, quæ alia ratione non cognosceretur: ex odore etiam fæcum calidarũ, rubrica cognoscitur, quia suauis erit, & eodem signo & ochræ præsentia intelligitur. Deinde refrigeratis quodammodo sedimentis, accipiamus portionem ipsorum, & inter digitos teramus, ita enim in cognitionẽ veniemus sandaracç, sulfuris, auripigmenti, & similium. Tum sedimentis siccatis ponantur supra tabellam ad solem, si enim aluminosa quædam fuerint corpuscula; illustrabuntur

à sole, & illustrata apparebunt. Hoc sanè modo cognoscetis sal, si aderit in grumis concretus: nitrum etiam si adsit copiosum, si verò paucum, difficilè admodum cognoscitur. Sulfur quoque si purum adfuerit, colòre cognoscitur, quia subluteus, vel subpallidus: eodem modo etiam cineres & concretos lapides percipiemus. Metalla autem reliqua vt aurum, argentùm, ferrum, stannum, & similia non cognoscuntur: sunt enim aliquando ita cum marmore, cinere & similibus commixta, vt prorsus sensum effugiant, nec si gustetis sedimentum illud, poteritis ipsa cognoscere. Itaq; alia via est procedendum. Inspergendum igitur ipsum sedimentum, laminæ ferreæ politæ atque candenti, ita enim facilè cognoscitur cinis, marmor, gypsum, calx, sulfur, sal, nitrum, cerussaq;. Si enim aderit calx & marmor, non comburentur, sed postquam alia quædam fuerint combusta, remanebunt ista, habebuntq; colorem candidiorem quàm antea. Sin autē videatis, quòd adsit quædam materia, quæ non exuratur, sed fiat statim candidissima, sciatis quod est gypsum: quare calx, marmor & gypsum cōmunicant in hoc, quod non exuruntur, sed remanent, & fiunt candidiora: hoc tamen interest, quòd calx & marmor tardè fiunt candida, & candor non est multò maior, quàm antea esset: contra verò gypsum citissimè acquirit candorem, & illum quidem valdè maiorem, quàm

quam haberet antea. Sulfur etiam facilè hoc experimento cognoſcitur, quia eliquatur & refert ſuum odorem. Sal quoque & nitrum cognoſcuntur, quia ſedimenta comburentur, ſi adſint, & ſcintillabunt: ſed hoc intereſt, quia ſi aderit ſal, ſcintillabit et crepabit ſimul: ſi verò nitrum, ſcintillabit vtiq;, ſed ſine crepitu. Si autem materia ſit mixta ex ſale & nitro, dum ſedimentum exuritur, partim ſcintillabit cum crepitu, partim ſine crepitu. Plumbum hoc experimento nondum potui reperire, credo tamen quòd ſi eſſet in illo ſedimento, eliquaretur ſupra laminam candentem. Si ceruſſa aderit, ſedimentum fiet rubrum, quod eſt etiam ſignum plumbi, parum enim differunt, quoniam ceruſſa fit ex plũbo, & ex ceruſſa ſandix. Si videritis, quòd ſedimentum eliquetur & fiat album ac ſi lac eſſet, nõ inferatis ſtatim adeſſe alumen, quia hoc eſt aliquando indicium, quòd adeſt alumen cum ſuo lapide: aliquando etiam aderit, & non eliquabitur, quia alumen eliquatur tum à calido, tum ab humido. Metalla autem reliqua nulla dictarum rationum cognoſcuntur. Ego autem reperi artem quãdam, quam ſum expertus in balneis Aponitanis, Lucenſibus, & aqua Villenſi, quæ talis eſt. Quandò vultis experiri, an aqua aliqua habeat calcanthum, vel alumen, vel aliud ſimile, coquatis primo aquam non in vaſe vitreo, ſed in vaſe ſtanneo, vel ferreo: poſtea cum aqua fuerit

parum decocta, quiescat, deinde iterũ coquà tur parumper: mox in ipsam inijciatis succum vel decoctum gallarum, pauca tamen quantitate, etsi cum aquà aderit alumen albũ vel calcanthum, videbitis aquam fieri illico nigram. Aut accipiatur verzinum dictum medicamentum & coquatur in aqua, ita vt aqua accipiat colorem veluti nigrum, deinde coletur, & huius aquæ portio inspergatur supra sedimentum, & si aderit alumen, color ille ater reddetur statim clarior. Et quod dixi de colore relicto à verzino, idem intelligatis dequacunq; re alia, ita vt aqua pro tali experimento faciundo, possit fieri ex omni materia, quæ possit aquam inficere colore nigro, & dummodo aqua sit nigra, nõ refert, ex qua materia sit reddita nigra. De astringentia autem, qua alumen est præditum, nihil dico, quia alumen in sedimento existens, non potest gustu dignosci: sæpe enim accidit, vt gusteris sedimentum, & sentiatis astrictionẽ: tamen illa non proueniet ab alumine, sed fortassis à sale vel ab alia re. Ferrum, æs, & similia metalla, non possunt vlla ratione dignosci, nisi ex corruptione sedimenti, ita vt quodlibet metallum, quod aderit, vertatur in proprium excrementum, & ex proprio postea excremento, cognoscetis hoc vel illud metallum adesse. Et hoc modo cognoscitur ferrum, argentum, aurum, chrysocolla, æs, & similia. Stimulanda itaq; sunt sedimenta cum

aliquo

aliquo medicamẽto, liquoréue acri, vt quod libet metallum, in ſedimento contentum, vertatur in proprium excrementum. Acre autem erodensq́ medicamẽtum aptum ad hoc, erit acetum acerrimum, aqua erodens & ſimilia. Accipiatis igitur ſedimentum, & iniiciatis in aquam verbi gratia, erodentem, & cum exiccatam, ac abſumptam videbitis eſſe aquam, obſeruate an ſupra ſedimentum ſit excrementum alicuius metalli: vt ſi ſupra ſedimentum videritis cõcreuiſſe ferruginem, indicabitur, quòd in ſedimento fuerat ferrum. Si verò aderit ærugo, eſt indicium æris; & ſic de reliquis. Metalla itaq; cognoſcuntur per corruptionem, & mutationem ipſorum in propria excremẽta. Et hęc certè eſt rei veritas, vt vos poteritis facilè experiri, ſi acceperitis portionem alicuius metalli, vt limaturam ferri, & commiſcebitis cum aliquo ſedimento, & tentaueritis, vt limatura corrumpatur, & videbitis quod corrumpetur in proprium excrementum, id eſt, in ferruginem. Et his modis cognoſcuntur, quot & quæ ſint res illæ, quæ cum thermali qualibet aqua ſunt commixtæ, idq́ beneficio deſtillationis. Sed animaduertatis ne decipiat vos viridis color, qui aliquãdo apparet in ſedimento, neq; enim inferendum, colorem hunc ob admixtum æs generatum, quoniam ſæpe generatur ex bolo aliquo, qui pariter ſit cum ſedimento mixtus. Igitur experiamini, an proueniat ex admi-

xto ære, vel ferro, an naſcatur ex ferrugine, an ex bolo aliquo, hoc modo. Accipiatis ſedimentum talis aquæ, & infundatur in acetum ſtillatitium, & obſeruate qualem colorem acetum contrahat: ſimiliter qualis ſit color ſedimenti, quando fuerit exiccatum: et ſi aderit ferrugo, color erit niger: ſi bolus, color erit rubicundior, id eſt, minus niger & tendens ad rubedinem. De odore autem & ſapore, nihil dico, quoniam tam varius eſt ſapor & odor thermalium aquarum, vt non poſſimus ex ipſis cognoſcere, quid ſit id quod admixtum eſt, &c. Hæc omnia ex Fallopio, tanquam nõ omnino à præſenti materia aliena, integra voluí aſcribere, quando & alia multa de metallis, huic libro aſcribentur: & multa etiam, vt & hæc, artificioſa indagine ſint ad vſum hominum comparata.

Aqua deſtillata è ſemine canabis cum ſucco allij, eo modo quo aqua roſarum deſtillatur, coſmetica eſt aqua, locis enim glabris, quibus illinitur, pilos creſcere facit.

Aqua chelidonij maioris, quæ proprietate ſua morbis auxiliatur, tam calidis, quam frigidis, robur præſtat ſpiritualibus mẽbris, venenũ à corde pellit, quæ pulmoni obſunt digerit, ipſumq; vlceratum conſolidat & ſanguinem epota ſiſtit.

Chelidonij maio. folia, flores & radices, omnia minutim inciſa, & in vaſe fictili nouo, vitreato, & luto obturato, in fimo equino, die-

no, diebus decem ſepulta, alembico deſtillata, quod primo liquabitur, aqueum erit, quod ſecundo, vt oleum, quod & iterum deſtillato, vſuiq; ſeruato.

Aqua è fragis deſtillatis, eſt ſingulare remedium, cõtra intrinſecos pulmonum & iocinoris calores, & ſitim extinguendam.

Aqua lapatij minoris, curans qualemcunque catarrhum, ex Fierauanti lib. 2. Lapatium minus cum folijs & radicibus deſtillatur, & omnis aqua ſeruatur. Hæc aqua in vitreo vaſe optimè obſtructo, ad vſum ſeruatur. Accipe igitur tempore neceſſitatis huius aquæ ℥ iij. mellis albi crudi ℥ j. ſ. & commiſce optimè incorporando, & bibitur manè ieiuno ſtomacho calidè, in egreſſu lecti, in cæteris optimè ſe gerat neceſſe eſt, nec vllo cibo catarrhum promoueat. Qui hoc genere remedij per ſpacium menſis continuè vſus fuerit, curatur ab omni catarrho perfectiſſimè, excipias catarrhum in hecticis & morbo gallico, nam prodeſt quidem in his, ſed non curat. Ante vſum verò huius aquæ, ſumenda eſt drachma vna aromatici Leonhardi, manè, ieiuno ſtomacho, ſuperbibendo ℥ ij. vini, diſponit enim hoc catarrhum ad ſolutionem.

Laricis ramuſculos teneriores Vallẽſes mẽſe Maio decerpũt, quibus vtuntur in balneis contra varios morbos, potiſſimum contra lepram. Aqua quoq; ex eis deſtillata contra le-

pram valet, Munsterus: quanto magis igitur ipsa Larigna destillata?

Aqua è floribus Narantij, quæ aqua naphæ dicitur, per campanam elicita vi ignis, tantæ suauitatis & redolentiæ est, vt cæteras odoriferas aquas superare certum sit. Ea hodie apud medicos Hispaniæ pro leni vomitum proritãte medicamento habetur, Amat. Lusitanus in Dioscor. qui etiam alibi candem tepidam ad vomitum prouocandum commendat.

Aqua quæ è nucibus auellanis recentibus (destillatione) fieri potest, potata, tormina mitigare præsentaneo remedio, drachmarũ duarum pondere, frequenti constat experimento, Alex. Bened.

Ex nucibus iuglandibus immaturis integris cum gulioca, aliqui aquam destillant vtilem in peste: item vt imponatur podagræ, Gratarolus.

Aqua pilosellæ destillata, valet ad omnia vlcera tibiarum, etiam valde antiqua, ponendo prius in qualibet ℔ aquæ, mellis rosati, myrrhæ & lithargyri ana ℥ ij. & parum camphoræ, deinde dimittatur ad solẽ per tres dies, postea coletur, & ex ea lauentur vlcera, & superponantur petiæ lini in ea prius madefactæ. Et istud agas bis in die, & hoc non parui facias. Destillari herba debet mense Septembri maximè, non existente pluuia. In additionibus Pandect.

Aqua

Aqua destillata è pomis syluestribus immaturis, valet rubedini faciei, & syronibus eiusdem.

Aqua mirabilis ex floribus rorismarini, ℞ ampullam vnam, quam imple floribus rorismarini, sepeliatur in arena vsq; ad medietatem, & sic maneat per mensem aut plus donec flores in aquam conuertantur. Tum accipiatur & ponatur ad solem per quatuor dies, & inspissabitur, & habebit virtutem Balsami: cor, cerebrum, & totum corpus roborat, & valet ad debilitatem memoriæ, & delet maculas faciei & oculorum, si vna gutta proijciatur in oculum duabus aut tribus vicibus, rectificat membra stupida, curat paralysim, phlegma salsum, fistulas & cancrum, quæ aliâs sanari non possunt.

Aqua alia è floribus rorismarini, maximæ virtutis: hominem in sanitate conseruans, & partes omnes corporis illæsas, visum confortans: dolorem remouens stomachi, & ventris inferioris, vtentem hilarem reddit, & pleraq; alia bona facit. Elicitur autē per elambicum ex floribus rorismarini, dantur autem ℥ iiij. semel in hebdomada.

Aqua roris, faciei venustatem conciliat, & rugas generari prohibet: In Laconico si in egressu balnei totum corpus laueris hac aqua, permixta cum albumine oui, cutem dealbat, & à scabie tuetur.

Aqua limonum alembico extracta, aut

ſuccus, pondere duarum vnciarum, cum decocti raphani ℥ iij. pro vice ſi ſumantur, ſufficiunt ad renum lapidem.

Aqua roſacea odorifera, multis modis pręparatur. Aliqui ſumũt roſarum ſylueſtrium, quantitatem quam voluerint, eaſq́ digerunt per triduum in balneo, poſtea verò deſtillant in vapore aquæ calidæ. Aut replent alembicum folijs roſarum, ligatis in linteo: aut madefaciunt intrinſecus capitellum, vt folia roſarum parietibus adhæreant, ſicq́ deſtillant aquam. Alij vbi poſuerint ſtratum ex folijs roſarum, tum illud ipſum conſpergunt aqua vitæ, & rurſus ſuper imponũt aliud ſtratum, tum iterum aſpergunt aqua vitæ, ac denuo ſuper ſternunt folia, idq́ viciſſim pergere ſtudent ad repletionẽ cucurbitæ, ac tandem digerunt & deſtillant. Alij loco aquæ vitæ, aquam odoriferam parant è puluere caryophyllorum, ſicq́ multò fit odoratior. Sunt nonnulli qui ad ℥ xij. aquæ roſarum, commiſcent ℥ j. Camphoræ, & deſtillant. Nonnulli cum ſantalis, & alijs aromatibus præparãt. Quidam herbas odoriferas, aut flores ſimiles, aqua tantum ſimplici maceratos deſtillant. Rurſus ſunt qui croci integri ℥ ſ. & aquæ roſarum ℔. ij. ſimul macerant, & deſtillant, aut, vt alij ſolent, ſumunt aquæ roſaceæ, ℔. ij. & croci triti ʒ j. & deſtillant. Quidam accipiunt vnciam vnam caryophyllorum

rum puluerisatorum, cum ℔. ij aquæ rosarum, & similiter destillant.

Aquam rosarum è rosis Persicis, hic apud nos quidam destillat, quæ aluum soluit. Sumit autem ad alui solutionem tantum aquam primo destillantem, priusquam adurantur rosæ, & destillat in balneo Mariæ, vbi etiam destillat herbas sicciores, alias verò in arena.

Aquam rosaceam, copiosiorem quidem è domestica rosa, sed minus odoratam quàm è syluestri fieri aiunt, Scaliger.

Aqua è floribus sambuci, alembico per destillationem extracta, iter facturus faciem abluat, ne à sole intumescat, aut lædatur.

Aqua scabiosæ herbæ, pota sanguinem cõglobatum discutit, Alex. Ben.

Aqua florum solsequij in sole sic destillatur, mense præcipuè Augusto: Accipe mitram mulieris, multis suturis perforatam, vt solent sutura dicta, ein Englesche nadt, hanc in vitrum album impone ne contingat fundum, cui impone florum bonam partem, & vitrum superius diligenter obstruatur, ne vel minimũ perspiret, destilletur in sole quatuor aut quinque septimanarum spatio. Hæc aqua multum clarificat visum & oculos: Aqua est nobilissima ad confortandum oculos. Et eodem penè modo melior fieret aqua ex verbasci folijs.

Aqua de floribus ſolſequij, prodeſt oculis & membro virili dolenti. Ex mammillis mulierum, magnos dolores extrahit. Virgam virilem fouendo curat.

Aqua verbaſci, & oleum florum eiuſdem, mirabiliter ad podagram faciunt, cuius experimentum iam factum eſt in muliere arthritica, quæ admirata dolores tàm citò ſedatos, & metuens ne narcoticum eſſet remedium, oleo vti recuſauit, itaque poſt menſem morbus repetijt. Eſt autem aqua acetoſa, vnde facile in vino maceratam prius herbam deprehenditur. ℞ tapſi barbati cum floribus & radice, infunde contrita cum vino rubro, & putrifices per duos menſes, deinde deſtilla bis. Linteo intincto locum affectum tegas, quàm calidiſsimè ferre poterit: hoc bis aut ter repete, per triduum inunge oleo, & ſi fortè redierit dolor, iterum vtere, & deinceps non repetere aiunt.

Aqua deſtillata tapſi barbati putrefacta, cum modico vino albo, poſt per alembicum deſtillata, eſt res mirabilis, expertiſsima in omni dolore podagrico & dentium, feci & vidi, Incert.

Aqua deſtillata de floribus tiliç, faciem clarificat, & maculas ſeu veſtigia à ſole impreſſa, quas nos vocamus, die laubflåcken, extergit. Madefiat pannus, & imponatur tribus noctibus, & curat tribus vel quatuor ſeptimanis.

Aqua

Aqua florũ tilię, confert vteri malis dispõsitionibus, calculo, & epilepsiæ. Aqua horum florum destillata, in vitro diligenter clauso seruari debet, ne odorem amittat. Huius aquę accipe cochleare vnum plenum, eiq; adde roris Maialis cochlearia tria, vel quatuor, permiscendo, hoc ipso laua axillas & mammillas fœtentes hirci odore, & curat. Potest etiam vir eadem vti, ad conciliandum bonum odorem.

Aqua tormentillæ, valet ad vulnera, cancrum, & fistulas, & ad vulnera intrinseca: quin etiam doloribus mammillarum & pudendi virilis congruit, hydropem curat, oculos clarificat super omnes alias oculares aquas, & febres quoq; sistit. Paratur autem ex herba tota cum radicibus, simul concisis & destillatis. Qui hanc aquam, continuis nouem diebus biberit, ab hydrope liberatur, mouet enim potenter vrinam. Ex libro veteri manu scripto lingua Germanica.

Ad dolorem in meatibus vrinarijs ab vrinæ acuitate. ℞ Liquoris stillatitij florũ actes, seu sambuci, ℥ iij. sacchari modicum: singulo mane sumatur vsq; ad dies decem.

Aqua destillata ex assa fœtida & trifolio bituminoso in balneo Mariæ, mẽsura vnius cochlearis, valet ad vteri suffocationem.

De aquis ex seminibus, aromatibus, & reliquis quibusdam simplicibus, vide inferius inter olea: ex horũ enim plerisq; & aquæ & olea simul destillant.

DE AQVIS EX ANIMALIbus, aut eorundem partibus destillandis.

MOdus extrahendi substantiam ab omnibus animalibus & ouis. ℞ oua recentia pondere 9. vnciarum, salis communis pręparati vnciā j. misce bene simul pistata, ponantur in phiala vitrea, cum suo antenororio (sigillo) in balneo vel fimo diebus 10. ad minus. Deinde ponatur capitellum cum suo recipiente benè sigillato & in cineribus lento igne destilletur paulatim, destillatum collige, & serua. Similiter fit ex testitudinibus, perdicibus, capis, pro hecticis: nec non pro leprosis, serpentes sic destillantur.

Aqua è sanguine hominis iuuenis destillata, ad arthritidem & defluxiones in articulos valet. ℞ cruorem iuuenis, viginti circiter annorum, & incorrupti, & in vase stet, ad refrigerationem & separationem seri à sanguine, humorē aquosum abijce supernatantem, deinde in vase vitreo, hoc est, phiala, reconde in fimo equino per dies 16. vt putrescat, postea destilla in alembico, & cum ista aqua destillata, inunge loca arthritica.

Aqua de stercore humano destillato per alembicum, præualens in fistulis, & escaram sanat, & cicatricē reddit pulchram si ex ea vngatur. Si in oculo ponatur, rubedinem & caliginem tollit, telā frangit, & lachrymas tollit.

In

In potu data epilepticis citò ſubuenit, & etiã ſi eorum capita vngantur. Super apoſtema poſita cum ſtuppis, citò rumpit. Si cum calce ſoluta detur, lapidẽ frangit. Aqua iſta bibita, hydropicis ſubuenit. Morſui cuiuſlibet canis, vel animalis rabidi & venenoſi, citò ſubuenit, ſi ex dicta aqua bibatur. Si ſtatim poſt venenum bibatur, ſanat, Bertapalia.

Aqua ex humano ſtercore, hominis rubei alembico ſtillans, linita confert alopeciæ, vermibus, vlceribus corroſiuis, cancro & oculorum maculis, bibita verò morbo commitiali, renum lapidi, ac veſicæ, aſciti, morſuiq; animalis cuiusq; venenoſi.

Aqua è ſtercore hominis, naſci faciens capillos, accipe ſtercoris humani, & in alembico vitreo deſtilla, vt verò non fœteat, commiſce camphoræ parum, aut muſci puluериſati, & cum hac aqua laua locum, in quo pilos naſci volueris, & vnge melle optimo, triginta diebus.

Aqua deſtillationis ſtercoris humani lauetur locus aut pars ſcabioſa & curabitur, ſecretum eſt in omni ſcabie.

Aqua ſtercoris columbini (prius in vino per noctẽ macerati,) deſtillata, & bibita, prodeſt calculo, Theophraſt.

Aqua caponis Marchioniſſæ deſtillata, qua in puerperio vſa fuit. ℞ caponem annorum 12. ſuffocetur & præparetur ſecun-

dum arte, & decoquatur in sufficienti quantitate vini maluatici & aquæ rosarum & boraginis in diplomate, contundantur postea carnes cum ossibus & interraneis, destillentur secundum artem in balneo Mariæ per alembicum. Adde inter destillandum species diambræ, diamoschi, de gemmis, diarrhodon abbatis, diamargaritonis calidi, aromatici rosati ana ℈ iiij. coriandri præparati ℥ ſ. adde olei cinnamomi gr. iiij. caryophyllorum gr. vj. misce.

AQVAE CAPONIS DESCRIPTIO, *ex Dispensatorio Coloniensium.*

CAponi plurimum à nobis fatigato & occiso, pennæ siccæ euellantur citra vllam aquæ immersionem seu macerationem, cumque caponem ita deplumatum & exinde euisceratum, minutim vnà cum ossibus, stomacho, epate, & corde conscinde, alioquin reliqua viscera demantur. Vbi sic haschatus id est, côscindendo côminutus fuerit, tunc ad macerandum affunde aquæ rosatæ sesquilibram, buglossæ libram vnam, melissæ vel maioranæ selibram, vini maluatici libram vnam, vncias tres, cinnamomi vncias duas, croci drachmam vnam, seminum endiuiæ, drachmas tres, galangæ drachmas duas, zingiberis, nucis muschatæ, macis, santali citrini, ana drachmam vnam, corticum citri sesquidrachmam, florũ cordialium, ana drachmam

nam vnam, coriandri præparati, ſeminum melonum ana drachmas duas, pinearum ℥ j. florum arantiorum conditorum ſemunciã. Stent hæc ſimul omnia in infuſione per horas viginti quatuor, ſuper fornacem vel in alio loco calido. Exinde ſuperimpoſito adaptato alembico deſtilla per balneum Mariæ, & in deſtillato liquore extingue aurum candens, præſertim tempore vſurpationis, ex diſpenſat. Colonienſi.

Deſtillatio caponis magiſtralis, D. Petri Vuormatienſis. Decoxit caponem in aqua ad ſufficientiam, ita vt remanſerint brodij ℔ ij. poſtea carnem cum iure poſuit ad deſtillandum circa ℔. j. vel ℔. j. ſ. & nihil addit ſpecierum, aut herbarum, aut radicum. Vſus eſt iſta aqua in debilitate, in febribus, & erat ſine nauſea delectabilis.

Aliter capo generoſus in aqua pura decoquitur, cum folijs boraginis & buglosſæ ana M. j. conſeruæ de violis, roſis, boragine & bugloſſo ana ℥ ij. (ex pulueribus cordialibus aliquantulum adijciatur) deſtillentur omnia in balneo Mariæ, deinde aromatiza cũ puluere diatriumſantalorum, & propina creberrimè, And. à Lacuna in fine De peſte.

Deſtillatio caponis cuiuſdam Doctoris; accipe caponem veterem, ſex, ſeptẽ, vel octo annorum, deplumetur & exenteretur, & per noctem in aqua maceretur, poſtea in ollam nouam imponatur; quæ capiat menſuras

aquæ quatuor, decoquatur & despumetur, & pinguedo diligenter auferatur, & olla semper plena conseruetur. Post perfectam decoctionem & dissolutionem ossium, aufer tuniculas omnes & pinguedinem, caro verò minutim concidatur, & aquam decoctam & carnem concisam, in quatuor bocijs perlutatis, continuo igne destilla, quo finito, liquorem destillatum coopertum repone ad vsum. Confert ijs quorum prostratæ sunt vires, & debilitatis, quiq; cibum non appetunt.

Aqua caponis alia ad restaurandas collapsas vires, ex præscripto cuiusdam medici. Pulpa vnius caponis, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua buglossæ abluatur. Deinde addita conserua violarum, borrag. bugloss. ana ℥ j. ſ. conseruæ rosarum ℥. j. fol. auri. P. vj. misceantur omnia diligenter, deinde in duplici vase reponantur, & secundum artem destillentur. Huius liquoris exhibeatur frequenter cochlear vnum per se, aut cum iusculis dissolutum.

Alia eiusdem, à febre extremè dissolutis viribus conueniens. ℞ pulpam vnius capi, cursu fatigati & venati antequam iuguletur, pelle & pinguedine detractis, & in aquis nenupharis & lactucæ abluatur, addendo conseruæ violarum recentis, & florum nenupharis ana ℥ j. conseruæ borraginis & buglossi ana ℥ j. ſ. seminis papaueris albi & lactucæ

lactucæ ana ʒ j. pulueris diamargaritonis frigidi ʒ j. ſ. ſucci pomorum redolentium ℥ ij. miſceantur omnia ſimul, & in duplici vaſe reponantur, deſtillentur ſecundum artem, vtatur liquore iam deſtillato, modo iam dicto.

Alia eiuſdem, in affectu frigido, vires collapſas reſtaurans, ℞ pulpæ capi vnius multum defatigati & diligenter loti cum vino albo, aut etiam cum vino maluatico, ſi affectus fuerit frigidior, adde conſeruæ florum ſaluiæ ℥ j. conſeruæ ſtœchadis, anthos & acori ana ℥ ſ. cort. citri cum ſaccharo condit. & minutim inciſ. drach. vj. cinnamomi interioris, nucis muſcatæ, ana ʒ j. ponantur omnia ſimul, vt prædictum, in balneo Mariæ, deinde deſtillentur ſ. a. Huius liquoris aliquot cochlearia exhibentur ægrotantibus per certa interualla.

Sunt qui in quibuſuis morbis, capitis præſertim & frigidis, cum virium imbecillitate, deſtillatas huiuſmodi caponum aquas laudant, & nos colicis affectibus aliquando prodeſſe experti ſumus, ijs maximè qui flatuoſi fuerint, aqua enim deſtillata aphyſos redditur, vt non amplius inflet, ſi rectè parata fuerit, adijcentur autem medicamenta alia atque alia à perito medico pro affectuum varietate.

QVAMOB CAVSAM, IVRA *caponum, & alia pinguia, quum ſint fluxilis & aereæ ſubſtantiæ, ægrè ſublimentur?*

AN quod pinguedo ſupernatans, humori ſubiecto pelliculam inducit, per quā ſubditus humor vix euaporare poteſt? ſic oleum vino aut aquis odoratis affuſum, exhalare non ſinit: & rhaphanus quoque ex oleo comeſtus, de ventriculo eructationes quas ſolet, ciere non poteſt: ſic etiam ſuccos, quos incorruptos volumus ſeruare, oleo tegimus, ne vel ſpiritus conſeruantes ſuccum exhalent, vel ab aere externo extrahantur. Langius in Epiſt.

Aqua ſtillaticia reſtaurans, & hecticis vtiliſsima, ex Capricijs Fierauanti. Accipiatur gallina bona iuuenis, quæ oua nondum poſuerit, deplumetur viua, vt ſanguis commoueatur, & ſpargatur per totum corpus & carnem: poſtquam fuerit deplumata, euiſceretur, tantum inteſtina auferendo, quo facto contundatur in mortario ſimul cum oſsibus, his adijciatur medullæ panis tantum, quantum eſt carnium contuſarum, & ſimul piſtentur, vnà cum manipulo vno ſcabioſæ viridis aut ſiccæ, & tot auri folijs, quot pendet coronatus vnus, ac demum adde tantum aquæ ſolani horrenſis, quantum eſt in pondere omnium ſupradictorum, ſtent ſimul

mul tota nocte, ac tum destillentur in balneo Mariæ, ad exactam fæcum relictarum exiccationem, & habebis aquam. Pro qualibet libra huius aquæ, adde ℥ j. aquæ nostræ mellis (de qua alibi in hoc libro fit mentio) seruetur in vitro ne respiret. Vsus eius est in pastu & extra pastum bibendo. Valet ad tussim siccam febricitantium, & prodest mulieribus in partu laborantibus maxima siccitate.


Aquas ex ouorum albumine, itemq́ue vitello, Alchymistæ describunt (obruũt prius quinque diebus fimo equino) addentes eisdem ferè aliquid salis, item pinguia & resinosa. Multas eiusmodi aquarum descriptiones lector legere poterit, in Polychymia Diodori Euchyontis à nobis edita.

Aqua hirundinis ad epilepsiam, ex Rondeletij methodo. ℞ hirundinum ℥ vj. castorei ℥ j. temperentur in vino per noctem, & in alembico vitreo posita, fiat destillatio. Capiat de hac aqua ad summum duo cochlearia, semel in mense, manè ieiuno stomacho.

Emplastrum mire conferens scrofulis & fistulis, &c. Expertum est viperas, capite, caudaq́ue abiectis, per elambicum destillare, & quod stillat scrofulis imponere ac fistulis, Fumanellus.

Medicamentum contra lepram ex ranis. Singulare vnum nolo reticere remedium, (inquit Fumanellus) nec postponendum,

ex ranis confectum, cute interraneisq́ abiectis, in vase æneo interius stagnato, & fundo, varijs foraminibus, ad modum clepsydræ perforato, impositis, ore vasis, ne perspiret, contecto & lutato, & vase alio tanquam recipiente, ipsi substrato, terraq́ obruto, & superiori ollæ igne admoto, donec ranarum humiditas destillauerit: stillatitius autem liquor die singula potandus propinabitur ℥ P. iij. mane singulo: & si mihi daretur occasio, periculum inirem ex liquore carnis viperarum præparatarum stillatitio, ranarum more. Vasorum autem forma, quæ Nicolaus Florentinus construere docet in suo magno commentario, sermone 7. tractatu. 5. cap. 39. hęc est. Ipse nanque præcipit, vas primum, ranis iam præparatis, ipsarum ore butyro farcito, implere, & stillatitio liquore cancrum linire tanquam nobili medicamento.



Aqua faui mellis, valet ad generandos pilos:

los: ſimiliter ad aſthma, ſi bibatur: vncta vel illita barbam creſcere facit. Multo autem melius fit ex oleo ac melle, quod vim habet maximam.

Mel deſtillatum & caluitiæ inunctum, etiam valde facit creſcere crines, poſt alopœtiam ſcilicet, Theophraſt.

Ioannes Montanus è melle ait, fieri aquã fortem: & tertia deſtillatione hunc ipſum liquorem fieri venenatum: è mercurio verò (qui per aquam fortem reſoluitur in aquam) fieri liquorem ſalubrem & corroborantem.

Aqua ex melle dealbans faciem. ℞ mellis rubei ℔. ij. gummi arabici ℥ ij. miſce iſta duo ſimul, & deſtilla per alembicum cum ſuaui igne. Prima aqua eſt ad faciem purificandam, & dealbandam: ſecunda cum tertia, facit ad capillos albos.

Aquam è melle deſtillauit Geſnerus, cuius aqua prima nonnihil ceram redolebat, alioquin ſatis grata erat & clara, albeſcens, quæ fortè colicis conuenire poſſet. Quæ ſecundo fluxit, aciditatem quandam habebat. Quæ tertio, ea erat quaſi acetum. Quæ quarto, ferè acetum ipſum referebat. Cœpit deſtillationem mane hora ſeptima, & ex dimidia mellis menſura, duas phialas paruas eo die collegit. Sero incœpit ſtillare, circa meridiem demum. Ignem fecit vſque ad horam nonam noctis: poſtridie mane rurſus, ab hora ſexta, vſque ad ſecundam, tum cœpit

magnus fumus & subfœtidus exire, & materia ascendere (nimirum quando materiæ aquosæ nihil superest, mel ascendit.) Extraxi tum totam cucurbitam, quod non debueram (sat erat altius in cinerem trahere) & erant guttæ rubicundæ, adustæ in alembico, acres & odore ferè vt oleum de ligno iuniperi. Cucurbita infra fissa est. Relictum in cucurbita, mel erat ruffonigrum, adustum, subamarum, flauo colore tingens.

Mulsam veterem in cineribus destillauit Dominus Gesnerus, in cucurbita relinquebatur materia ad nigredinem accedẽs & dulcis, graui odore. Aqua prima odorata erat, & gustu aquam vitæ referebat, non tamen flammam concipiebat. Secunda aqua, aquosior videbatur, cum aciditate quadam. Parum aquæ ex ea destillatur.

Aqua ex ranarum cruribus sublimato vapore, collecta, phthisicis & hecticis efficacissima perhibetur ab Alex. Benedicto, nec non siccæ iocinoris distemperantiæ, bis die ieiunis sumpta tepens, medetur.

Aqua destillata mense Maio ex ranarum spermate (frőschen leich) impositaq́; podagrę, mirè demulcet dolores & prorsus tollit.

DE AQVIS COMpositis è stirpibus maximè.

Aqua

AQua conseruans visum diutissimè, oculosq; ab omnibus maculis purgans. ℞ vini albi, maturi & optimi, lib. xij. panis recentis loti diligenter lib. iiij. chelidoniæ, fœniculi, bulbi, squillæ ana ℥ iiij. caryophyllorum ʒ iiij. misce in bocia cum capitello & recipiente, destillentur in balneo Mariæ, & igne extrahe lib. quinq; aquæ, quam serua seorsim. Valet vt dictum est, ad oculos. In potu sumpta singulis diebus mane, continuando per mensem, conseruat corpus à magnis ęgritudinibus. Estq; secretum magnum, in multis morbis. Fierauanti.

Aqua pro oculis ex lib. manuscripto secretorum. ℞ terebinthinæ (tormentillæ puto) fœniculi, rutæ, endiuiæ, betonicæ, chelidoniæ, euphrasiæ, rosarum rubearũ, sileris montani, capillorum veneris ana M. j. infundantur in vino optimo albo per diem & noctem, deinde pone ad destillandum cum toto vino per alembicum, & fiet aqua pro oculis mirabilis.

Aqua alia, ex eodem libro, ad oculos excellens. ℞ euphrasię, * oreneglię, chelidonię, pentaphylli, verbenæ, florum rosmarini ana M. j. omnia simul misceantur in modum salsæ, quibus affundatur vinum Græcum vetustissimum & subtilissimum, ponantur in ampullam vitreatam obturatam, per dies quatuor aut quinq;. Post accommoda huic vino alembicum & recipiens, & destilletur igne

lento. Poſtea huic aquæ adde ſequentia, ſemen rutæ, ſemen fœniculi, ſacchari candi, tutiæ præparatæ & puluériſatæ, aloes hepatici ana ʒ iij. omnia iſta cum aqua prædicta commixta, in vitrea bocia cum alembico vt prius lento igne deſtillentur, quam ſerua deinceps in vitro. Huius aquæ pone guttam vnam in oculum, quocunq; morbo oculus laborauerit, modo ſit frigidus, ſanabitur.

Aqua magiſtri Petri Hiſpani, quæ viſum acuit & oculos clarificat, & maculas & pannum delet. ℞ ſemen fœniculi, petroſelini, apij, ſileris montani, aniſi, carui, vtriuſq; ſeminis gallitrici. rad. chelidonię, acori, betonicę, foliorum agrimoniæ, tormentillæ, rutæ, verbenæ, ana: terantur & ponantur in prima die in vrina pueri virginis: ſecunda in vino albo: tertia in lacte mulieris, ſiue aſinæ: quarta die deſtillentur hæc omnia, & ſerua vt balſamũ, & obtura vas ne reſpirare poſſit, quia virtus eius exhalaret.

Aqua mirabilis operationis, viſum caliginoſum clarificans, & ſanitatem oculorum conſeruans, deſcriptionis Ioh. de Vigo. ℞ ſucci fœniculi, ſucci chelidonij, rutę, euphragiæ, ana ℥ ij. mellis ʒ x. ſarcocollæ, antimonij, tutię, aloes, ana ℥ ſ. fellis caponum, gallorum & gallinarum ana ʒ ij. nucis muſcatæ, croci, caryophyllorum ana ℥ j. ſacchari candi de ſyrupo roſato ʒ vj. hepatis hircini ſani ℥ ij. ſ. anthos, ſchiarę ana M. ſ. contundenda contundantur

dantur ſubtiliſſimè, & hepar fruſtratim inci-
datur, deinde omnia miſceantur, & ponan-
tur in alembico vitreo, & ſecundum artē bis
lambicētur, & vtere intra oculum, quia mira
biiis eſt.

Aqua alia ad eandem intentionem, eiuſ-
dem. ℞ fellis auium de rapina viuentium,
fellis gruis, ana ʒ ij. fellis perdicum, phaſia-
norum & gallorum ana ʒ iij. mellis ℥ i. ſucci
fœniculi, ſucci euphragiæ an. ℥ j. ſ. vini gra-
natorum amborum ana ʒ x. aloes hepatici,
ſarcocollæ ana ʒ ij. cubebarum, piperis longi
& rotundi ana ℈ j. cinnamomi ʒ j. ſ. nucis mu
ſchatæ, caryophyllorum ana ʒ j. ſacchari can
di de ſyrupo roſato ʒ vj. antimonij, tutiæ ana
ʒ ij. ſ. hepatis hircini ℥ iij. floris roriſmarini
M. j. omnia ad inuicem triturentur & inci-
dantur, & ponantur in vaſe vitreo & ſecun-
dum artem elambicentur: nam iſta aqua in-
tra oculum poſita ſanitatem oculi conſeruat,
& viſum caliginoſum & turbidum emendat.

Aqua precioſiſſima ad caliginem, nebu-
lam, & ad omnia vitia oculorum: viſum mi-
ro modo clarificat, & omnem oculorum ma-
culam abſtergit, ℞ vini albi cyathos ij. ſucci
fœniculi depurati & clarificati cyath. j. cam-
phoræ ʒ j. tutiæ Alexandrinæ ʒ j. zingiberis
℥ ſ. mellis ℥ quatuor, terenda terantur, & o-
mnia in bacino de lotono ponantur per no-
uem dies ad ſerenum, vbi neq; ros neque ſol
percutiat, deinde deſtillentur per filtrum, &

in ampulla vitrea aquam destillatã serua, & mane & sero guttam j. aut alteram oculis immittas. Arnoldus.

Aqua nobilissimæ operationis in cataractis oculorum, resoluit enim materiã in viis oculorum existentem, cum notabili confortatione virtutis visiuæ, Iohan. de Vigo. ℞ hepatis hircini sani & recentis lib. ij. calami aromatici, mellis ana ℥ ſ. succi rutæ ʒ iij. aquæ chelidoniæ ℥ sex, aquæ fœniculi, aquæ verbenæ & euphragiæ ana ℥ iij. piperis longi, nucis moschatæ, caryophyllorum ana ʒ ij. croci ℈ j. florum rorismarini aliquantulum contriti, schiaræ siue bozomi ana M. ſ. sarcocollæ, aloes hepatici ana ʒ iij. fellis auium de rapina viuentium, si inueniri possit ℥ j. vel loco earum capiatur de gallis, gallinis, caponibus & perdicibus in triplum, videlicet de felle gallinarum, &c. omnibus prius trituratis & incisis: deinde triturationi addantur, sacchari albi ℥ iij. mellis rosati ʒ vj. misceantur omnia & cum alembico vitreo secundum artem destillentur, & vsui reseruentur benè obturata, quia vnam quanq; debilitatem visus confortat, & caliginem oculorum mundat, cataractam futuram prohibet.

Aqua intra oculum posita, dilatationem pupillæ restaurans, cum aliquali virtutis visiuæ confortatione, ℞ fœniculi dulcis ʒ j. sanguinis columbini ℥ j. tutiæ, antimonij ana ʒ ij. aquæ ros. aquæ myrtillorum ana ℥ j. ſ. myrobalani

robolani citrini ℥ ſ. miſce & cum vaſe vitreò ſecundum artem elambicetur aqua, Ioha. de Vigo.

Aqua experta ad viſum penè deperditum inſtaurãdum, in oculos frequenter immiſſa. ℞ fœniculi, chelidonij, saluiæ, roriſmarini, verbenacæ, rutæ, ſing. M. j. alembico deſtillentur.

Aqua ad viſum inſtaurandum ferè deperditum & albuginem. ℞ virgæ paſtoris, millefolij vtriuſque M. j. chelidonij, verbenacæ, rutæ, fœniculi, foliorum enulæ. ſing. M. j. caphuræ ʒ ſ. recentia contundantur, & alembico deſtillentur.

Collyrium, viſum fere deperditum reſtaurans, & expertum. ℞ Apij. fœniculi, rutæ, verbenacæ, benedictæ, quæ Caryophyllata vocatur, cartophylaginis, quæ & ceratophylax, agrimoniæ, chamædryos, luminellæ, pimpinellæ, querculæ minoris, fragariæ, ſaluiæ, partes æquales, infunde in vrinam pueri parui & adde piperis. gr. vij. & mellis albi modicum, & alembico deſtillato. Fum.

Aqua de ſaluia fœniculo, roſis rubeis, chelidonia, ruta, ana, cum modico verbenæ, non tantum huius ſicut de alijs, fiat aqua, quæ ſi mane & veſperi ponatur in oculis, iuuat debilitatem viſus ſenectutis. Arnoldus.

Aqua alia in deſcenſus aquæ principio, & ad tumorem & fluxiones Aſſæ ʒ :. mellis albi puri lib. 5. aquæ fœniculi, aquæ rutæ, ana ℥

xij. aquæ maioranæ ℥ ſ. alembico deſtillen-tur. Fuman.

Aqua ſiue liquor deſtillatus ad prouocandum ſomnum, eſtq́ ſoporiferum ſecretum, ℞ opij Thebaici, alliorum mundatorum ana ℥ ij. allia piſtello ligneo tunde in pila marmorea, adde opium tritum, & benè concorpores vt fiat (ceu) opiata. Hoc deſtillabis in cornuta leuiſſimo igne in cineribus. De hac aqua ſi opus fuerit inunge tempora, frontem, carpũ: & caue ne extra neceſſitatem vtaris, velut in maniacis, vt æquum videbitur.

Ad inducendum ſomnum aqua Fumanelli, Succi papaueris vtriuſq; ana lib. ſemis, ſucci hyoſcyami albi & nigri ana ℥ ij. ſucci portulacæ, lactucæ ana ℥ iij. ſucci fabæ inuerſæ lib. ſemis. nenupharis ℥ iij. ſeminis cuiuſque papaueris, radicum fabæ inuerſæ ana ℥ ij. ſeminis lolij ℔. ſ. hyoſcyami albi & rubri ℥ iij. xyloaloes, nucis methel, ana ℥ j. ſ. portulacæ, lactucæ ana ʒ j. ſcariolæ ʒ j. endiuiæ ℥ j. contundantur & ponantur per tres dies in vaſe vitreo, & deſtillentur, detur ʒ j. cum vino & aqua.

Aqua ſomnum reducens Fumanelli, infundantur, macerenturuè, ſemen papaueris & ſemen lactucæ ad pondus ℔ vnius in vino horis 20. & addatur modicum opij, & elambicentur, deturq́; ʒ j. hora ſomni.

Aqua ſiue liquor ſomnificus mirabilis deſtillatus. ℞ diatragacanthi ʒ ij. ſumach ʒ ſ. florum

rũ bedegnar ʒ iij. ſantali rubri ℥ ſ. preſilij ʒ j. corr. radicis mandragorę ℥ j. hyoſcyami ℥ ſ. papaueris nigri ℥ ij. ſ. papaueris albi ℥ ſ. papaueris rubri toridẽ, opij ʒ ij. baſilici ʒ j. ſ. radicum alkekengi ʒ ij. camphorę ʒ j. ſanguinis draconis ℥ j. ſeminis cicutæ ʒ ij. lapidis magnetis ℔. ſ. ſeminis portulacæ ℥ ij. ſeminis lactucæ ℥ ij. ſeminis endiuiæ ℥ iij. vini granati ℔. ſ. ſeminis plantaginis ℥ ij. vini de berberis ℔. ſ. ſolani ℔. j. Ex his omnibus deſtillatur aqua admirabilis, quæ potentiſſimum ſomnum inducit, ſi in lecti introitu ℥ pondus bibatur in hauſtu vini boni.

Aqua ſomnum inducens, ex Fumanello. Sumito piperis nigri, hyoſcyami albi, corticum mandragoræ, ſeminis lactucæ, lolij, papaueris albi & nigri ſing. partes æquas, terãtur, deturq́ ʒ j. aut in ſucco lactucæ per diem & noctẽ madeſcant, elambicenturq́, & quod effluit ad vſum reponito

Alia. Sumito ſucci hyoſcyami albi, ſucci foliorum papaueris albi & nigri, ſucci foliorum mandragoræ, vel ſucci pomorum eius, ſucci hederæ, ſucci cicutæ, ſing. ℔. ſ. ſeminis lactucæ, ſeminis lolij tritorum vtriuſq; ℥ iij. ter per alembicum deſtillato, quaq; vice fæces terendo & ei quod deſtillatum eſt cõmiſcendo: in tertia vltimaq; deſtillatione, quod exit in vaſe vitreo optimè clauſo, ad vſum ſeruato, datoq́; guttas tantum duas treſue.

Aqua pro lotione capitis ex eodem. Com

positum, vt ferunt, expertissimum, occipitiò illito & decenti præmisso victu, somni tempore, diebus quadraginta, & thuris masculi gr. deglutito. Compositi series hæc est. Florum rorismarini, florum boraginis, florum buglossi, violarum, rosarum, melissæ. sing. ʒj. florum chamæmeli ʒ ij. ſ. foliorum lauri, stœchadis, maioranæ, saluiæ. sing. ʒ vj. incisa & in ℔. j. ſ. vini albi odor. diebus quinq; macerata, elambico destillentur, quodq; stillauit in vase reponito vitreo, additisq; therebinthinæ ℔. j. & thuris albi ℥ ij. mastiches, myrrhæ, mellis anacardi, sing. ℥ j. omnia trita, & in vnum congesta, & diebus quinq; in stillatitio dimissa humore, denuo destillato, & humori, qui stillauerit, adijcito nucis moschatæ, caryophyllorum, cubebarum, cinnamomi, maceris, cardamomi sing. ʒ vj. ligni aloes ʒ viij. ambari, moschi, vtriusq; ʒ ſ. trita omnia, commixtaq; post dies quinque suaui in principio destillato igne, in fine potentiori & ad vsum seruato.

Aqua experta ad dealbandam faciem, cutim tenuandam, & maculas omnes de facie auferendas. ℞ terebinthinæ electæ, ac destillatæ. ℔. ij. thuris ℥ iij. mastiches ℥ ſ. dracunculi tantundem, omnia trita, & cum aqua terebinthinæ commixta iterum destillato, fumitoq; postea axungiæ suillæ recentis liquatæ. ℔. j. caryophyllorum ʒ ij. nucis moschatæ ℥ iij. cinnamomi electi ℥ ſ. spicæ celticæ tantun-

tantundem, ſpicæ nardi ʒ ij. caphuræ ʒ iij. auri ʒ j. argenti ʒ ij. omnia tenuiſſimè trita alembico deſtillato: commiſceto'q; huius aquæ duplum cum ſequenti, & lota facie cum furfuris decocto, abluito cum aqua deſtillata. ℞ aquæ ex argento viuo ℥ j. boracis, aluminis iameni, ceruſſæ ablutæ, ſingulorum ʒ ſ. miſce, & vtere, vt dictum eſt, ex Fumanello.

Aqua ad memoriam, tuta, & admiranda, decenti victus regimine ſeruato. ℞ nucis moſchatæ, caryophyllorum, zingiberis, trium piperum ſing. ʒ iij. iuniperi ℥ ſ. hyperici, corticum citri, florum anthos, baſiliconis, maioranæ, mentæ, pulegij, baccarum lauri, calaminthæ, ſpicæ, xyloaloes, cubebarum, cardamomi, calami aromatici, ſtœchadis: ſing. ʒ j. ſ. acororum. M. j. ſ. origani, hyſſopi, rutæ caryophyllatæ, ariſtolochiæ, vtriuſque pæoniæ, caſiæ lignéæ, pimpinellæ, dictami, tormentillæ, ſcabioſę, matriſyluæ, aniſorum, cumini, ſeſeleos, naſturtij, ſing. ℈ j. theriacæ antiquæ ℥ j. aquæ ardentis, ſecundum artem clarificatæ ex optimo vtiq; vino, ter'q; quater'ue deſtillatæ ℔. viij. omnia trita & cribrata in vaſe vitreo ſeruata, more ſolito quater per alembicum deſtillētur, quaq; vice, quod deſtillatum eſt, recrementis in vaſis fundo remanentibus, reponendo, & quarta peracta deſtillatione, adijcito, omnium myrobalanorum, anacardi ſin. ʒ ij. ſ. tritaq; & in vnū congeſta poſt diem ſextū deſtillato, igne primum

ſuaui vtiq; quo paulatim adaucto, primo exibit imbecille quid quæ ſimile, poſt ſubcitrinum, vltimo aucto igne, citrinum facultate potentius, quibus moſcho, ambari, ambráue aromatizatis vtitor bis in hebdomada, cochlearis menſura ante cibum horis ſex. Quod ſi memorandi ſedem, temporaq; lines, memoraberis quæcunque volueris, Fumanellus.

Aqua pro memoria, ℞ florum fabarum, ſambuci, chamomillæ ana P.ij. rutæ, meliſſæ, pimpinellæ, bugloſſæ, liquiritiæ raſæ conquaſſatæ ana M.iij. fiat deſtillatio in alembico vitreo lento igne, vtere bis aut ter in hebdomada, ad ℥ ſ. vel ℥ j.

Aqua ad maniam, quæ eſt ſecretum precioſum & probatum in cura maniæ & melancholiæ, ex libro quodam vetuſtiſſimo manuſcripto. ℞ florum anthos, boraginis, rad. bugloſſæ ana, croci drach. j. mali cydonij ℥ iiij. vini albi optimi, benè digeſti, & clari ℔. ij. miſceantur & ſtent ſimul benè piſtata per diem vnum naturalem, deinde ponantur in fimum equinum diebus xv. in vaſe vitreo, tum deſtillentur in vaſe vitreo duabus vel tribus vicibus. Hanc aquam (inquit author) ſerua vt oculi pupillam, eſt enim valde precioſa, quia eam ſum expertus in omnibus ægritudinibus melancholicis valde efficaciter, & in dolore & tremore cordis. Doſis eius eſt ʒ.j.

Alia aqua dealbatiua faciens album colorem. ℞ mellis rubei ℔ ij. gummi Arab. ℥ ij. misce ista duo simul & destilla per alembicum cum suaui igne. Prima aqua est ad faciem purificandam & dealbandam, secunda cum tertia facit capillos albos.

Aqua odorata, non destillata, ex Alex. Bened. Allachalach, vt scribunt Arabes, est quid compositum ex succo foliorum myrti, & aqua rosarũ & santalis & parum aceti & aquæ alkalef, aut ex succo fructuum bene redolentium, & huiusmodi mixtum fluidum ponitur in vase stricti orificij, & ex applicatione postea vasis prædicti, & concussione ipsius, iuxta nares sentitur odor, virtutem valde confortans.

Aqua odorifera, gustu ferè insipida, sed odore valde suauis, naso illeui guttam, videbatur ferè somnifera Georg. Sighart. Recipe assæ dulcis, styracis, calamitæ ana vnciam j. ligni aloes vnciam semis, caryophyllorum, santali citrini, corticis citri ana drach. iij. contundantur & infundantur in aquæ rosarum vncijs xxiiij. per octo dies, postea destillentur in balneo Mariæ, seruetur in vitro, in quo suspende moschi, ambræ ana drachmam semis, & vtere ad odoris gratiam.

Aqua probatissima ad morbum caducum, ℞ radicis ireos, apij, fœniculi, petroselini, a-

ſparagi,bruſci,lupuli ana M.ij capillorum veneris, ſcolopendriæ, florum tamariſci ana M.j.ſemen aniſi, fœniculi marini ana ℨ iij.omnia quaſſata pone in alembico,fiat aqua, capiat mane ℥ ij.

Ad epilepſiam propinat quædam aquam deſtillatam ex floribus tilię, vrtica minori & ceraſis: bibit hanc aquam quædã mulier huic morbo obnoxia fœlici cum ſucceſſu.

Aqua ad vocem clarificandã efficax, tuſſim difficilemq́ anhelitum, & lepram. ℞ glycyrrhizæ abraſæ & ſucci eius, vtriuſque ℥ iij.ſpicæ nardi, ℥ j.diatragacãthi, ſeminis melonis,ſeminis citrulli,ſeminis cucurbitæ,radicis enulæ,hyſopi,tymi,epithymi,polypodij, ariſtolochiæ rotundæ,gentianæ,ireos,croci, ſatureiæ,origani,pulegij,calaminthæ ſing. ℥ ſ.omnia deſtillato & vtitor.

Aqua pectoralis maximarum virium,pręcipuè valet in debilitate ſtomachi propter viſcoſos humores & putridos,quia emollit, & digeſtionem adiuuat,ſimulq́ aperit, & eſt cordialis.℞ ficuum,paſſularum,dactylorum,nucum pinearum,coriandri ana ℥ ij.mellis communis ℔.j.miſce, infundantur in ℔.xx.aquæ communis,tum decoquantur ad conſumptionem ℔.vj.poſtea cola per pannum & habebis aquam. Huic adde quintæ eſſentiæ noſtræ, ℥ iiij.& ſerua.Et hæc eſt aqua pectoralis,excedens ſua nobilitate, omnium reliquarum pęctoralium vires.Fierauanti.

Aqua

Aqua destillata ad hydropem, cuius recipiat patiens omni mane ieiuno stomacho ℥ iiij. & si vult, cum vino. ℞ rad. ireos, fœniculi, petroselini, apij, asparagi, brusci, lupuli ana M. ij. capillorum veneris, scolopendriæ, tamaricis ana M. j. seminis anisi, fœniculi, cumini, petroselini, asparagi, brusci, lupuli ana ℥ ſ. zingiberis, galangæ, cinnamomi, macis ʒ iij. omnia cõquassentur, & simul benè misceantur, & destillentur: expertus sum multoties.

Aqua hydropicos persanans, quaque die ventre bis loto & perfricato, pulsatilibusq́ arterijs superponendo emplastrum de baccis lauri, pręmissis tamẽ debitis euacuationibus. Habet autem cinnamomi, caryophyllorum. trium piperũ, xyloaloes, spicæ nardi, opobalsami, galãgæ, calami aromatici, cubebarum, croci, sin. tritorum ℥ j. terebinthinæ ℥ iiij. destillato, & quod primo stillat, abijcito, quod secundo, vsui seruato, quoniã ab infarctu venas omnes liberat.

De aqua, alẽbico stillata à rebus infra descriptis, per annũ ebibita, cochlearis mẽsura, vesperi & diluculo, singulis diebus quatuor cũ vino, & cibarijs puluere secundo loco descripto superposito, lapidẽ quẽcunq; in renib⁹ vel vesica, etiã induratũ dissoluit, iliorũ sedat dolorẽ, & morbos ex frigida causa curat. ℞ radicũ fœniculi, petroselini, rusci, rhaphani sin. ʒ j. ſ. omnia cõtusa & vino potẽti mace-

rata destillato, & stillatitio liquori adiiecto pulueris ex cinnamomo ℥ ſ. galāgæ, ambari, zingiberis, calamenthi, sin. ʒ. j. & ℈ ij. macro piperis ʒ j. caryophyllorū ʒ ij ſ. cumini ʒ j. ameos, leuistici seu ligustici, vtriusque ʒ iij. spicę nardi, casiæ ligneæ, mastiches, sing. ʒ ij ſ. quæ iterum destillato, & cōmixtis cinnamomi, caryophyllorum, spicæ nardi, zingiberis, piperis longi, xyloaloes, maceris, galangę, zedoariæ glycyrrhizæ sing. ʒ vij. gr. x. succo, qui per alembicum defluet, vtitor. Fum.

Aqua frangens lapidem in vesica & renibus. ℞ succi saxifragiæ. ℔. ij. milij solis, succi petroselini, vtriusque ℔. j. aceti optimi ex vino odoro, ℥ viij. elambicētur, & stillatitius liquor in vase vitreo seruetur, deturque ℥ j. qua que vice mane, meridie, vesperi, quoniā probata est, Idem.

Aqua mirabilis & rara excernēs arenulas renum & easdem mundificans, ex lib. 2. Fieravanti. Arenę in homine causam habent caliditatem & siccitatem renum, & cum maxima difficultate, & ardore vrinā reddunt. His occurrendum est refrigerantibus & humectantibus, & ardorem auferentibus, cuiusmodi est hoc sequens remedium. ℞ seminis limonum paruorum, arantiorum, ana ℔. j. saxifragiæ ℔. vj, melissæ, scolopendriæ, vitrioli, asparagi, hyssopi, radicis fœniculi, petroselini, ana ℥ vj. succi limonum paruorū, tantum quantum satis est ad subigendum hanc

mate-

materiam, ad formam pastæ liquidæ, seu vnguenti liquidi. Destilletur hęc materia in campana plumbea, quæ diligenter sit clausa in cõmissuris, ad exiccationem materiæ, aqua verò seruetur in vitro obturato. Vsus tempore, primo corpus optimè est purgandum ab humoribus crudis & viscosis, vnà cum stomacho, quo facto, mane & sero bibatur hęc aqua quantitate ℥ v. In cibis abstineat ab humidis & frigidis, vtatur siccis. Est hoc in tali casu probatissimum remedium.

Aqua frangens lapidẽ vesicæ, qua vsus est Napulio Cardinalis. ℞ philipendulæ ℔. vj. rad. acori ℔ iij. saxifragię cũ radicibus, quantum de omnibus, conquassentur & ponantur in alembico, & fiat aqua. Datur ℥ j.

Aqua ad lapidem renũ mirandę facultatis. Sumantur cicerum rubeorum, corticum fabarum recentium sing. ℔. iij. rubiæ tinctorum, artemisiæ, agrimoniæ, cetarach. artemisiæ, ossium dactylorum, maxillarum lucij sin. ℥ j. arantiorum acidorum num. v. limonum acetosorum iiij. mellis despumati, sacchari electi vtriusq; ℔. j. ſ. aquæ absinthij ℔. ij. mellis rosati ℥ iiij. cinnamomi electi ℥ ſ. galangæ ℥ j. xyloaloes electi ʒ ij. puleghij ℥ j. maioranæ ℥ j. ſ. terenda terantur, & alembico destillentur, denturq; quaq; vice ℥ iij. ieiuno.

Aqua mirabilis & experta lapidem frangens siue fuerit in renibus, siue in vesica, ex Arnoldo de Villa noua. ℞ rad. asparagi, rad.

arundinis, saxifragiæ, virgæ aureæ, mirasolis, omnium cum suis radicibus ana ℔. ij. aceti scylitici ℔. iiij. succi limonum ℔. ij. vitri adusti, polij montani, ana ℔. j. ponantur omnia parum contrita in vase destillationis, & quod destillatum fuerit collige inde: Da ℥ ij. cum vino decoctionis leuistici, quia mirabiliter valet.

Aqua destillata ad auditum. ℞ betonicam cæpe j. crudum, rotundum, album, rosmarinum, amygdalas amaras, anguillā grossam albam, pone simul in alembicum & quod exit, infunde auribus.

Aqua odorifera Damascena, vel aqua virtutis, tempore pestis. ℞ aquæ rosarum ℔. iiij. belzoini, hoc est, assæ dulcis, storacis, calamitæ, caryophyllorum ana ℥ j. santali vtriusque ana ʒ iij. corticis citri, cyperi Romani, cinnamomi ana ℥ ſ. camphoræ ℥ iij. ligni aloes ʒ vj. incisa & contusa, infundatur in vase vitreato cooperto membrana, stent in infusione per dies tres, quarto die destillentur secundū artem per alembicum in balneo Mariæ. Postea adde zibetæ gr. xx. musci gr. xx. b. distemperentur simul & ponantur in sole per dies xv. & erit aqua multum odorifera.

Aqua, liquorúe stillatitius, ad pestilentes febres preciosus, probatusq́. Sumitur aloes ʒ ij. ſ. myrrhæ stillatitiæ, quæ stacte dicitur ʒ ij. croci ʒ j. nucis muschatæ, caryophyllorū,

car-

cardamomi, granorum paradiſi, cubebarum, cinnamomii, maceris, zingiberis, xyloaloes, caphuræ, ſeminum pomi citrij, ſ. acetoſæ, ſ. pæoniæ, xylobalſami, de vnoquoque ʒ j. florum roriſmarini, bugloſſi, borraginis, calendulæ, ſpicæ, ſing. ʒ j. ſtœchadis ℥ j. radicum dictamni, tormentillæ, zedoariæ, behen albi, behen rubei, enulæ, acori, cyperi, carlinæ, rheibarbarici, foliorum ſonchi, ſeu criſpini, ſing. ʒ j. corticum pomi citrij tantundem, theriaces antiquę, electuarij de gemmis, vtriuſque ℥ j. moſchi gr. iij. oſſis cordis ceruini ʒ ij. ſucci pomorum Apianorum, mellis, myrobalanorum chebularum, ſing. ℥ ſ. ſacchari ad omnium pondus: quæ omnia in bocia vitrea clauſa, duobus madefacta diebus, ſuaui deſtillentur igne: quodque primo ſtillauerit, ad vſum reponatur, deturque die ſingula cochlearium magnum: hoc enim vnum eſt ex veris in peſte medicamentis probatum. Quum verò quod ſtillat ad quandam vergit albedinem, aut incipit turbari, vt quod inutile, abijciatur. Fumanellus.

Aqua compoſita ad peſtem ex ſpeciebus liberantis. Speciebus liberantis affunde aquam, & deſtilla eo modo, quo oleum caryophyllorum, aut aniſi, aut aliarum herbarum ſiccarum deſtillatur. Hac deſtillatione ſaccharum clarificatur, tum pro ℔. j. ſpecierũ ℥ ij. conficiuntur in forma tabellarum.

Aqua compoſita damaſcena, & oleum da-

mascenum, ℞ vini maluatici ℔. iij. aquæ rosarum, lauendulæ ana ℔. semis, cinnamomi, caryophyllorum ana ℥ ſ. florum anthos, maioranæ ana M. iiij. radicis caryophyllatæ, corticis arantiorum, cupressi, costi, balsami ana M. ſ. foliorum lauri, nucis moschatæ, ana M. j. ladani, nigellæ, styracis, calamitæ, ana ℥ j. pulueris ireos vncias ij. calami aromatici, piperis longi ana ℥. ſ. camphoræ ʒ ij. ambræ, musci, ana ℈ ſ. terenda terantur, incidenda incidantur, macerentur per dies iij. postea destillentur per vitrum, primo aqua, deinde oleum destillat, rectificetur, vel decoquatur in vase duplici.

Aqua ad ægritudines ex atra bile prouenientes, cordis tremorem, quartanā febrim, lienis vitia, & muliebres affectus ex frigida causa. Florū libanotidis, quam roremmarinū vocamus, florum & radicum buglossi, cotoneorum sing. vnc. iiij. croci drach. semis, trita omnia, & vini albi ℔. ij. excepta, per dies 15. in vase vitreo, sub fimo recondita, destillato & vtitor, Fumanellus.

Aqua vt quis nō corripiatur à febre. Sume succum fumariæ seu fumiterræ depuratum, in quo passulæ diebus tribus quatuorúe macerentur, & elambicatū stillatitium liquorem, cum aqua lactis præbeto, Idem.

Aqua à morte liberans nuncupata, vim omnibus præstans facultatibus corporis. ℞ caryophyllorum, nucis moschatæ, cardamomi,

momi, cubebarum, mastiches, zingiberis, rosmarini, rutæ, scabiosæ, sing. vnc. ij. terantur subtiliter, & cum chelidonij succo mixta, & aqua ardenti, per duos digitos supernatantibus, post diem vnum, suaui destillentur igne in vase duplici, et ad vsum seruetur quod exierit.

Aqua reiuuenescere faciens atque reuiuiscere. ℞ terebinthinæ electæ. ℔. j. mellis puri ℔. v. aquæ ardentis dictę ℔. ij. xyloaloes optimè triti ʒ iij ſ. santalorum tantundem, olibani, gummi hederæ, ossis de corde cerui, zedoariæ, piperis longi, sing. ʒ iij. gummi arabici ℥ j. nucis moschatæ, galangæ, cubebarũ, cinnammoi, carui, mastiches, maceris, caryophyllorum, spicęnardi, croci, zingiberis sing. ʒ iij. moschi electi denarij pondere, omnia terito alembicoq́ destillato, donec aqua exierit clara, vt aqua fontis, & dum exit aqua secunda, quæ ignea est, ignem gradatim augeto: exibit enim aqua ad mellis consistentiam.

Aqua alia Iuuentutis. Aqua ideò iuuentutis vocata, quoniam iuuentutem conseruat, & vtentem à morbo liberat. Xyloaloes, caryophyllorum, zingiberis, galangæ, cardamomi, cubebarũ, granorũ paradisi, rheibarbarici, cinnamomi, nucis moschatę, aloes, calami aromatici, maceris, sing. ʒ. ij. omnia in tenuem pollinem redacta cribrato, additoq́ succi chelidonij ℔. ij. saluiæ, brioniæ, buglossæ, fumiterræ, rutæ, betonicæ, mentæ,

borraginis,fœniculi,ſing. ℔. ſ. omnia in v-
num redacta,cũ vini albi, dulcis, optimi ℔.
ij.deſtillato, & ſtillati liquoris,ſingulis die-
bus,æſtatis tempore cochlear vnum,hyeme
vero duo propinato.

Aqua deſtillata ad exiccandum vlcera &
fiſtulas, ℞ aquæ vitæ optimæ & ter deſtilla-
tæ q.u.in ea pone betonicæ,verbenæ,* roriſ-
marini,hypericonis,ana. benè coctas impo-
ne ad aquam vitæ, vel iterum deſtillentur ſi-
mul, & ea lauentur vlcera.

Aqua mirabilis ad fiſtulam & omnes pla-
gas. ℞ roriſmarini,lauri, myrti, apij ſylue-
ſtris ſeu domeſtici, quas quatuor herbas fac
recenter deſtillari per alembicum vitreum,
cuius aquæ ſume ℥ j.deinde ℞ terebinthinę,
℥ vj.gummi hederę,℥ iij.thuris maſculi.℥ ij.
croci, maſticis, cubebarũ,nucum muſcatarũ.
myrrhæ,galangæ, cinnamomi:aloes ſuccoci
trini,caryophyllorum,an. ℥ j.ſed omnia ſub
tiliter puluerizata ſint: & in prædictis aquis
imbibita, pone in aludel per alembicum de-
ſtillando.Hanc aquam reſerua in vaſevitreo.
Hæc valet ad omnes fiſtulas à gula infra exi
ſtentes, & omnia vulnera, ſi de ea in eiſdem
poſueris,& peciam balneatam in dictis fiſtu-
lis ſuperponas, eam mutando cum exiccata
fuerit. Valet multum & etiam confert cuili-
bet corporis paſſioni, apoſtemati & dolori-
bus intrinſecis, bibendo de ipſa modicum.
Si verò fiſtula fuerit à gula ſuperius, addatur
prædictis

prædictis rebus ℥ j. piperis & erit perfectissima: fæces autem quæ de dicta destillatione fuerint relictæ, pulverizes, etiam valebit si superponatur cuicunque vlceri.

Aqua diuinæ operationis, vulnus omne breui sanans tempore, scabiem & exituram. ℞ tartari albi calcinati, id est cum argento viuo decocti ac depurati, aquæ ardẽtis, quantũ sufficit ad destillandum, quod si pluries destilletur, efficacior redditur, Fumanellus.

Aqua alia probata ad fistulam, & quæ ita indurat ferrum quod poteris incidere aliud ferrum, ac si esset lignum. ℞ lumbricos terrestres, & de eis fac aquam per alembicum, & ex radicibus rhaphani, fac aquã per alembicum: tum fac fieri tibi vnam laminam cultelli quæ sit à parte vna acuta, postea ponat eam faber in igne donec rubefiat, & extrahat, & extinguat in ea tribus vicibus ęquali quantitate sumptis & temperata cum acumine ipsius cultelli inde perforando vitrum deinde candidetur: & iterum balnea in aquis supra dictis: deinde poteris incidere ferrum securiter, & est mirabilis in fistulis.

Aqua ad omnia vulnera, ℞ succi agrimoniæ, solani, plantaginis ana ℔. ſ. vini albi (an. vitri albi) ℥ iiij. aluminis crudi ℥ iij. masticis ℥ ij. auripigmenti ℈ ſ. albumina ouorum numero vj. agitentur fortiter & destillentur, hac aqua lauetur bis in die.

Aqua alia ad fistulas, nodos, lupiã, porra,

ſcrofulas, omnemq́; excreſcentiam, abſq; dolore opus peragens. ℞ Olei ex lateribus electi ℔ v. thuris albi, maſtiches, gummi arabici, terebinthinæ Damaſcenæ, ſing. ℥ iij. trita omnia alembico deſtillentur, & denuo additis ſalis ℔. v. alembicentur, vſuiq́; ſtillatitius liquor ſeruetur, Fumanellus.

Aqua ad vulnera cito ſananda. ℞ aquæ ardentis, ℥ iiij. theriacę ℥ ſ. elambicentur & vulneribus imponantur, aſperſis puluere, myrrhæ & aloes, Fumanellus.

Aqua quæ valet ad omnia vulnera cito ſananda, in quacunq; parte corporis, ſiue ſint recentia, ſiue vlcerata, & ad fiſtulam, quod expertus ſum. ℞ vini albi optimi deſtillati per alembicum, vel per vas æreum cum quo fit aqua vitis, ℔. ij. aquę roſmarini, aquę ſaluię, ſimul deſtillatarum ana ℔. v. zaccari albi ℔ x. quæ omnia prædicta deſtillentur ſimul, deinde ℞ ampullam vnam plenam folijs roſmarini & ſaluiæ ana, & miſce cum prædicta deſtillatione, & ſic dimittas per vnum diem, poſtea cola & repone in vaſe vitreo. Modus vtendi, vt imponatur fiſtulis cum petia, ſemper poſt exiccationem, rurſus humectando.

Aqua alia ad extrahendum oſſa, & ad ſeruandum ne membrum putrefiat, & valet in vulneribus. ℞. terebinthinæ bene mundæ & albæ ſine ablutione, picis naualis ſimiliter benè mundæ, mellis apum, ana ℔. j. & reſinæ pini albæ & recentis, & mellis ℔. v. hæc omnia deſtillentur per alembicum de vitro,

& aquam illam reserua in ampulla.

Aqua composita, pro iis qui à morbo Gallico conualescunt, ex præscripto Rondelletij. ℞ scobis ligni Guaiaci ℔. j. theriacæ bonæ veteris ℥ ij. conseruæ ros. bugloss. borraginis, ana ℥ ij. conseruæ helenij, & anthos ana ℥ j. pulueris electuarij de gemmis, lætitiæ Galeni ana ʒ ij. fiat infusio in vase oppleto vini albi & aquæ bonæ ana quartarijs iij. super cineres calidos destilletur in vase dupli ci cum cinnamomo. Dilue in eo quod destillatum fuerit, sacchari q. s. cola per manicam Hyppocratis, dato bibendam his, qui conualescunt à morbo Gallico.

Aqua theriacalis, ex eiusdẽ descriptione, ℞ theriacæ veteris ℔. j. acetosæ M. iij. florũ chamomillæ, pulegij, graminis, cardui benedicti, ana M. ij. temperentur in vino albo, destillenturq́; aqua seruetur vsui, capiat æger ℥ ij. cum vncijs iij. aquæ acetosę, buglossæ, & hoc cum ingreditur lectũ vel stupham. Hæc aqua curat dolores morbi Gallici, si per se detur, vel cum decocto milij solis, vel bardanæ, hoc est, lappæ maioris. Ego, inquit, optimo successu curaui multos pueros, senes & debiles hac potione, vel addendo guttas aliquot decoctioni communi Guaiaci: propter tenuitatem partium citò penetrat, & ad extra propellit. Hæc aqua, cum aqua extinctionis auri omne vitiũ argenti viui emendat & castigat.

Aqua theriacalis ad epilepsiã, eiusdem. ℞ theriacæ antiquæ qr j. mithridatij qr. s. radicũ

enulæ campanæ ℔.ſ.gallitrici M.ij. chelidõnij maio. M. j. temperentur per noctem in vino maluatico. Omnia ſimul ponantur in alembico vitreo, & fiat deſtillatio. Hæc aqua valet in omnibus affectibus cerebri & neruorum frigidis.

Aqua theriacalis Iacobi Siluij, qua in morbo Gallico vtitur. ℞ ligni Guaiaci ℔.ſ.aquę ℔. viij. vini albi non dulcis ℔. ij. aquarum fumariæ, cichorij, chamomillæ ana ℔. j. macerentur ſimul per noctem ſuper cineres calidos, adde polypodij quercini ℔. ſ. epithymi ℥ ij. aſparagi ℥ vj. conſeruæ roſarum, cichorij, borraginis, bugloſſę ana quartar. ij. theriacæ bonæ, conſeruæ enulæ campanæ ana quart. j. deſtillentur vaſe duplici benè obturato. Doſis ℥ ij. vel iij. Quod ſi velis, poteris, vncijs tribus aquæ theriacalis, addere ſacchari ℥ j. cinnamomi ʒ j. & rurſus per manicam Hippocratis deſtillare, ita enim ſapor erit gratior. Datur mane in lecto ad ſudores prouocandos.

Aquæ octo Sancti Aegidij, ad apoplexiam recentem, paralyſim, vulnera & febres. ℞ hyſſopi, pulegij, caryophyllatæ, cichorij, ſingulorum partes æquales, in mortario conterantur, & deſtilletur in alembico aqua ſeruanda. Poſtea accipe rutæ, petroſelini Alexandrini, zedoariæ, aloes, lapidis calaminaris ana partes æquales, contundantur ſimul, & in prædicta aqua decoquantur ad tertiæ

partis consumptionem, coletur deinde per pannum, & seruetur in vitro benè obstructò. Elapsis quadraginta diebus, bibant de ea singulo quoque die mane, diebus 10. continuis, qui laborauerint prædictis morbis (fortè peste) & cibus tardetur horis 6. Bibita prætérea ieiuno stomacho, præseruat ab apoplexia & paralysi, confortat enim supra modum membra. Si bibatur à ieiuno cum castoreo, recentibus his adhuc morbis, auxilio est. Vulneribus cum neruorum & venarũ sectione, optima est, si cum ea lauentur. Omnes febres cuiuscunq; qualitatis curat, potata nouem diebus mane, ieiuno stomacho.

Aqua Philosophorum secunda. Accipe rutæ (agrimoniæ) satyrionis; chelidonij; zacchari, lapidis calaminaris (aliâs tutiæ) ana, contundantur omnia, & in alembicò destillentur lento igne. Hæc aqua valde est preciosa, sanat quemuis oculorum affectum. In cibis sumpta, à ieiuno, contra omnia venena valet, eijciendo ea per vomitum. A ieiuno potata, curat hydropem, & mundat stomachum ab omnibus excrementitijs humiditatibus frigidis. Ignem sacrum extinguit vno die, si fiat cum stuppis canabinis & hac aqua emplastrum. Cancrum curat permixta cum aloe, emplastrata cum stuppis canabinis bis in die.

Aqua tertia eorundem, quæ Petralis dicitur; accipe seminis pimpinellæ, petroselini;

apij, lappæ, masticis ana, permixta contun-dantur cum sanguine hircino, addendo mo-dicum aceti fortis, & stent simul in obturato vase aliquot dies, postea destillentur & se-quetur aqua, quæ calculum frangit rubrum vel album, acutum vel planum. Si verò cal-culus fractus fuerit, tunc bibatur stomacho ieiuno de hac aqua, & in arenam ipsum con-fringes. Qui tineam seu scabiem malam hac lauerit aqua, sanabitur & pili regenerabun-tur. Omnis scabies corporis tribus vel qua-tuor diebus curatur, si ea lauetur. Generat mane potata, bonum sanguinem in corpore. Paralysim tollit bis in die pota cum castoreo, nisi morbus fuerit confirmatus: sanat etiam morbum caducum & apoplexiam.

Aqua quarta, accipe hirundinum pullos, contere & in puluerem redige, cui castoreum admisce & nonnihil aceti boni, & per alem-bicum destilla. Bibita valet contra apople-xiam, aut epilepsiam. Si etiã iuuenis aliquis 14. annorũ ea fuerit correptus, si quadragin-ta diebus mane de hac aqua gustarit, curabi-tur. Valet tussi & asthmati nouem continuis diebus pota mane. Confert cerebro, purgat stomachum, pectus dilatat, & aufert causam paralysim facientem, auget semen, & refri-geratos calefacit. A ieiuno potata cum hys-sopo, hydropem sanat à frigiditate ortam, & febrem quotidianam. Abstineat tamen ab hac aqua omnis prægnans mulier, quia

fœtum

fœtuum interficit: Cum hyſſopo pota, morbis capitis auxiliatur, & excitat appetentiam, ſomnum conciliat, concoctionem iuuat, & vrinam pellit.

Aqua quinta, ℞ hyſſopi, gladioli, ſabinæ, abrotani ana partes æquales, ex his fiat paſta, & ſtet aliquot diebus impaſtata, poſtea deſtillatione extrahe aquam, quæ fortiſſimæ eſt facultatis. Valet contra omnes febres tam calidas quam frigidas. Prouocat mulieribus menſtrua, ab ea tamen ſibi temperent prægnantes, ne interimat fœtum. Pota aqua fluxus ſanguinis ſiſtit, ſeu dyſenteriam, & contra omnes fluxus ventris auxilio eſt. Purgat ab humiditatibus malis ſtomachum, & vermes enecat. Cum caſtoreō pota, paralyticis confert, calidè ſumpta ſingulō quoque die.

Sexta aqua Philoſophorum ex talpa, ad tingendum colore albo aliquid in corpore humano vel animalis. Accipe talpam, eamq́ in puluerem redige cum ſulfure, addendo ſuccum chelidonij, & ſimul ſtent per aliquot dies, ac poſtea deſtilla. Eius virtus eſt eiuſmodi. Si animal colore nigrum, nouem diebus laueris hac aqua, eius pili reddentur albi inſtar niuis. Item ſi huic aquæ commiſceantur cera & aloe, membrum paralyticum curat inunctione. Sanat morbum qui dicitur, Noli me tangere, ſi emplaſtri modo imponatur. Capitis debilitatem emendat,

Præterea aqua hæc commixta cum lapide calaminari & aloe, sanat Lupum morbum, si bis in die emplastri modo imponatur, aut etiam si eadem aqua lauetur, caue tamen ne intra os ea vtaris.

Aqua septima, quæ dicitur aqua conserua tionis: accipe petroselinum, & contere in mortario, & destilla in alembico. Hanc aquã bibat quisquis cibum nõ appetit, ieiuno stomacho, omnem flatuositatẽ & cruditatẽ eius emendat, concoctionem procurat. Purgat quoque pectus à superfluitatibus.

Octaua aqua, dicitur conduplicata, accipe seminis apij, & olei papaueris, sacchari albi, caryophyllorum, ana, conterantur in mortario, quibus adde aquam conseruationis prę dictam, & simul mixta ponantur in alembicum ad destillandum. Valet hæc mirum in modum contra tussim, dolores pectoris, si mane frigide, vesperi verò calidè bibatur. Bibita calidè cum castoreo, valet in omnibus splenis affectibus, & membrorum tremoribus, & caput cerebrumq́ confortat. Octo has aquas, sancto Aegidio inscriptas, ex Germanico transtulimus. Restabat nona quoque, sed eius descriptio imperfecta erat, ideoq́ intermisimus.

DE AQVIS COMPOSITIS, *quæ Elixir vocantur, quarum aliquæ ad Balsama etiam, de quibus inferius, referri debent.*

Elixir

ELixir factum olim per D. Iohānem Bentiuolum, & expertum: Nutrit & restaurat mirabiliter, deinde cōfortat membra neruosa, & neruos ipsos, stomachum scilicet & cor: stomachum purgat, memoriam auget, vētositates resoluit, & appetitum excitat. Dosis est pro vice, quantitas drachmæ dimidiæ. Qui stomacho fuerit calido, accipiat cum aqua endiuiæ, etiam tempore calido: qui verò stomachum habebit frigidum, tempore etiam frigido, sumat cum aqua melissæ aut absinthij, aut simili. ℞ roris. mentæ ana ℥ ß. cinnamomi ℥ j. succi liquiritiæ, liquiritiæ rasæ, ana ℥ j. ß. rhabarbari electi ℥ j. ß. spicæ ℈ iij. croci ℈ j. caryophyllorum, macis, nucis moschatæ, galangæ, ana ʒ j. mannæ electæ, olei de terebinthina ana ℥ ij. tartari ℥ j. ß. pulpæ caponis ℔. ß. pulpæ perdicis ℔. j. diarrhodon abbatis ℥ iij. fisticorum, amygdalarum dulcium, pinearum mundatarum ana ℥ viij. dactylorum, passularum, penidiorum ana ℥ vj. musci, ambræ, ana ℈ ß. contundantur omnia, & infundantur in aqua vitæ per dies tres, & postea in alembico vitreo destillētur, & habebis aquam vitæ puram. Si destillatio, aut infusio potius, facta fuerit in vino maluatico, multò erit melior. Ex Italico manuscripto translatum.

Aqua secreta. ℞ vini maluatici optimi, infunde in eo flores, herbas, species, & quascūque res volueris: stet tribus aut quatuor diebus in

bocia benè lutata ad putrefactionem, postea destilla lentissimo igne, & non fiat sequestratio, nisi in fine, tunc abstrahe aquas ne fœteāt & comburantur species. In illa aqua resolue saccharū, post adde musci, ambræ, cinnamomi: & si vis habere aquam multū delectabilē, tūc ℞ saccharū candi, superfunde aquā vitæ optimam, & destilla aquam vitæ à saccharo, quousq; transeant spiritus: alterā pone aquā in bocia prænominata & cadent in ea iij. vel iiij. guttæ rubeæ aromaticæ, & potest reiterari talis destillatio cū saccharo cando vt prius, idq; toties quoties, & erit res mirabilis, præsertim cum auro, sicut scis, & habebis aurum solutum, mirabile, efficacissimum & dulcissimum: & si vis habere purum aurum, pone caput mortuū in loco humido, & habebis artem mirabilem. Et iste supra dictus modus præcellit alios, vt ratio dictat, quam non reuelabo propter causas quas scio.

Aqua aurea, vel elyxir vitæ, ℞ saluiæ qr. iij. nucis mosschatæ, macis, zingiberis, granorū paradisi, caryophyllorum, cinnamomi, ana ʒ ij. rhabarbari, castorei, spicæ nardi ana ℥ s. olei laurini ℥ ij. aromata seorsim cōmixta in mēsuris sex vini optimi in olla inuitreata benè cooperta, per mensem macerētur, quo elapso tēpore, coletur vinū, & aromata contundantur minutim, vt redigātur ad formā pulticulæ, & rursus affuso priori vino, stent per triduum cooperta, ac tandem per alembicū destillētur, & sequetur aqua clara instar chry

ſtalli, quam ſerua in vaſe vitreo obſtructo, & vtere ad ſequentia. Si hac aqua cõſpergas piſces, aues, carnem ferinũ, & alia, incorrupta manebunt quã diu volueris. Vinũ alieni odoris, pendulumq́;, redditur odoratum & integrum, ſi huius aquæ modicũ affundas. Apoſtemata interna, pota ſanat, aut illita. Viſcera omnia confortat, & colicæ prodeſt. Vulnera ſanat, ſi petia madefacta hac aqua, vulneri admoueatur. Apoplexiam imminentem præcauet, bibita, aut cerebro illita. Oris & gingiuarum affectus curat, & anhelitus graueolentiam ob gingiuarum putredinem, narium item atq; aurium emendat. Si bibatur à viris, conſeruat eorũdem vigorem, & timiditatem corrigit, exiccando humiditates. Faciei maculas oculorum atque etiam totius corporis corrigit, ex Germanico incert.

Aqua alia aurea dicta, & virtutis ſingulariſſimæ, ℞ foliorum ſaluiæ ℥ ij. nucis moſcatæ, caryophyllorũ, zedoariæ, granorũ paradiſi an. ℥ ſ. cinnamomi ℥ j. lauendulæ ℥ iiij. vini boni qr. iiij. hæc omnia habeãtur in vaſe benè obturato per 14. dies, poſtea coletur vinum, aromata verò tundantur benè ac iterũ vino commiſceantur, in alembico aut balneo Mariæ deſtillatũ fiat. Confortat retentiuam ſtomachi appetitiuámque, corrigit affectus pulmonis, ſplenis ac interiorum omnium. Eſt & amuletum venenorum omnium, ſanguinem clarificat, anhelitus graueolentiã ac

polypum aufert, ſed & grauedinem, tuſſes, dyſpnoeas, ſpirandi difficultates, confortat cerebrum ac memoriam, viſum acuit, oculorum qualeſcunque defectus ſanat, vulneratis, flagellatis, aut ab alto cadentibus, ſingularis medicina: apoſtemata diſcutit: guttam, apoplexiam non admittit: impetiginem, lepram mundat: in ſpaſmo vltimum auxilium. Si vinis corruptis miſceatur, rectificat odorem, ſaporemque vini: conſeruat ſenes, formoſos & benè coloratos.

Elixir vitæ, ex deſcriptione Fierauanti, omnium medicinarum facultatem intendit, ſi modicum iis permiſceatur. ℞ caryophyllorum, nucis moſchatæ, zedoariæ, zingiberis, galangæ, piperis albi, nigri, baccarum iuniperi, corticum citri, cort. arantiorum, ſaluiæ, baſiliconis, roriſmarini, mentæ, maioranæ, baccarum lauri, pulegii, gentianæ, calamenti, foliorum ſambuci, roſarum albarum, rubearum, ſpicæ nardi, cubebarum, aloes hepatici, ſeminis arthemiſiæ, ſeminis maioranæ ana ʒ ij. ficuum, paſſularum groſſorum, dactylorum, amygdalarum, nucum pinearum, ana ℥ vj. mellis albi ℔. i. muſci orientalis ʒ j. ſacchari fini ℔. iiij. miſce, contuſis omnibus contundendis, & in aquæ vitæ ℔. xv. infundantur. Sit autem aqua vitæ ad minimum tertia vice deſtillata. Stent ita in bocia benè obturata, decem diebus aut amplius: poſtea in balneo deſtillentur

destillentur vsque ad fæcum exiccationem. Postea extrahe aquam è recipiente, ponaturq; in Pellicano, & circuletur in fimo equino per duos menses continuos. Post circulationem tuum elixir habebis paratum. Post hæc accipe bociam cum reliquijs fæcũ, & destillentur in cineribus fortissimo igne, etiam extillabit aqua rubra instar sanguinis, quæ admodum fœtet, & turbida est, quæ & ipsa circuletur vt prior: & hæc est ignea substãtia, quæ etiã mortuos suscitare potest. Post circulationem seruetur. De priori aqua, quæ per balneum est extracta, si tertio quoq; die per os ℥ j. accipiatur, corporis integritatem conseruat, & à morbis tuetur. Si vulnera ea madefiant bis terue ad summum, curantur: oculorum morbis omnibus apprimè conuenit, gutta vna instillata, visum conseruat. Facies & pectus sæpius hac aqua lota, iuuentutem conseruat. Per os assumpta, venerem stimulat, & mulieres infœcundas, ad conceptũ disponit. Posterior aqua rufo colore prędita, doloribus matricis medetur per os sumpta: pondere duarum drachmarũ assumpta, pleuritidem soluit: colicos dolores inunctione curat, similiter & lienis duritiem, dentiũ dolorem, anhelitus fœtorem, & alia huiusmodi sanat. Omnis generis febres tollit, quia potenter omnes humores discutit & dissipat. Si cui ægroto vocis acciderit priuatio, dabis huius ℥ j. cum altera ℥ prioris aquæ, intra os, &

loquetur, quod ego millies expertus ſum.

Aqua mirabilis, quæ dicitur mater Balſami, cuius infinitæ & mirabiles ſunt proprietates, & in fiſtulis mirabilem operationem producit. ℞ terebinthinæ ℥ j. thuris maſculi ℥ ij. aloes ſucco citrini, maſticis, caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, croci, nucis moſchatæ, cubebarum ana ℥ j. gummi hederæ ℥ v. omnia ſubtiliſſime pulueriſentur, deinde in alembico benè lutato, luto ſapientiæ, deſtillentur lento igne. Prima aqua erit clara & alba, donec incipiat croceari & inſpiſſari. tunc remoue ipſam, & collige ſecundam, quę erit crocea, ſpiſſa, & priori ſupernatat. Cum autem color ille croceus magis intenditur, remoueatur ſecunda, quia venit tertia, quæ eſt ſicut mel clarum & propriè balſamũ vocabitur, & eius facultates quoque obtinet. Si eius guttam cum cuſpide cultelli in fundo cyathi aqua pleni poſueris, non diſſoluitur, quemadmodum verum Balſamum: poſtquam ſteterit per vnam horam, venit in ſuperficie aqua ſine diſſolutione. Ardet quoq;. Deinde congelat lac, ſi in vna libra lactis ponatur vna gutta tepida ſtatim congelat illud, ſicut Balſamum. Prima aqua Balſamum dicitur, & hæc curat fiſtulam, ſonitũ aurium, ſi de ea ij. vel iij. guttas mane auri impoſueris. Secunda aqua vocatur oleum Balſaminum, quæ curat oculos expalpebratos, lepro ſos & lachrymoſos ſubitò, ſi cum ea mane &

ſero

ſero laueris. Tertia vocatur Balſaminum o-leum artificiale, quod in facultatibus idem eſt, quod naturale. Curat & ſtringit omnem tineã, ſcabiem & ſuperfluitatem, in quacunq; parte humani corporis acciderit: omnia apoſtemata & omnia vlcera recenter euenientia, omnemq́; tumorem oculorum, ſi cum ea laueris. Repercuſſiua eſt magis humorum frigidorum, quàm vlla alia medicina. Omnem dolorem dentium, vel ex verme, vel ex humore fluente, ſi cum ea laueris, curat, reſtringit, & interficit. Et in omnibus venenis frigidis, ſicut bufonis, araneæ, ſerpentis, ſcorpionis optimè valet, nec eſt poſſibile vt hominem lædant, ſi aliquis ab illis punctus, guttam tepidã huius appoſuerit. Omnia vlcera quantumque profunda ſint, ſiue in carne, ſiue in neruis & oſſe, & apoſtemata ſanioſa, ſi cum ea laueris, ſine aliqua tenta, curat intra nouẽ dies, quantumcunq; terribilia, ſeu immunda, fiſtulata vel cancrata fuerint, etiam noli me tangere, & morbum Aegidij: habet etiam mirabiles effectus in dulcificatione corporum metallicorum. Omnem guttam frigidã, ſi cũ ea laueris, & ſi cum panno lineo ſupra locum doloris emplaſtraueris, curat, & percuſſiones lapide, vel caſu, læſione loci facta, pãno lineo in eo tincto & ſuperpoſito deſiccat, & reſtringit, neruosq́; fortificat vel confortat: & ſcias quòd eſt calidiſſima ſupra omnem gradum, & nulla res calidior reperiri poteſt: &

est tantæ penetrationis & caliditatis, quòd si vnam guttam tepidam posueris super manum, statim penetrat sine læsione, & non senties. Tumorem pedum, tibiarum, & dolorē iuncturarum læsione ibi facta superposita curat ex frigida causa, vel ex sanguine corrupto. Dicitur hic liquor mater Balsami, quem si probare volueris, accipias pullum deplumatum, & mundatum à visceribus, postea calefac eum ad ignem tandiu, quòd vix possit teneri in manu, postea line cum cum dicto oleo, & expone soli per duas horas ad exiccandum, & iterum iteretur vngendo cum dicto oleo, & desiccetur, postea vbi vis repone, quia nunquam putrefiet, & huius generis plures habet facultates. Bertapalia.

Aqua seu oleum magnificum, variæ ad multa facultatis, ad visum vtique instaurandum memoriamq;. Membrum quodcunque litum roborat, pituitam ventriculum lædentē digerit, & ipsum roborat, cochlearis mensura præbibitū, quo etiam modo ieiune singulo die sumptum, ab omni tuetur morsu, & venenosorum morsui impositum, liberat à veneno: illitum scabiem sanat, & tineam: auribus impositum, grauem tollit auditum, ad oculos confert humentes, & ad omnem hebetudinem: internorum vero tumores, potū liberat & dentes lotione: & si vlcus cancerq; quaq; die madefiant, curantur: pari modo & neruo-

neruorum resolutio: crurum sanat tumores, omnemq; ægritudinem à causa frigida prouenientem. Accipit autem terebinthinæ ℔. s. aquæ ardentis ℔. ij. xyloaloes, santalorum citrinorum & rubeorum, cinnamomi electi, cubebarum, galangæ, nucis moschatæ, cardamomi, croci, thuris, maceris, mastiches, zingiberis, spicę nardi, caryophyllorum, de vno quoque ℥ iij. gummi Arabici ℥ j. moschi ʒ j. ambari tantundem, omnia per se trita, & in cerniculo cribrata, cum aqua ardenti in vitreo vase per diem excipito, igneq; molliusculo destillato, donec stillans aqua exierit clara, cumq; colorem mutauerit, aliud vas supponito, & vtrunq; per se seruato. Fuman.

ELIXIR, SIVE AQVA VITAE *composita, quæ ad Balsamelæa quoq; erit referenda.*

RECIPE caryophyllorum, nucis moschatæ, zingiberis, galangę, piperis longi, piperis nigri, zedoariæ, granorum iuniperi, corticum aranciorum, corticum citriorum, maioranæ, rorismarini, mentæ, baccarũ lauri, pulegij, aristolochiæ rotundæ, stœchados, sigilli b. Mariæ, cardui benedicti, florum cheiri, florum primulæ veris, rosarum rubearũ, florum sambuci, spicæ nardi, ligni aloes, cubebarum, cardamomi, cinnamomi electi, calami aromatici, saluiæ, basilici, gentianæ, calamenti, santalorum omnium, acori, pæoniæ

radicum & granorum, macis, nigellæ, cornu ceruini, rasuræ eboris, chamædryos, chamæpityos, melligetæ, mastiches, thuris albi, aloes hæpatici, myrrhæ, florum camomillæ, anethi, artemisiæ, betonicæ ana ʒ iij. florum borraginis, florum buglossæ, melissæ, seminum anisi, fœniculi, carui, ana ʒ ij. specierum electuarij de gemmis, specierum diarhodon, specierum triasantali, specierum aromatici rosati, ana drachmæ dimidium, diamuschi, dulcis diambræ, electuarij de gemmis, theriacæ, diacori, dianthos, ana ß. ℥. florum lychnidis, altilis, rubrorum florum calendulæ, radicum bardanæ, radicum filicis, ana ß. ℥. chelidonij maioris cum radiculis à terrestri immundicia repurgatis, & resectis folijs marcidis, si quæ fuerint, ℥ j. rhabarbari electi sesquiunciam, olei de terebinthina ℔ j. Omnia supra dicta benè puluerizata vel conquassata, ponantur quælibet & singula suo tempore (incipiendo à vere, continuandoq́ per æstatem) in aqua vitæ optima quæ facta sit ex vino Rhenano antiquissimo, generosissimo, non marcido aut fæculento per alembicum vitreum non æneum, fermenteturq́ in ea toto singulorum præsertim florum & herbarum colligendorum tempore, obturando quàm exquisitissimè vas siue bociam (quæ vitrea sit aut saltem terrea Sigburgensis Samia nostra) operculo vitreo circumlutato. Aqua autem vitæ in qua macerabuntur di-

ctæ

ctæ ſpecies, ſit ad pondus librarũ viginti ſex, plus minus. Si in tres diuerſas bocias diuideres aquam, ſimiliter ſpecies & res ad ratam diuide: quia ſecurius deſtillabis in tribus vicibus, quàm in vna. Et pone bociam cum ſuperimpoſito alembico in balneo Mariæ ſub moderato igne. Primum exibit elixir vitæ, & ſerua illud per ſe benè obturando vas vitreum, ne reſpiret. Deinde ſtillabit aqua groſſior quæ ſolum ad viliores vſus valet. Fæces verò, quæ remanebunt in alembico, cucurbita vel veſica, æquiualent theriacę, & ſeruiunt pauperibus ad plures infirmitates.

Elixir vitæ aliud, mirabiliter caput roborans, priori ferè ſimile, niſi, quod minori ſumptu & labore comparari poteſt: ℞ caryophyllorum, nucis moſchatæ, zingiberis, zedoariæ, galangæ, piperis longi & nigri, corticum citri, ſeminis iuniperi, foliorum ſaluię, baſilici, roriſmarini, maioranæ, euphragiæ, fœniculi, betonicæ, baccarum lauri, pulegij, gentianæ, calamenti, roſarum rubearum, ſpicæ nardi, ligni aloes, cubebarũ, cinnamomi, cardamomi, calami aromatici, ſtœchadis, macis, thuris maſculi ana ʒ j. poſtea, ℞ ficuũ ſiccarum, paſſularum, dactylorum ſine oſſibus, amygdalarum dulcium ana ʒ j. ſ. mellis ℥ vj. ſacchari albi ad pondus omnium, terantur omnia ſimul benè, & ponantur in aqua vitæ trium coctorũ, & poſtea repone omnia in ampulla vitrea & deſtillentur lentè vt in alijs elixir vitæ.

Aqua laudatiſſima, Balſami vires in ſe cõ-
tinens, ad multas ægritudines neceſſaria, ex
Fumanello. Aqua quæ Balſami facultates æ-
mulatur, lætitiam affert, cerebrum confor-
tat, tumores intrinſecus ſuppuratos, ſeu vo-
micas rumpit pota, oculorum ruborem &
maculas delet, fiſtulam curat, & cancrum im-
poſita, pota morbum ſanat comitialem:
membrorum reſolutionem, ſeu paralyſim in
uncta curat, quę ex frigida eſt cauſa, vino mo
dico commixta cochlearis menſura, ieiuneq́;
ebibita, ſenectutem retardat, & ſanitatẽ con-
ſeruat, lẽtigines à facie, putredines, omnesq́;
maculas linita delet, guttamq́; roſaceam, vul
go nuncupatam, faciei morbum ex eryſipe-
latis genere: dentium tollit dolorem, & au-
rium ſpiritum flatuoſum impoſita, narium
fœtorem & gingiuarum ſynanchen; om-
nemq́; gutturis rumpit abſceſſum: melan-
cholicis confert, iſchiadicis, podagricisq́; a-
ſcitem curat, coliq́; dolorem à cauſa frigida;
& coronariæ ſuturæ lita, omnẽ tollit capitis
dolorẽ, ex frigida cauſa euenientem: vermes
interficit, ad ʒ ſ. quantitatem ſumpta, quo mo
do & veneno obſtat. Plura etiam promittit,
quàm ſcripta ſint. Cuius confecturæ hic eſt
modus. Maſtiches, caryophyllorum, nucis
muſcatæ, cardamomi minoris, cubebarum,
piperis longi, cinnamomi, galangæ, zingi-
beris, ligni aloes, cardamomi maioris, de ſin
gulis, ℥ ſ. ſpicæ nardi ʒ iij. maceris ʒ j. caphurę
ʒ j. nu-

℥ j.ſ.nucis Indicæ.℥ ſ.vini albi, ſubtilis, odori quod ſufficit, inuicem commixta ſuaui deſtillato igne.

Species pro vino Maluatico deſtillato, loco auri potabilis, ℞ vini maluatici electiſſimi menſuras vj. ponantur in bocia & deſtilletur ſuaui igne per cineres, ſeptem vel nouem vicibus: aquam vitæ, ſic benè rectificatam pone in vitro cum ſequentibus: ℞ ſperma cæti, ambræ electæ, rhabarbari optimi ſing. ℥ ij. muſci fini & electiſſimi ℥ j. vel plus: pone huiuſmodi res in ſacculum vel pilam de panno raro ſubtili & bene mundo. Huiuſmodi ſacculus poſtea ponatur ad vinum ſupra rectificatum, & bene claudatur orificium vitri: efficietur tale vinum aurei coloris. Poſſet & cinnamomi interioris aliquid addi, & erit magis delectabile. Virtutes huius aquæ: venena curat & expellit. Ad præſeruandum, contra peſtem detur gutta vna mane, cum modica medulla panis, factis prius aliјs purgationibus, & phlebotomia. Infecto verò da teſtam nucis muſcatæ plenam cum mica panis albi, degluriendo curat. Ego verò do cum aliјs medicinis bezoarticis, & miſceo cum electuariјs cordialibus ad dirigendam operationem. Et in hac deſtillatione, inueni multa bona iuuamenta, Incert.

DE AQVIS METALLICIS *& forti.*

AQua argenti ſublimati ad cancrum, extirpans eum radicitus, & citò interficit, ſi ſuperponatur, ita vt non longa curatione ſit opus, niſi quatenus vlcus eſt, fiat autem aqua hæc hoc modo. Liquefiat ſtannum & dum incipit refrigerari & condenſari, projiciatur ſuper ipſum de Mercurio tantum, quantum eſt ipſum ſtannum, incorporentur, vt fiat totum ſicut paſta, & illa paſta ſuper lapidem purum & leuigatum poni, & duci & optimè triturari debet, & poſtquam ita factum fuerit, addatur ei de Mercurio ſublimato, quantum eſt ipſa paſta, & iterum teratur & ponatur ſuper lapidem, & tunc fiet ſicut aqua, & hoc per alembicum debet deſtillari, & quæ inde extrahitur aqua, debet colligi & ſeruari ad vſum.

Contra omnem ſcabiem, puſtulas, impetiginem, ſerpiginem & morpheam, &c. liquor deſtillatus, ex Theophraſto: ℞ enulæ campanæ ℥ j. axungiæ ℔. ſ. argenti viui ℥ ſ. ſulfuris ʒ ij. deſtilla per alembicum, & vnge.

Aqua aluminoſa ad omnia vulnera, cuiuſdam viri nobilis ſecretum. ℞ ſucci agrimoniæ, ſolani, plantaginis ana ℔. ſ. vini albi ℥ iiij. aluminis crudi ℥ iiij. maſticis ʒ ij. auripigmenti ℈ ſ. albuminum ouorum numero vj. agitentur fortiter & deſtillentur. Hac aqua lauatur vulnus bis in die.

Aqua aluminoſa nuncupata, cuius in oris & aliarum corporis partium, omnibus vlceribus

ribus corrosiuis, mira vbiq; locorũ facta est experientia. Accipiuntur aũt aluminis, succi portulacæ, succi plãtaginis expressi, seu vuæ omphacinæ, & albuminis, seu cãdidi ouorum ana partes æquales, & more aquæ cinnamomi destillant pharmacopolæ.

Aqua aluminosa alia ex libro Fulgoni. ℞ albuminum ouorum numero quindecim, aluminis rochæ, succorum plantaginis, portulacæ, solani, aquæ rosarum, succi agrestæ ana ℔.ij. misce omnia, & destilla in alembico: perducit vlcera antiqua ad cicatricem.

Experimentum quo se vsum fuisse, quidã retulit chirurgus, ad carcinomata. Lateritio namq; lapidi ignito, aquam infundebat aluminosam, & refrigerato lapide ac pendente, aquam destillatam colligebat, in eaq; linteolum madefactũ vlceri imponebat, mirumq; modum carcinoma post dies paucos curatũ fuisse retulit, Fuman.

Aqua præstantissima ad maculas oculorum. ℞ mellis albi ℔.ij. antimonij, tutiæ preparatæ, sacchari candi ana ℥ iij. aloes optimi ℥ ſ. chelidonij, rutæ, euphrasiæ ana M. ſ. destillentur in alembico,

Aqua tutiæ præparatæ. ℞ aquæ euphrasiæ, aquæ fœniculi, aquæ matrisyluæ ana ℔. ſ. aquæ rof. ℔. ij. tutiæ præparatæ ℥ ij. aloes ℥ ſ. cuperosæ albæ ℥ ſ. camphoræ ℥ j. misce & fiet aqua probatissima, ex Arnoldo ad maculas oculorum.

Aqua Marchasitæ, quæ oculorum destruit suffusiones, & confirmatas emollit. Marchasitæ frusta ignita, in oleo communi antiquo pellucido extincta tritaq́ꝫ, destillato, & denuo cum fæce sua terito, destillatoq́ꝫ.

Aqua ad lepram, aliosq́ꝫ morbos. Aqua stillatitia ad lepram, omnemq́ꝫ corporis defœdationem, oculos mundans, iuuentutem conseruans, & ad alia quàm plura efficax, vt experimento coniici potest, limaturæ, seu ramentorum argenti, æris, ferri plumbi, chalybis, cadmiæ auri, ęreæ, & argenteæ, styracis, de omnibus æquale pondus, macerentur die vna & nocte in vrina pueri non polluti: altero verò die, in vino albo calido, & die tertia, in succo fœniculi, & quarta die, in lacte mulieris masculum lactantis, quem peperit, quinta die in vino rubeo, & sexta in septuplo sui, albuminum ouorum: qua destillata, ad vsum reponantur.

Aqua contra lepram, ℞ roris maialis mensuras quinque, sulfuris ℔.j. crystalli ℔.ſ. camphoræ ℥ j. misce & mitte stare, postea decoquãtur leuiter, & rursus quiescant, tum destilla, adde margaritas. Purgat choleram adustam & melancholiam.

Calx non extincta, cum ouorum albuminibus excepta, superq́ꝫ marmoreum deducta lapidem ita stillato, vt quod crassius est descendat, & per diem & noctem in loco seruato humido, & denuo destillato, ad faciem dealbandam.

Alia

Alia aqua dealbatiua. ℞ calcem & incorpora ſuper marmore cum aqua albuminis ouorum per alembicum deſtillatorũ: & fac ita ſpiſſum, ſicut ſalſam, deinde pone in vrinali in loco humido per diem & noctem, . poſtea deſtilletur aqua ex his per alembicum, cum ſuaui igne, & ſine fumo, & quod deſtillatur pone in vaſe vitreo.

Aqua faciem dealbans. ℞ albuminis oui, boracis petroſi, ſalis, aluminis rochę, ſing. ℥j. quodlibet per ſe tritum, albumini ouorum commixtum, deſtillato, vtitorq́;.

Aquæ fortis hodie magnus eſt, apud Chymiſtas & Aurifabros vſus, ſed & in medicina quoque, ad nonnullos morbos depellendos celebratur. Amatus Luſitanus fœliciter vſus eſt ea, in magno & maligno faucium vlcere. A principio ſuffuſionis quidam ea curantur, adhibita oculis. Chirurgus quidam aliquando in dentem mulieris impoſuit, quæ inde ferè inſaniebat, donec opio adhibito, à medico quodam, melius habuit. Ad vlcera, fiſtulas, cancros & porros, dum non fuerint inoſſata, & concaua, ſolummodo madefaciendo cum pluma vel panno lineo ex aqua cum qua ſeparatur aurum ab argento. Antiqui vt aurum ab argento ſepararent, vtebantur atramenti ſutorij ſtillatitio liquore, vt nunc quoq; in Aſia faciunt illi, qui ab argento aurum ſeparant. Noſtri verò vt aquã fortiorẽ reddant, & vehementiorem, ſalẽ petræ

adijciunt. Bellonius de medic. cadauera seruãtibus. In aquam fortem, si ferrum aut alia aliqua materia proijciatur, statim ebullit, & sursum fertur, & nisi expiraret, vasa dissilirent. Sin aurum in eam inieceris, non æquè intumescit, resoluit id in arenam, reliqua metalla omnia in liquorem. Argentum vbi in ea fuerit liquatum, immittantur laminæ cupreæ, & argentum his adhærebit, quod postea scopa separatur, ac tandem fusione vniuntur.

Aqua fortis, ℞ vitrioli, salis petræ, fiat aqua per destillationem, in aquam ponas vasa argentea deaurata, & eliquabitur luna, & sol manet integer, postea cola, & si Solem demulcere volueris, appone ad prædictam aquam salis * postea verò quodlibet sicca & præpara. Alia.

℞ aquæ fortis, salis communis & salis ammoniaci parum, destillẽtur simul, aut si aqua fortis prius fuerit destillata, iam dictæ species destillentur, & vocatur aqua regis, & separat aurum. Aqua fortis verò communis, separat tantum argentum aurum graduat & illustrat.

Aqua causticatiua in fistulis sine dolore: & etiã valet ad glandulas, scrofulas, & porros, & ad omnes excrescentias in corpore humano, & aufert sine dolore. ℞ olei laterini optimi, masticis electi, gummi arabici, terebinthinæ. an. ℥ iij. pistentur pistanda; & omnia simul

mul miſceantur, & per alembicum deſtillentur: quam deſtillationem miſce & incorpora, cum ℔. ſ. cineris cerri: & iterum deſtilla per alembicum, & quod fluit, reſerua in vaſe vitreo benè clauſo.

Aqua mirabilis in fiſtulis, cum qua ſcribi poſſunt literæ aureę in ferro. ℞ cornu arietis abraſum exterius, & incidatur ſubtiliter, & ponatur ad deſtillandum in alembico vitreo ſubtiliter, tunc iſta aqua quæ exit operatur in ferro calido ipſum deaurando, & mirabiliter valet in fiſtulis, Bertapalia.

Aqua corrodens loco cauterij, adeo vt etiam corrodat ferrũ, ℞ ſalis nitri, ℥ ij. vitrioli Romani ℔. j. cinnabaris, alâs vcifur ℥ iiij. quælibet per ſe terantur, deinde ſimul miſceantur, & per alembicum deſtillentur, & hanc aquam collige, Idem.

Ruptorium, quo omnem contingit incidere tumorem, abſceſſumúe abſque ferro. Habet autem vitrioli Romani rubefacti ℥ vj. ſalis, nitri, vtriuſque ℥ ij. gallarum, ſalis ammoniaci, ſingulorum ℥ viij. vitrioli non rubefacti ℥ ij. omnia deſtillentur alembico, & in vaſe ſeruentur vitreo. Vſus quidem eſt, vt oliuæ ſarmento, lignóue acuto in hac madente aqua, tumor incidatur, qua pariter & porri tolluntur, Fumanellus.

Aqua ad vlcera cacoëthica & quomodocunque maligna & fiſtulas, Religioſi cuiuſdã

apostatæ medicamentum, de quo alibi scripsimus, mihi à pluribus iam annis relatum, & experientia comprobatum, omnem detergens putredinem, & ad sanitatem reducens, quod habet chalcitidis, seu vitrioli Romani ℔.j. salis nitri tantundē, aquæ quod sufficit, coquantur simul cū modico argenti viui. Accipito autem aquæ huius clarificatæ. ℔.ij. argenti viui ℔.j. & omnia cōmixta alembico destillato, & peracta destillatione, vitreā bociam frāgito, & quod intus est veluti fæx conterito, & denuo cum prędicta destillato aqua ter quaterue, quæ nanque antiqua sunt vlcera, puluis sanat, pariter & iniecta aqua. Idem.

Alia aqua fistulas delens & porros. ℞ olei ex lateribus ℔.v. calcis non extinctę recentis ℥ iij. arsenici puri ℥ ij. euphorbij ℥ j. omnia alembico destillentur, Idem.

Alia potentior ad fistulas delendas, verrucasque seu porros, ℞ olei de lateribus ℔.ſ. calcis non extinctæ, ℥ iij. ammoniaci puri tantundem, euphorbij ℥ ſ. omnia cum oleo mixta, alembico destillētur & stillatitius liquor ad vsum seruetur, Idem.

℞ tartari albi, salis nitri ana, puluerisentur subtiliter super lapidem purificatum, postea fiat fouea in medio pulueris & impone carbonem ardentem, & oleum quod inde fluit serua, & loca morpheatica cum eo inungas, & sanabuntur.

Aqua fortis (à Gallo empirico) ℞ salis nitri

tri, vitrioli ana ℔. ij. aluminis vsti ℥ viij. omnia subtilissimè terantur, postea ponantur in cucurbitam vitream benè lutatam, hoc modo, da sibi ignem, per horas decem semper augendo.



Aqua fortis, ℞ auripigmenti, floris æris ana ℥ ij. vitrioli Romani ℔. j. ſ. salis nitri ℔. ij. aluminis ℔. iij. omnia pulueriſentur, & fiat secundum artem destillatio.

Aqua fortis ad fistulam antiquam, & profundatam etiam in osse, mirabilis, ex lib. manuscripto vetustissimo. ℞ salis ammoniaci, vitrioli, auripigmenti rubei & citrini, viridis æris ana ʒ ij. vel plus, vel minus, pro tua voluntate, ponantur in alembico vitreo benè lutato, & fiat lentus ignis, augendo donec alembicum fiat rubrum, destillatum seruetur in vase vitreo benè obturatò, quia aliter exhalaret. Tantæ enim virtutis est aqua ista, quòd ossa penetrat, & ideò in concauo fistulę

ponatur vna gutta modica : ſtatim cauteri-
zat,ſicut ignis. Poſtea remoueatur arſura cũ
albumine oui, aut butyro, tunc adhibeatur
cautela in generatione carnis.

Alia, ℞ ſalis petræ, vitrioli Romani ana
℔. ij. aluminis calcinati ℔. ſ. pulueriſentur
hæc omnia, & ponantur in cucurbita & de-
ſtillentur. Dealbat hæc aqua dentes nigros,
ſi cum penna anſerum, guttulam tantum ap-
poſueris dentibus, quos pura aqua fontana
poſtea laua & ablue.

Species aquæ fortis ad vermes(verrucas)
& tubercula,℞ ſalis ammoniaci,vitrioli Ro
mani,æruginis ana ℥ ij. aluminis ſaccharini,
calcis viuæ ana ℥ ſ.mixta deſtillentur.

Alia aqua mirabilis in fiſtulis, & diſſol-
uens margaritas, & aurum in folijs. ℞ ſalis
ammoniaci ℔.ſ.ſalis nitri ℥ iij.tartari ℥ ij.ſa
lis cõmunis ℥ ſ. omnia pulueriz ẽtur & deſtil
lentur per alembicũ, in vaſe vitreo ſeruetur.

Aqua quæ tingit equos,canes,pannos vel
pennas in viridi colore. ℞ cuperoſæ ℔. j.
& ſmerilij ℔. ſ. ſubtiliter puluerizati, & per
alembicum deſtillato , & quod fluit reſerua
in ampulla vitri benè clauſa.

Ad tollendum cancrum, ſecretum magi-
ſtri Franciſci : ℞ deſtillationem per alembi-
cum argenti viui, argenti ſublimati, vitrioli
Romani,& vtere.

Aqua fortis conueniens moro, Bertapal.
cap.16.de apoſtematibus.℞ vitrioli Roma-
ni

ni, aluminis roche, salis ammoniaci, salisgem mæ, iiij. iij. ij. & j. hæc sunt pondera secundum ordinem, & fiat destillatio ad alembicum vitreum aptatum cum luto sapientiæ & cum stercore bouis, & paleis mixtis, sicut faciunt dominæ, quando imboccant canistros. Ista aqua mirabilis est, & tangendo morum, destruit ipsum & omnem aliam carnem additam, & ista vocatur aqua fortis, & aurifices vel fabri diuidunt aurum ab argento cum hac aqua.

Aqua fortis valens in fistulis, & est multæ virtutis & potentiæ in vlceribus. ℞ salis nitri, vitrioli Romani, aluminis rochæ ana ℔. j. quælibet per se terantur subtiliter, & simul incorpora, & pone in alembico, fac lentum ignem, & accipe primā aquam per se, donec rubescat alembicum, tunc remoue aquam illam, & collige aliam per se, quia prima nihil valet: & auge ignē donec incipiat rubescere, & tunc reduc cineres qui sunt in vase vsque ad collum, & fac ignem fortem, donec rubescat alembicum, & cessabit fumus ille rubeus qui apparebit in vase vitreo, & sigilla benè cum cera, & serua supradictā aquam, Infrigidato furno, in fundo vasis inuenies massam rubeam, quam serua. Aqua dicta, est fortior aqua mundi, & habet mirabiles operationes in se. Nam hæc aqua soluit, corrodit carnem, & redigit omnia mundi in puluerem & aquam: sicut lapides & metalla. Si

calefiat, emittit fumum rubicundissimum & fortem. Hæc aqua si tangit per se carnem vel vestem, tingit eam colore croceo, qui nunquam deleri potest: in carne durat color pluribus diebus, si laueris maculam cum lixiuio, fit valde rubeus color. Item si posueris paululū bonæ lunæ, hoc est argenti, in aqua ista, tingit colore nigro, qui deleri nō potest. Item si posueris aliquid Mercurij, hoc est, argenti viui, ita quod liquefiat, fit fortior igne. Nam si tangit carnem, cauterizat ad modum ferri igniti, & non sentitur: & est optima ad faciendum cauteria: mortificat omnes fistulas, & cancros & carbunculos, humores prauos & venenosos. Item si apponatur ferrum in dicta aqua, statim calefit, & bullit absque igne, & facit de ferro aquam rubeam, per intromissionem ferri. Et si extraxeris aquam per Alembicum remanebit ferrum in fundo vasis, & erit puluis rubicundissimus, qui dicitur, crocus Martis. Item si in prædicta aqua posueris Venerem, bullit: & fit de ea, aqua viridis. Et si extraxeris aquam per Alembicū, remanebit Venus in fundo vasis puluis nigerrimus, qui est calx veneris. Nota quod si posueris in dicta aqua Saturnū, facit aquam claram, & si extraxeris, remanebit sal albus, & amarus. Item si posueris in ea Iouem, faciet de eo pastam sicut butyrum: & si desiccaueris fiet puluis albus. Item si posueris in ea Mercurium, faciet de eo aquam claram: & si di-

ſi dimiſeris reſidere aquam Mercurij , cadet ad fundum ad formam glaciei: & ſi deſiccaueris remanebit ſal albus, ſicut cera fortiſsimus. Et ſi volueris recuperare argentum tuum quando eſt in aqua, pone in illa aqua Mercurium crudum, & ſtatim bona luna intrabit in mercurio, tunc vacua aquam, & accipe mixtionem & pone in pelle capreoli & comprime optimè, exibit Mercurius, quod verò remanebit in corio, pone in cubiculo ad fundendum: & inuenies bonam lunam. Item ſi poſueris in ea ſolem, fit aqua crocea, & ſi ſiccaueris, fit ſal aureus amarus vt terra, valet in deſiccando fiſtulas. Item ſi diſſolueris in dicta aqua partem vnam de bona luna & tantum de Mercurio, & tantum de argento ſublimato albo, & quartam partem vnius iſtorum de tutia Alexandrina, & extraxeris aquam per alembicum, remanebunt omnia iſta in fundo vaſis, ad formam lapidis: de quo lapide pone partem vnam ſupra quatuor partes æris & fiet album, ſicut argentum de xxij. ſolidis pro vncia, cum quo ſi poſueris de bono argento, pulchra poſſunt fieri ornamenta. Item ſi poſueris vel feceris fieri vaſa parua, vel annulos, vel alia facta de auro & medietate argenti, & ſi poſtea acceperis, panem rubeum, qui remanſit in fundo vaſis aquæ ſupradictæ & puluerizabis, facies mirabilia.

Aqua alia ad fiſtulas, porros, verrucas, & callos tollendos. ℞ cuperoſæ, id eſt, ſalis ni-

aq: fort
mercu
vi vi
Bona
Luna
solue
sulfur
¼ pars
Sublim
mercur

tri, vitrioli Romani, calcis viuæ recentis ana partes æquales, terantur & destilla per alembicum. Prima aqua exiens est alba, valet ad lentigines, & non ad porros: altera rubea, quæ valet ad porros & verrucas, & ad omnia quæ supra dixi.

Aut. ℞ calcis viuæ recentis ℥ iij. arsenici ℥ iij. euphorbij ℥ j. tere & cum olei laterini ℔. ſ. misce & destilla, serua ad porros & verrucas.

Alia. ℞ salis nitri ℥ iij. vitrioli Romani ℔. j. cinnabaris ℥ iiij. tere, destilla per alembicum, & serua pro deauratione Martis.

Alia. ℞ salis nitri, vitrioli Romani, salis ammoniaci, viridis ęris, auripigmenti, calcis viuæ recentis, aluminis, salis alkali, tere, destilla, & ex eo madefac Martem, vel tenendo in madefactione, & corroderur.

Aqua dissoluens solem. ℞ salis petræ, vitrioli, gypsi, aluminis iameni ana quart. xij. cinnabaris ℥ ij. aquæ salis * ℥ iij. pone in alembico & exibit aqua prima dulcis, secunda & vltima est rubicunda & bona.

Vt aurum ab metallo soluatur, ℞ olei tartari partes ij. sulfuris partem j. & destilla, vnge metallum vel ferrum, postea igneatur, & projciatur in aqua frigida, & aurum forma arenularum cadet in fundum.

Aqua fortis separans solem à luna. ℞ salis *partem vnam, vitrioli partem j. salis nitri partem

partem mediam, viridis Græci partem quartam vnius partis, hoc imbibe aceto fortissimo, in modum pastæ, & exicca, postea sublima aquam.

Alia operatio melior, quæ separat lunam ad vnam partem & solem ad aliam, ad modum massæ: ℞ tegularum ℥ j. salis communis vsti ℥ ſ. æris vsti, viridis æris ana ℥ ſ. puluerisentur simul, postea pone materiã quam vis separare in istum puluerem in testa, & tege eam cum alia, & cũ dissoluitur, separatur vnum ab alio.

Aqua & oleũ è sale ammoniaco. ℞ sex vel decem oua decoctione indurata, aperiantur parte acuminata, & vitellũ extrahe, vacuum verò spaciũ oui repleas sale ammoniaco puluerisato. Ponãtur in vas arena repletum, cui modicũ aquæ sit affusum, & mane in cortice aquam reperies, quã serua, postridie, rursus eodem modo aquam euacua, vsq; totũ sit resolutum. Sin oleum eius habere volueris, aquã per alembicũ separa, & remanebit oleũ, quod serua. Vsus eius præcipuus ad fixandũ, & alia multa Alchymica opera, Marcell.

Aqua mollificans omnia metalla, vitrum, chalybem, electrum. ℞ salem ammoniacum, & salem nitri cum tartaro ana, bulliant (an in liquore aliquo?) cum paruo igne, & mollificat omne metallum intus proiectum.

Sal nitri & tartarũ æqualiter sumpta, emolliunt metalla secundum aliquos.

Aqua fortis, ℞ ſalis nitri, ſalis * ana, fac aquam ad ſolem. Si ſolem & lunam in aqua ſeparare volueris, ℞ ſalis nitri ℔. j. aluminis vſti & exiccati ℔. ij. deſtilla per alembicum, & in aquam pone laminas tenues foliatas ſuper prunas, tunc bulliet, & cum bullire deſinit, depone, & aquam infrigidatam moue & turbeſcet, tunc ſubtiliter effunde aquam in aliud vitrum, & videbis aurum nigrum in fundo reſidere: tunc ℞ aquam modicam fontis, affundendo Soli, & laua, & aquam funde cum ad priorem aquam, tunc Solem in tegulam ſuper prunas pone & ſiccato: poſtea ℞ modicũ ſalis nitri & ſolem cum ipſo demulce (ſchmeltz) & funde tunc in formam. Cum autem lunam habere volueris, ℞ aquã effuſam & deſtilla per alembicum, & manebit luna in vitro, quam tunc effunde, ſicut de auro dictũ eſt: tunc abluta prima aqua, poſſet fæcibus apponi, ſi plus de luna in puluere nigro foret, quod tunc etiam diſſoluetur, & poſtea effunde iterum, & affunde aquam fontis, & laua vt prius. Lunam autem vltimo ſiccatam poteris ponere in crucibulum, cum medio ſuo nitro obſtruendo, & ſuperius mittendo paruum foramen, ſufflando ignem & habetur depurata.

Aqua Philoſophorum, è ſcheda, lingua Gallica manuſcripta. ℞ vitrioli Romani ℔. j. ſalis nitri ℔. ſ. cinnaberis ℥ iij. piſtentur ſubtiliſſimè, miſceantur, deſtillentúrque in alembico,

alembico, qui ponendus in olla è terra factâ. Postea sumatur cinis cribellatus, & vas terreum impleatur vsque quo materiam in alembico contentã, penitus comprehendat. Excitetur deinde ignis lucidus & lentus subtus, & posteaquam cœperit destillare, colligatur aqua. Prima aqua destillans, tum perfecta dicetur, cùm collum alembici parte superiore flauũ comparuerit, atque tum secunda à priore erit separãda, & singulæ seorsim seruandę. Virtutes huius aquæ multæ sunt. Deaurãtur hac aqua calices, galeę armorũ, gladij, cultri, & similes res: scribendo literas, pingendo folia, aut alia ornamẽta, hoc modo procedendo. Primo vernice obducatur res deauranda, quæ postea iuxta ignẽ exiccetur. Deinde cum stylo acuto ligneo è duro ligno, pingatur aut scribatur, quodcunque placuerit. Demũ aqua prædicta, madefiat locus depictus aut scriptus, ibique aliquandiu relinquatur, postea igni lẽto admoueatur, pauló post valido: vbi bene incaluerit, detergatur panno lineo aspero, & mundetur à vernice. Si aurichalcum dealbare volueris, bulliat in aqua hac, & argenteũ videbitur. Si in aliquo vis curare poros, lentigines, aut carnẽ supexcrescentẽ auferre, in quocũque loco fuerit, aperiatur locus acu, & modicũ aquæ immitte, & subito tolletur. Sin fistulas, apostemata, cùm tenta aqua imponatur, dissecabit fistulas, radicesque earũ aufert biduo, malam carnẽ auferendo, resti-

tuendo bonam. Sin apostema sine ferro aperiendum, sumatur cera alba & fiat ex ea emplastrum in medio perforatum, & loco affecto imponatur, foramini postea aquæ prædictæ modicum indatur, & aperietur. Mollificat corallia: sumenda autem vna harũ aquarum, vel ambę simul, cui corallia imponãtur, & post eius mollificationem, elaborabis, aut formabis ad libitum, ac tandem redibit ad suam naturam. Pota ab animali, interficit. Vinum, cui admiscetur, corrumpitur, vbi reparare voles, adde rorismarinũ. Sed alias quoque habet, non manifestandas facultates, propter impostorum & circulatorum nequitiã, qui eiusmodi aqua in hominis perniciem abuti possent.

Aqua regalis dicta, ad multa vtilissima. ℞ sulphuris flaui, aluminis rochæ, salis gemmæ, ana ℔.ij. borraginis, masticis, ana ℥ ij. cõtundantur in mortario, & cõmisce in bocia cum capitello & recipiẽte, destilla secundũ artem, in fine fortissimo igne omnẽ humiditatem extrahendo: quæ destillat aqua, alba est & turbida, quæ coletur per pannũ subtilem, & in ampulla vitrea seruetur, adiungẽdo musci soluti carat. j. aquæ rosaceæ ℥ ſ. & vbi aliquantulũ quieuerit, aqua fiet clara & odoratissima. Dolorẽ aufert vulnerũ, si vulnus ea madefiat. Ad dolorẽ dentiũ, & gingiuarũ corruptionem, et omnes morbos oris internos valet, tenendo huius parum in ore aliquandiu, ac postea ex-

puendo,

puendo, quia mirabiliter ſanat. Dentes dealbat, cùm lineo panno eadē madefacto & affricato. Febrium paroxyſmos tollit dando ℨ ſ. cum brodio per os, mirabiliter certe iuuat.

Aqua pretioſa ad oculos ex vitriolo. ℞ vitriolum, & in cucurbita per deſtillationem aquam eius extrahe, in arena. Vitriolo calcinari nihil opus eſt, nec debet. Aliter.

℞ ouum recens & decoque ad indurationem, detrahe ei corticē, & in partes duas per medium ſcinde. Ablato verò vitello, ſubſtitue vitriolum album magnitudine piſi, & vertetur in aquam, exprime per pannum in vitrū, & ſerua ad oculos, eſt enim valde bona.

Aqua mirabilis, infallibiliter oculorū maculas delēs, & oculos clarificās, ſuper omnia iuuentutem conſeruat, & omnē maculam faciei delet: ſed & guttæ roſaceæ, & lepræ non verę valet. ℞ limaturam argenti, ſtanni, æris, chalybis, plumbi, auri, cachimiæ argenti & auri ſecundum diuitias & paupertatem ana, ponantur per diem & noctem in vrina pueri virginis calida. Secundo die in vino albo calido. Tertio die in ſucco fœniculi, verbenæ & chelidoniæ. Quarto in albumine ouorum. Quinto in lacte mulieris puerum lactantis. Sexto in vino rubeo. Septimo in ſeptem albuminibus ouorum, & hoc totum ponatur in vaſe in quo deſtillatur aqua roſ. ad lentum ignem, & quantum deſtillauerit, reſerua in vaſe aureo, argēteo vel vitreo bene obturato,

ne respirare possit. Ex ipsa aqua oculis immitte ij. vel iij. guttas mane & sero lauando prius oculos, &c. Arnold. de Villa noua.

Aqua metallorum experta, ad omnem lepram, scabiem, fistulam, morpheam, serpiginẽ, impetiginẽ & cãcrum, & confortationem omnium membrorum corporis: & omnem morbum contagiosum paliat, & interficit omnem morbum solutionis continuæ. ℞ limaturæ ferri, chalybis, auri, argenti, ęris, stanni, plumbi ana, myrrhæ, aloes ana quãtum de omnibus, terãtur omnia simul & misce, & ponantur omnia in olla vitreata vel alchymica, quæ vas destillationis supra se habeat, & supra ignem fornacis apponatur, & aquã quæ per alembicum destillat, in vase vitreo collige, & vsui reserua, quoniam est mirabilis ad omnia supradicta, ex eodem.

Aqua benedicta destillata cõtra podagrã. ℞ vitrioli Romani ℔.ij. mellis destillati ℔ iiij. destilla sicut scis, postea adde tertiam partem aquæ vitæ rectificatæ, fiat mixtura, & vsui serua, & cum penna columbina alba fiat inunctio, vt scis.

Aqua probata ad limositatem, & fœdum colorem dentium, ex Guidone. ℞ salis ammoniaci, salis gemmei ana ℔.ſ. aluminis zuccharini quar.j. pulnerisentur, & ponantur in alembico vitreo, & fiat aqua de qua dentes cum petia de scarlato fricentur.

Aqua flauos reddens capillos. Cineris cerri ℔.j.

ri ℔.j.aquæ fontis ℔.vj.diu concoctis, adſdantur vitrioli Romani ℥ ij. & diebus tribus ſub dio expoſitis vtitor.

Alia. Salis gemmæ, ſquammæ, ſeu batituræ æris, alcannæ, partes æquas, omnia tria alembico deſtillato.

Alia. Salis gemmæ ℔.j. vitrioli Romani ℔.ſ. ſalis nitri ℥ iiij. radicum chelidonij viridium, ad omnium pondus, ex contuſis & tritis, alembico aquam eximito, quæ primo exit, abijcito, quæ ſecundo, capillos colorat, prius lotos & feruenti ſole ſiccatos.

Puluis per ſublimationem factus fortiſſimus ad corrodendum & mortificandum carnem mortuam, Lanfranc. in Antidotario. ℞ limaturæ ferri, vitrioli, aluminis, iameni, antimonij ana ℥ ij. ſalis ammoniaci, arſenici, citrini, ſulfuris viui, floris æris ana ℥ j. & ſ. calcis viuæ ℔.ſ. hæc omnia terantur, & adſdatur ℥ j. argenti viui cum ſaliua extincti, temperetur cum aceto, vel aqua maris, vel lixiuio forti, quod erit melius, ſi erit de cineribus fabarum, & fiant inde trochiſci & ſiccentur, ſiccati ponantur in aludel, & ſublimentur. Modus autem ſublimationis eſt talis. Habeatur vas vitreum groſſum, quod ab igne findi non poſſit, vel ſit terreum interius vitreatum, & habeat operculum ita artificialiter ei coniunctũ, quod vna pars operculi intret vas, quod erit inferius, & arctè ſibi coniungat, ne poſsit inde aliquid exhalare, &

cum hoc lutetur, luto ſapientiæ vel gypſo. Puluis ſublimandus ponatur in fundo vaſis, & operiatur operculo, & orificia fortiter obturentur, & ponatur in furnello, in quo fiat ignis lentus vel leuis per dimidium diem, poſtea vas auferatur ab igne, & dimitte infrigidari, quo infrigidato, diſcooperiatur, & quod remanſit in fundo inferius, abijciatur. Quod verò operculo adhæret, remoueatur & ſeruetur in fruſtis. Cum verò opus fuerit, operare cum eo cum cautela, quoniam comburit vt ignis, & putrefacit & corrumpit locum cui apponitur.

DE MERCVRIO PRAECIPI-*tato, pauca quædam, aquæ forti ſubnectenda.*

Mercurius præcipitatus hoc modo fit, ℞ aquæ fortis ℔. j. Mercurij crudi ℥ iiij. diſſoluatur in aqua, poſtea in arena euaporet aqua, aut deſtillatione ſepara fortiter, vt rubeſcat & exiccetur, teratur deinde in porphyrio, & affunde ei aquam vitæ deſtillatam quinquies vel ſepties, accende etiam & ſine vt cõſumatur. Poſtea rectificetur aqua roſacea optimè permiſcendo, ac tandem per filtrum, aquam roſaceam ſepara, & relinque vt exiccetur. Tum rurſus de aqua vitæ vt prius affunde, & accende vt exiccetur, idque tertia vice repetatur, & habebis quod voles. Tantum autem de aqua vitæ eſt affundendum,

dum, quantum ad cooperiendum ſolum ſatis ſit, non vt multum excedat.

Mercurius prçcipitatus à Gallo empirico. ℞ argenti viui ℔.j. aquæ fortis ℔. quindecim, omnia ſimul ponantur in cucurbitam vitream benè lutatam, & deſtilla more aquæ fortis vt ſupradictum eſt, ſemper augendo ignem.



DE MERCVRIO PRAECIPItato, qui eſt remedium contra omnes infirmitates, cauſatas ex humorum putredine.

RECipe partes æquales vitrioli Romani, & ſalis nitri, & ex eis fac aquam cum capello & recipiente, in quo recipiente pone ſextam partem ponderis de Mercurio crudo, hoc eſt, Si vitrioli & ſalis nitri ſint tres libræ, pone vj. ℥ Mercurij, poſtea permitte vt aqua cum ſuis ſpiritibus deſcendat in recipientem. Poſtea omnia quæ ſunt in recipiente, euacua

in bociam mundam & lutatam: sub qua pone capellum cum recipiente, & iterum fac destillare, & cum aqua erit in recipiente, iterũ pone in bocia in qua remansit Mercurius, & hoc reiterabis vsq; ad Mercurij rubificationem, & rubefacto Mercurio, accipe ipsum, & ablue in aquis cordialibus, vt borraginis & melissæ & huiusmodi, sed primo ablue ipsum multoties in aqua fontis, vel putei destillata, quem Mercurium dabis ægrotis ad comedendum isto modo.

Si corpus fuerit robustissimum, da x. gr. Si mediocre, da viij. Si debile, iiij. Si puerile, fac tu considerationem bonam. Sed aduerte quod miscere eũ debes cum theriaca, postea dabis infirmo venenato, & hydropico, & pestilenti, vel alia infirmitate detento. Et plus, si sanus annuatim, vel triennio, vt opus fuerit, hoc præcipitato vtetur, cum prudenti humorum digestione, hoc est, præparatione purgationis, non infirmabitur.

Nota quod loco Mercurij potes vti amalgama, facto ex sex partibus arg. viui, & ex vna parte auri, & sic facies maiora mirabilia. Et aduerte quod potes curare vulnera cum primo vel secundo precipitato, quo vtere sic. Pone de ipso circa vulnera & intus. Lauda qui fecit totum, quia hoc est magnũ secretum. Et scias quod in 4. destillationib. hoc facies, quo facto, pone in bocia munda in igne, vt spiritus quantum potest recedant, deinde fac vt supra.

Modus

Modus conficiendi pulueris rubei, id est, præcipitati, siue argenti viui calcinati, ex Mariano. ℞ aquæ, qua argentarij separant aurũ ab argento ℥ vj. argenti viui ℥ iiij. misceantur simul in alembico vitreo, quod benè illutabis. Habet enim alembicũ bociam, quæ illutanda est, (in qua ponuntur elambicanda) & capellum & recipientem, cuius forma talis est. Sed A. id est, bocia est illutanda. Punctus dicitur capellum. B. recipiens. Sic ordinato alembicum. In fornace, A. vndiq; argilla prȩmunitum, ponito, & destilla igne (qui paulatim augeatur) temperato, donec tota defluxerit aqua: inde frangas phialam, &c. Aqua verò, quæ separat aurum ab argento, fit hoc modo. ℞ salis nitri, aluminis rochæ, ana ℔. ij. misceantur in mortario molendo cum pistillo tã diu donec benè misceantur. Quo facto, puluis grosso modo factus, ponatur in bocia, quæ illius pulueris capax sit, & illutata. Verumetiã orificia omnia illutabis, ne aqua exhalet, sicq; destillando aquam extrahes, qua rectè vti poteris. Signum autem suæ bonitatis est, quod quando de ipsa parum in terram ceciderit, statim ipsam ebullire videas. Sic habes modum pulueris & aquæ conficiendæ, quæ est



tantæ virtutis, quantum nemo existimabit. Hic puluis, intra corpus sumendus, præparatur etiã à Matthæolo: sumit autem aquæ fortis partes quatuor, Mercurij partem j ſ. & nõ cum capello, sed in retorta parat, &c.

Mercurius sublimatus à Gallo empirico. Recipe argenti viui. ℔. j. extingue in aceto forti, vitrioli exiccati & puri ℔. ij. salis communis albissimi ℔. iij. postea ponatur in cucurbitam vitream benè lutatam, cum suo recipiente, vt supra lutata iunctura, & da sibi ignem per horas sex, semper augendo, frange postea cucurbitam & habebis optimum sublimatum.

Argentum viuum è plumbo ita extrahitur ab eodem. ℞. plumbi minutissimè incisi ℔. x. salis nitri, tartari calcinati ana ℥ xij. simul ponantur in vas terreum deuitreatum, postea dissoluantur in aqua vitæ, collocentur in calidiore loco totius hypocausti, per quatuor vel sex dies, & habebis ℔. vij. argenti viui.

Mercurius crudus, in aquam fortem inijcitur, sic totum illud redigitur ad formã olei ferè, hoc curantur polypi, caro putrida, &c. quod si autem malum interius in ore fuerit, præstat vnguentum Aegyptiacum.

Præcipitati cum auro, hic vtendi modus est, & hęc dosis, ex literis ad Gef. Dedi aliquoties huius pulueris grana hordei quatuor, cum conserua rosacea, hora quarta vespertina, ita

na, ita vt nihil aſſumeretur in craſtinum vſq; de cibo. Vſus huius in affectu durante bienniũ, trienniũ aut amplius, fœliciter ſe monſtrat. Quibus autem affectibus conferre videatur, hoc meum eſt iudicium, quod πολύχρηστον ſit.

DE OLEIS.

1. DE OLEIS IN GENERE.
2. DE BALSAMELAEIS, ET OLEIS COMPOSITIS.
3. DE OLEIS E PLANTIS, LIGNIS AROMATIBVS, RESINIS, &c.
4. DE OLEIS EX ANIMALIBVS.
5. DE OLEIS EX METALLICIS.

DE OLEIS QVAEDAM *in genere.*

NON minus humana natura, ad ſui conſeruationem oleis indiget, quàm aquis. Quum etenim corũ quæ poſsidemus, quædam ſanis tantum ad conſeruandam nimirum corporis valetudinem maximè cõducant, vt ea quibus alimur, veſtimur, calceamur, & in quibus habitamus, quædam verò ægrotantibus: alia verò ſint eiuſmodi, quæ vtriſque ex vſu ſint, bene videlicet valentibus & ægrotantibus: oleum ipſum, Galeno etiam teſte, eſt eiuſmodi, quod tum ſanis, tum ægris ex æquo, & intra corpus exhibendo, & forinſecus adhibendo, vtile eſt. Nam inter ea medicamenta, quæ externis partibus admouẽtur,

non infimum locum tenent olea, tum simplicia, tum composita. Et horum quidem vsus est frequentissimus, ita vt illis solis vtamur aliquando, sæpius autem ad vnguentorum, ceratorum, emplastrorum etiam confectionem vsurpemus. Sunt autem olea & vnguenta, non tantùm consistentia, sed etiam viribus tam propinqua, vt sæpe olea vocentur vnguenta à Dioscoride, quale est vnguen tum nardinum, mastichinum, & consimilia, quæ olea potius quàm vnguenta dixeris. Cæterũ oleorum multiplicia sunt genera. Oleũ enim simpliciter & propriissimè Galeno dicitur, quod ex maturis oliuis est expressum, omnis ferè excedentis qualitatis expers. Ob id non solum ad multorum medicamentorũ compositionem vtilissimum, quòd eorũ quibus permiscetur facultates facilè suscipiat, sed etiã per se ac solum intra corpus, ad quorundam morborum curationem exhibeatur. Nonnunquam ex immaturis oliuis exprimitur, quod Omphacinum appellant, & ὠμοτριβὲς, refrigerandi & astringendi facultate præditum, quod iam aliorum medicamentorum materia, vt dulce, esse non potest. Hæc duo olea, propriè & verè sunt olea nuncupata. Reliqua verò, de quibus hoc libro instituimus sermonem (oleum enim hic nobis dicitur, quicunque succus oleaginus & pinguis) p quandam similitudinem olea dicuntur: quales sunt succi oleaginosi & fluxiles, expressi,

destil-

destillati, aut quocunque alio modo facti ex fructibus, seminibus tritis, vt amygdalis, nucibus auellanis, nuce Indica, balano myrepsica, semine sinapi, lini, ricini, & similibus.

Fiunt autem huiusmodi olea multis modis: quædam enim expressione, alia verò impressione, vt vocat Mesue, quando nimirum simplicia medicamenta in oleo communi incocta, macerata, insolata, suas vires in oleo relinquunt. Quædam verò fiunt resolutione Chymistica, vt cum id quod oleosum in singulis partibus, per destillationem resoluitur vi ignis. Et hæc quidem olea vehementissima sunt in agendo, & tenuissima. Potest autem ignis beneficio, fermè ex omnibus oleosi quid elici, ex aliis tamē largiori, ex aliis pauciori copia: quib⁹ hoc est peculiare inter reliqua, qđ essentiæ tenuitate admirabili, quā ab igne acceperunt, celerrimè in partes profundas penetrant, & vires suas citissimè exerunt, qualia sunt olea, quæ Alchymistis ex sulfure, vitriolo, lateribus & consimilibus educūtur. Habent enim hæc omnia vires maiores, quā illa, à quibus extrahuntur.

Eliciuntur autem hæc olea per destillationem, in arena potissimum, ita vt tusa aromata, aut semina, iniiciantur trita, in cucurbitam vitream luto intectam optimè: vna autem vice, ad ℥ iij. iniiciantur, secundum capacitatem cucurbitæ, infundantur deinde circiter ℔. vj. aquæ clarissimæ, ac misceto dili-

gentet. Pone deinde cucurbitam in capel-
lam aptam fornaci, & arena imple, vt non at
tingat fundum, ſed interſit arena. Cucurbitæ
impone alembicum vitreum, cuius roſtrum
deſinat in ſtanneam vel ferream fiſtulam,
(ſtanno) intus & foris illitam. Ea fiſtula
tranſeat in obliquum per vas, quod habet in
ſe aquam frigidam, vt inter deſtillandum va-
por egrediens cum oleo, refrigeretur, claude
iuncturas accuratè, madefacta papyro vel lin
teo, & ſuppone exceptorium. Poſtea accende
ignem lentum, & vide ne nimium ſurgat, &
ebulliat in alembicum, quod in cucurbita con
tinetur. Semina enim quædã vt aniſum, pro-
pter raritatem ſubſtantiæ ſuæ, ſimulq́; viſco-
ſum quod habent, largiter ebulliunt, ideò non
ſtatim alembicum imponere debemus: ſed
poſteaquam bullas excitari videris, & vapo-
rem ſurſum ferri: depone alembicum, & im-
miſſo baccillo agita, ita reſoluetur in vaporẽ
ſpuma quæ poſtea mediocri igne moderari,
compeſci & exiccari poteſt. Quo facto impo
ne rurſus alembicum, & circumlutato ſatis ac
deſtilla ſine ceſſatione, donec conieceris nul-
lum amplius intus contineri oleum: quod vi
ſu & guſtu ſtatim percipies: nam cum guſtu
deſtillantes guttæ, non amplius reſipient inie
cti aromatis ſaporem, deſiſtendum eſt, ne aro
ma fundo cucurbitæ inhæreat, & exuratur.
Deinde ſegrega contentum in deſtillata aqua
oleum, optimè, vt inferius dicetur. Porrò no-
tandum

tandum est, quædam ex his oleis, aquæ innatare, quædam fundum petere. Innatant piperis nigri, & recentis cardamomi, & anisi: fundum petunt, cinnamomi, macis, & caryophyllorum, &c. Aqua cinnamomi & anisi cum destillantur, lacteum habent colorem, & lacteum hoc paulatim in oleum conuertitur. Hactenus Cordus.

Rursus est intelligendum, duo præcipuè in extrahendis oleis requiri: primum, vt materia copiosa aqua perfundatur, vt ea tanquã vehiculo ad superiora feratur, minusq́ adurатur, aut consumatur. Deinde vt vel capitellum, vel tubus, vel nasus, continuè aqua frigidissima refrigeretur. Quæ duo hunc vsum præstant, ne olei spiritus, qui subtilissimi & calidissimi sunt, quiq́ quàmprimum capitellum inflammant; reprimantur & in oleum abeant.

DE OLEORVM DESTILLATIONE per vesicam vocatum instrumentum.



PRimo fiat vas figulinũ, crassitudine digiti, vt firmius sit, ouali figura, oui supra medium paulo secti, hoc modo, capax pro arbitrio;

ſed quoniam pro duabus libris ſpecierum, ℔. aquæ xx. poni debent (& vas æreum replendum eſt ita, vt tertia pars vel paulò minus ſit vacua) prout hac quantitate, quæ mediocris videtur, plus minúsue deſtillare volueris, vaſis figulini magnitudinem facito: in cuius fundo arena ponatur ad duos digitos vel vnum, & circumquaq; pro oleis ex aromatibus ac ſeminibus: pro herbis verò non opus eſt.

2. Parato vaſe ex terra electa, purgata, optimeq; ſubacta, ſiccata, &c. vt ſolent figuli (vix autem ante tres ſeptimanas fiet) pro eius circumferentia fornacem extrues ex lateribus, (nam figulinum dum aſſatur, contrahitur multum, proinde id prius eſt faciendum) baſim altam habentem: foramine ſit rotundo, cum craticula, ſupra quam per dimidium pedem ſint duæ virgæ ferreæ tranſuerſę parum diſtantes, quibus imponatur figulinum, & fornax ſupra fundum figulini, hoc eſt, ſupra virgas ferrras emineat, pedem vnum, cum dimidio, paulò minus.

3. Figulino impone vas æreum amplum, pro quantitate aquæ: (nempe pro ℔.ij. ſpecierum, ponantur aquæ fontanæ ℔. xx.) ita vt vndiquaq; ſeſqui digiti vacuitas ſit replenda arena. Hoc vas cum capitello, dimidio pede eminebit forte.

4. Capitellum eſto rotundum ſupra, non acuminatum, vt vapor non recidat deorſum:

neq;

neq; aqua capitellum refrigeretur, neq; limbum habeat vllum. Sic vapor omnis mox in canalem abibit. Si capitellum refrigeretur, nimis citò densantur vapores, & recidunt etiã: vel etiam aliter improbatur hoc, in oleis hoc modo destillandis. Dispiciendum autem quæ nasi curuitas esse debeat, prò situ & spacio loci, vt canalis ei commissus, transmitti per dolium commodè queat, &c.

5. Canalis sit longus, sex non benè pedes, transeatq; per aquam frigidam.

6. Ignis primũ mausculus fiat: deinde paulatim remissus, in æquali vigore seruetur. Oleum simul cum aqua & phlegmate transibit, &c. aliud subsidit aquæ, aliud innatat. Separetur oleum. Tum rursus aqua destilletur, & quod primum fluxerit, erit suauissima aqua, reliquum phlegma. Destillatio perfici octo horis potest, hæc Ges.

INSTRVMENTVM APTISSImum, *pro extrahendis oleis è radicibus, herbis, seminibus, aromatibus, &c.*

A. Vesica continens materiam.

B. Venter hic collo adhæret, vt commodius collum, amplo vesicæ ori accommodetur, quod commodè collum non admisisset, nisi hoc intermedio.

C. Collum oblongum, vt minus citò incale-



ſcat capitellum
D. Capitellum.
E. Vas circundãs capitellum, in quod continuè aqua frigida illabitur.
F. Recipiens oblongum.
G. Epiſtomium, aquam calefa-ctam educens.

Hanc fornacis figuram, accepi nuper à D. Felici Platero Medico Baſilienſi.

DE OLEORVM EXTRACTIOne *per deſtillationem aquæ bullientis.*

ACcipe ollam ex cupro factam, decem aut quindecim menſuras capientem, eã imple vino aut aqua, aut mixto ex vtroq́; vt tertia tantum pars vacua relinquatur. Aquæ impone rem tuam, extrahendis oleis aptam, craſſiuſculè puluériſatam, & ſtet in infuſione horis tribus, quatuor, aut etiam ſex. Deinde ollæ ſuppone alembicum, perlute-

tur

tur optimè, fac aquam fortiſſimè bullire, tūc cum vapore aquæ, aſcendunt ſpiritus oleaginoſi, qui per fiſtulam, per aquam frigidam tranſeuntem, deſcendunt in vitreum recipiens, & vertuntur in oleum, quod deinde in furno digeſtionis, ſeparabis ab aqua, cum cochleari argenteo. Ad hunc modum, poteris extrahere oleum è nuce moſchata, macere, aniſo, fœniculo, cinnamomo, caryophyllis, baccis iuniperi, & alijs. Furnus digeſtionis eſt vas, in quod infunditur aqua & oleum ſimul, in loco temperatè calido, vt ſeparētur ab inuicem. Quomodo autem ſeparatio fieri debeat, mox dicetur.

MODVS EXTRAHENDI OLEA *per torcular.*


ACcipe torcular, cuius vtraque latera, lamina ſint obducta, quæ calida ſit ſatis; non tamen ignita: inter latera comprimatur res quælibet, ex qua oleum eſt extrahendum, impoſita in panno lineo, raro, & prodibit oleum Quod ſi res fuerit ſiccior & aridior, humectetur, affuſo tantillo aquæ vitæ optimæ. Oportet autem res omnes, craſſomodo prius eſſe contuſas.

Aliter parat huiuſmodi olea quidam Princeps: Accipit flores camomillæ, aut alterius herbæ adhuc recentis & viridis, incidit, & decoquit in oleo: vbi refrigeratum fuerit, expri

mis, & recētibus aliјs floribus ſuperaffundit, ac tandem ad ſolem reponit.

QVO INGENIO OLEVM *quod inter deſtillandum ſimul cum aqua effluxit, ſit ſeparandum.*

SEparatio olei ab aqua fieri poteſt, aut cochleari, præſertim ſi oleū in ſuperficie





aquę natauerit: aut quod magis induſtrium eſt, parato ad id peculiari inſtrumento, quale eſt hoc appoſitum, quod in fundo foramen habeat cera obturatum: aut vaſe habente tres fiſtulas, imam, mediam, ſupremam. Fuſius hæc docet Beſſonus in lib. de Extrah. oleis, ad hunc modum. Primo, inquit, da operam vt receptorium fundo ſit aliquantulum acuminato, & prætereа inſtar puncti perforato, pluribus clauiculi ictibus. Hoc demum foramen tempore deſtillationis cera tractabili diligenter obturatur. Deinde aqua & oleo deſtillatis, ac ijs in refrigerato aere aliquandiu ſeruaris, obſerua accuratius in receptorio perſpicuo, quem locum occupet oleum in aqua. Hoc autem cernes ex

diuerſi-

diuersitate coloris. Quod si imum occupat, ablata cera è receptorij foramine, præsto exibit oleum in admotam phialam, & aqua residebit, si libeat eam seruare occludendo foramen. Sin autem supremum teneat, patefacto rursum foramine, exhaurietur sensim tota aqua in vas subiectum, & reseruabitur oleum in fundo receptorij, nisi fortè per imprudentiam, ipsum effundatur citius in vas subiectum, quàm in phialam adhibitam. At si oleum cum aqua vehente in nubes confundatur, percolabitur tota aqua per lineum pannum in aere, dico, frigido, & destillatione refrigerata: tum demum omne oleum sic coactum in panno residebit, quod postmodum cultello facilè colliges, indeq; in phialam conijcies, per quam tandem, si opus est, in subtilem liquorem resolues, vel minimo calore, &c.

DE RECTIFICANDIS *oleis è lachrymis, lignis, seminibus, atque etiam balsami.*

OLeum quod semel vi ignis extractum est, siquidem rectificandum sit, infundendum erit in aliam cornutam mundam, & lentissimo igne, in cineribus destillandum, qua destillatione perfecta, habebis oleum

purissimum, penetrãs, & in profundum subingrediens.

Nota, quod è cinnamomi libris ij. vix colligitur ℥ i. E lib. duabus caryophyllorum, ℥ ij. vel j. ſ. E fœniculi semine, ℥ ij. E nuce moschata vnciæ forte iij.

DE OLEORVM *vsu.*

MVltiplex oleorum destillatorum vsus est, vt patebit inferius. Sed & sic commodè vsurpantur. Saccharum dissoluatur in aqua violarum aut rosarum, aut cinnamomi, aut alterius aromatis, & eo dissoluto affundatur vna aut altera gutta olei, cuius quæritur vsus, & fingantur tabellata.

DE BALSAMO, ET BALSAMEO *laeis destillatis, & paucis non destillatis, & alijs oleis compositis, Balsamum artificiale referentibus.*

QVid Balsamum verum, & vtrum etiã hodie nobis cognitũ, parte huius operis priore, capitulo proprio dictum est. Nobis hoc loco de artificiali sermo est, quod imitatione quadam Balsami veri à veteribus est inuentum. Etenim cum animaduerterent, ab impostoribus nunc hos, nunc illos liquores, qui tamen neq; substantia neq; facultatibus vllo modo vero Balsamo responderent,

derent, vendi, hominibúsque obtrudi: coacti sunt, ne tanto thesauro diutius, magno cum dispendio, carendum esset, in eam cogitationem incumbere, qua liquorem, huic pretioso, quàm simillimum, substituerent. Quod vt commodius prçstarent, generalem quandam ceu ideam, qualitatum & facultatum veri & naturalis Balsami, ob oculos posuerunt. Itaq; cum natura Balsamũ sit calidissimum, penetrãs & exiccandi facultate non mediocri præditum, ideoque etiam à corruptione aut putredine corpora inuncta, quàm diutissimè conseruare possit, & senectutem arcere: selegerunt eiusmodi medicamenta simplicia, quæ easdem intentiones simul mixta præstarent. Eius generis sunt, quæ præ cæteris primum locum tenent, myrrha, thus, & aloe. In secundo ordine terebinthina est, & aqua vitæ. Tertium gradũ occupant, gummi hederæ, galbanum, storax, liquida, lignum aloes, &c. Sed nec à proposito aliena sunt, galanga, nux moschata, caryophylli, & multa eius generis alia. His omnibus in vnum collectis, artificiosa accedente coniectura, factum est, vt iusta proportione omnia commixta, chymistica arte, oleum extraxerint, facultatibus, & consistentia, vero Balsamo quã simillimum. Hæc ferè è libro Italico Leonhart. Fierauanti. In conficiendo autem Balsamo artificiali, vtile est, vt terebinthina per se cum essentia (vini) destilletur in balneo:

deinde reliquæ species dissoluantur in essentia, & cum superiori oleo terebinthinæ per balneum rursus destillentur. In cinere enim, etiam leuissimo igne ascendit oleum crassum quod introsumptum, nihil valet.

Si balsamum verum aut bonum, à malo secernere volueris, inquit in secretis Fallopius, proijce balsamum aut instilla in aquam limpidam, & cum bacculo agitato: quod si aqua turbatur, non bonũ: sin verò clara manserit, perfectum est, & sese colligit semper in vnum locum.

Notandum autem, quod ex tribus libris terebinthinæ admixto salis M.j. & essentiæ vini parum, destillantur olei terebinthinæ in balneo Mariæ, vnciæ quatuor cum dimidia. Possunt tamen prius per aliquot dies, in putrefactione stare. Præterea, quod terebinthina plus olei de se dat, si per cannã destilletur, quàm per bullientem aquam, Incertus.

Balsamum arte factum, laudatissimũ, Leonh. Fierauanti Medici, lib. Capricciorum 2. cap. 3. ℞ terebinthinæ finissimæ ℔.j. olei laurini ℥ iiij. galbani ℥ tres, gummi Arabici, ℥ iiij. thuris, myrrhæ, gummi hederæ, ligni aloës ana ℥ iij. galangæ, caryophyllorum, consolidæ minoris, nucis moschatæ, cinnamomi, zedoariæ, zingiberis, dictamni albi, singul. vnciam j. musci, ambræ, ana drachmam j. contundantur omnia simul, & retortæ imponantur, quibus adde, aquæ vitæ optimæ

optimæ ℔.vj. In aqua vitę madefiat pannus, qui accensus imponatur retortæ, vt aqua ardeat, cõmiscendo materiam, sicq; relinquantur omnia in infusione nouem diebus, ac tandem in cineribus fiat destillatio: ita destillabit aqua candida, vnà cum oleo, semper procedendo cum igne lento, donec colorem olei mutatum animaduerteris ad nigredinem quandam. Quo viso, mutetur recipiens, & adaucto igne, destillatio perficiatur. Finita destillatione, aqua ab oleo separanda, & singula seorsim seruanda, id quod etiam de prima aqua est intelligendum. Aqua prima candida, vocatur aqua balsami, & oleum primum separatum, dicitur oleum balsami. Secunda aqua nigricans, vocatur mater balsami, liquor vero separatus ab aqua nigra, est id quod balsamum artificiosum vocãt, quod ceu pretiosissimum, est diligenter custodiendum. Prima aqua clarificat oculos & visum cõseruat. Facies lota ea aqua, reddit eam pulchram & conseruat iuuentutem, calculos renum rumpit, vrinam propter carnositatem impeditam, mouet: omnis generis vulnera, partium qualiumcunque sanat mirabiliter, si ea lauentur, & plumaceoli in eadem madefiant, & imponantur. Hecticis, catarrhosis, tussientibus subuenit: dolorem ischiaticum aufert subitò fomentata. Altera aqua mater balsami dicta, scabiem sanat facillimè: idem facit in tinea, lepra, & omnibus vlceribus,

modo ſine corroſione ſint. Oleum balſami, infinitis morbis occurrit, in primis capitis vulneribus, cum oſſium læſione & membranarum, idoneum eſt. Mirabiliter pleuriticis prodeſt, ſi cum aqua bibatur ʒ j. pro vice. Balſamum verò ipſum miraculũ eſt huius mundi. Dolorum iliorum, pondere duarum ʒ ſumptum, ſubitò leuat: tuſſi, catarrho, capitis refrigerationi, & ſtomachi, vulneribus capitis, ſemel in die perũcto toto capite, prodeſt, penetrat enim facilè etiam ad partes longius remotas. Tumores corporis omnes diſſoluit: Quartanam curat, vnctione totius corporis, ita vt nulla pars intacta relinquatur. Infirmitates omnes tum calidas, tum frigidas, proprietate quadam occulta, ſanat, quod ipſe expertus, atteſtari poſſum.

Modus deſtillandi balſamum artificiale D. Ioh. Mag. Primo omnium deſtillentur reſinæ terebinthinæ ℔. xiij. cum aqua ardente rectificata, & excipiatur illud oleum, quod per balneum aſcendit, nempe clariſſimũ, tenuiſſimum, & leuiſſimum. Huius olei ℞ ℔ j. & quartarium vnum, florum borraginis, roſarum, bugloſſæ, ſtœchados arabicæ, ſpicæ hortulanæ, roriſmarini, lauendulæ, chamomillæ ana P. j. ſem. aniſi, baſiliconis, pæoniæ ana ʒ ſ. radicũ angelicæ, enulæ, phu, ireos acori veri, dictamni, glycyrrhizę, pæonię, ſpicæ, ana ʒ j. corticis citri, arantiorum, ana ℈ ij.

herbarum

herbarum ſaluiæ, maioranæ, laudendulæ, roriſmarini, hyſſopi, mentæ, betonicæ, foliorum lauri ana P. j. Hæc omnia contundantur & incidantur ſecundum artem, proijciantur in bociam vitream perlutatam, aut bociam cupream, vnà cum deſtillato iam terebinthinæ oleo, hisq; omnibus affunde aquam aniſi, aut caryophyllorum, aut poſtremam illam in cinnamomi deſtillatione, ita vt repleatur quaſi bocia. Deinde huic capitellum impone, & iuncturam luto obline. Tum excitato igne fiat deſtillatio eo modo, quo aniſum, aut aqua cinnamomi, tranſeunte canali per aquam, deſtillatur. Quo facto, hoc eſt, vbi aqua aſcenderit, auferantur fæces herbarum, florum, & radicum, & denuo in bociam immittatur ſtyracis liquidæ quartarius vnus, eique affunde, quicquid proxima deſtillatione extraxeris, & rurſus deſtilletur, vt prius. Quòd ſi aqua prioris deſtillationis, in quantitate fuerit imminuta, plus erit affundendum. Vbi iam ſecundo ita deſtillatio fuerit peracta, bocia rurſus mundetur, & imponantur, ſtoracis, calamitæ, myrrhæ ana vnciæ ij. maſticis, thuris, aſſæ dulcis ana vncia j. ſ. quibus pulueriƶatis & impoſitis, affundatur iam deſtillatum oleum & aqua. Si non ſufficiant, adde aquam, vt ſupra, donec ſatis videbitur, & fiat deſtillatio vt ſupra de herbis dictum. Quo facto, auferantur quæ in bociæ fundo fuerint, &

& sequentia in locum reponantur. Notandum tamen hoc obiter, quod nonnulli styracem liquidam simul cum gummis iam dictis commiscent, vt peculiari destillatione non sit opus. Sunt autem hæ species, accipe zingiberis, zedoariæ, galangæ, sing. ℥ ij. rhabarbari ℥ ß. gentianæ, cubebarum ana ℥ j. ß. croci ℥ ß. cinnamomi ℥ j. nucis myristicæ, macis, caryophyllorum ana ℥ vj. calami odorati ℥ ß. puluerizentur aromata hæc, & cucurbitæ imponantur vna cum oleo & aqua postremæ separationis, & destillentur vt prima vice. Quo sic peracto, separa oleum ab aqua, & serua oleum balsami artificialis in vitro quo vteris, vt sequitur. Potest in postrema hac destillatione nodulus fieri ex sequentibus speciebus, & simul destillari, vt odor ei concilietur suauior. ℞ musci in aqua rosarum dissoluti gr. v. camphoræ gr. ij. cinnamomi, caryophyllorum ana ℈ j. misce vt dictum est. Quater repetita est huius balsami destillatio. primo cum herbis tantum, secundo cum styrace liquida, tertio cum gummis, quarto cum aromatibus. Vim habet confortandi omnes neruosas & exangues partes, quales sunt, stomachus, intestina, vesica, vterus. Peculiariter stranguriæ admodum confert & calculosis, si de eo octo vel decem guttæ, in aqua filicis, aut vino, bibantur. Omnes internas oppilationes aperit, sanitatem præsentem tuetur in statu, qualibet septimana bis, mane aliquot guttæ,

guttæ, in brodio ſumptæ, &c. Breuis huius deſtillationis recapitulatio. Accepit ℔.j. olei terebinthinæ, & addidit ſpecies herbarum florum, ſeminum, & radicum ſuperiorum, & miſcuit omnia in vitro lutato, & addidit ℔.v. (aquæ) caryophyllorum & ſimul deſtillauit per cannam. Altero die accepit ſtyracem liquidam & alia gummata, & rurſus deſtillauit, & hæc deſtillatio, difficilis eſt, facilè enim ebullit, ideò carbones ſunt ſubtrahendi, quando venerit ad ebullitionem. Tertio die deſtillauit aromaticas ſpecies cum balſamo per cannam, &c. & ſic habuit præparatum balſamum.

Balſamum G. à Flee. Terebinthinæ bonæ & claræ ℔. j. olei laurini ℥ ij. & ſimul iſta duo miſce, thuris albi maſculi, ligni aloes boni ana ℥ ij. maſticis ℥ ſ. myrrhæ, ladani, caſtorei ana ʒ ij. omnia iſta tere & cum ſupra ſcriptis miſce, & ſtent per dies triginta in oleo prædicto. Accipe præterea, galangæ, caryophyllorum, cinnamomi, nucis moſchatæ, zedoariæ, cubebarum ana ℥ ſ. diptamni, conſolidæ maioris ana ℥ ij. omnia iſta collige & pone in ℥ iiij. aquæ vitæ bonæ, & miſce, & ſic ſtent ſimul diebus quattuor, quibus expleris, omnia ſimul permiſce, & pone in alembico vitreo benè obturato, tum lento igne deſtilla. Primo ſequetur aqua, quæ dicitur aqua balſami. Poſtea exibit liquor citrinus in modum olei, quem cum videbis, remoue

ampullam aquæ balſami, & ſtatim appone aliam, & collige pretioſiſſimum liquorem in modum olei, qui dicitur mater Balſami. Poſtea deſtillabit liquor magnus, & tunc rurſus muta recipiens, & collige ſeorſim liquorem nigrum, & emittitur vna gutta per magna interualla, poſt aliam, & hic liquor eſt prioribus multo pretioſior. Serua hos tres liquores in ampullis vitreis benè obturatis cum cera, quæ cera tamen ex fortitudine virtutis eius, tandem efficitur mollis vt paſta. Secundus liquor eſt citrinus, qui eſt mater balſami. Tertius niger eſt, qui xylobalſamum dicitur, vt & primus, opobalſamum. Primus eſt bonus, melior eo eſt ſecundus, longè verò præſtantiſſimus eſt horum, tertius. Vidi paralyticũ, cui vna gutta poſita fuit in fronte, alia ſuper vmbilicum, & ſanatus fuit ſubitò. Alius paralyticus amiſit ſenſum brachij & pedis dextri, vnxit ſimul iuncturas, ſpatulas, cubitos, manum manchã, genu, collum, pectus, quolibet loco tres guttas cõſumendo, qui paucis poſt diebus è lecto ſurrexit, & ſanatus eſt. Monachus deferens trabem Papiæ ſtrinxit manum inter columnam & trabem, & ſtatim denigrata eſt manus vt carbo, cum intolerabili dolore & ſpaſmo, vbi hoc oleo matris balſami inunxiſſet, ceſſauit dolor: & mane & ſerò iterũ vnxit, & ſic eſt alba facta manus & reſtituta. Ego digitum incidi profundo ſatis vulnere, & hoc oleo ſanaui.

Aliud

Aliud balſamum in retorta deſtillandum, cùm facultatibus, tùm compoſitione, præcedenti haud multum diſſimile. ℞ terebinthinæ ℔.j.olei laurini ℥ ij.miſce, addendo galbanum, gummi elemi, gummi hederæ, thus, lignum aloes, item aromata varia ana ℨ ij. Vſus hoc balſamo eſt quidam nobilis habens manum retractã vt mouere non poſſet, illitis iuncturis & manu (panno calido cooperta) diebus 15.curatus eſt.

Alius habens duritiẽ in gula, vt non poſſet exire ſaliua ex ore, illito gutture hoc oleo, maximè dilatatũ fuit totum collum: & poſtridie illito loco læſo rurſus omnino fuit curatus.

Alius habens carbonẽ peſtiferũ in inguine illito hoc liquore, curatus eſt. Valet etiam ad eructationem ſtomachi & dolorem, ſpaſmũ, colicã, puncturas: aurium ſurditatẽ, inſtillando guttam j. mane & ſero: neruos cõtractos & omnes plagas: cancrũ, fiſtulas, cõtuſiones, peſtem, omne apoſtema durum reſoluit. Nota, memorię confert, ſi guttã ſincipiti illinas, cõtra paralyſim illinatur ſpina & iuncturæ.

Balſamum magiſtrale, incerti authoris. ℞ xyloaloes, maſticis, macis, galangæ, nucis moſchatæ, ſpicæ nardi, zingiberis, cinnamomi, cardamomi, cubebarum, caryophyllorũ, zedoariæ, gummi arabici, ſantali muſcellini, thuris, croci, olibani, ana ℨ ij. Hæc omnia conquaſſentur ſubtiliter & ſubigantur cum aquis terebinthinæ & mellis, videlicet.

℞ terebinthinæ, mellis ana ℔. ſ. deſtillentur ſimul ſeorſim, ſine ſpecierum commixtione. ℞ aquæ vitæ ſemel rectificatæ ℔. j. miſceatur cum confectione ſupra ſcripta, putrefiant in ſole, in vaſe benè ſigillató cum cera, diebus octo, vel ad placitum. Poſt fiat ſeparatio per alembicum, vt moris eſt, & prima aqua vocatur aqua balſami. Secunda oleum balſami. Tertia balſamū artificiale, & in fine aromatizetur cum muſcò & ambra, & ille modus plurimum placet, & tenendus in omni confectione balſami.

Mater balſami ſimplex. ℞ terebinthinæ optimæ ℔. iij. thuris maſculi, ligni aloes ana ℥ iij. caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, nucis moſchatæ, cubebarum, gummi elemi ana ℥ ij. piſtentur & incorporentur omnia hæc, & ponantur in alembico lutato, & ſtent in fermentatione per dies quinque, vel ſex, & poſtea deſtillentur in cineribus, primò lento igne, deinde augmentando, donec totum ſtillauerit, & hoc eſt, mater balſami prima. Pone igitur de ipſa matre balſami & de elixir vitæ tantundem in alembico, & iterum fermententur vt ſupra, poſtea in balneo Mariæ fiat deſtillatio, & primo deſtillabit aqua clariſſima, quæ vocatur mater balſami coniuncta ſeu compoſita.

Balſamum Romæ factum. ℞ terebinthinæ ℥ ſ. olibani ℥ vj, aloes ſucco citrini, maſticis, galangæ, cinnamomi, croci, nucis moſchatæ;

ſchatæ, caryophyllorum, cubebarũ ana ℥ j. gummi hederæ, ℥ ij. puluerisentur, & miſceantur cum terebinthina, & ponantur in alembico vitreo, & addantur camphoræ, ambræ griſeæ ana ʒ ij. & deſtillentur lento igne. Prima aqua eſt alba & clara, & vinum balſami, ſecunda crocea & vocatur oleum, tertia magis crocea, & eſt balſamum verum.

Deſcriptio quædã balſami ſeu aquæ Protomedici cuiuſdam, de qua plura prędicauit, & dedit ei titulum, Reuiuiſcens & iuueneſcere faciens. ℞ terebinthinæ ℔. j. mellis puri ℔. ſ. aquæ vitę ℔. ij ligni aloes benè triti, ſantalorum omnium ana ʒ iij. ſ. olibani, gummi hederæ, oſſis de corde cerui, zedoariæ, piperis longi, ana ʒ iij. gummi arabici ℥ j. nucis moſchatæ, galangæ, cubebarum, cinnamomi, carui, maſticis, caryophyllorum, ſpicæ nardi, croci, zingiberis, ana ʒ iij. ℈ j. moſchi fini pondus denarij, deſtillentur, vt lento primum igne elicias primam aquam, quæ clarà eſt, vt aqua fontis, ſecunda erit ignita vti carbo, & tum auge ignẽ, & tertia elicitur nigra.

Liquor Balſamites Iohan. Meſuæ, longè optimus & ad multa vtiliſſimus, recipit myrrhæ electæ, aloes hepatici, ſpicę nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, opobalſami, bdelij, carpobalſami, ammoniaci, ſarcocollę, croci, maſticis, gummi arabici, ſtyracis liquidę ana ʒ ij. (aliâs ʒ ij. ſ.) ladani electi, ſucci caſtorei ana ʒ ij. ſ. moſchi ʒ ſ. terebinthinæ opti-

mæ ad pondus omnium, puluerizanda puluerizentur, & omnia misceãtur cum terebinthina, reponanturq́ in furnibulo, seu destillatorio, quod alembicũ vocant, & illa ingeniosè ac lentò igne, vt decet, destillentur: liquorẽ autem per destillationem sublimatũ, vase vitreo forti excipe. Hic liquor proximè accedit ad verum succum balsami. Guido à Cauliaco quandoq; huic pretioso liquori, addebat herbas dicatas paralysi, & tum generosius atque efficacius multò (vt ipse testatur) experiebatur auxilium. Hoc liquore Mesue in paralysi solo, aliquando erat cõtentus, illinens eo ceruicem, totamq́ spinam dorsi, atq; etiam affectam ipsam particulã. Confert namq; hoc pacto mirificè roborandis membranis medullã spinalem obuoluentibus, substantiæ spiritali, qua viuimus, neruis quoq; & ossibus. Proinde paralysi, omnibus neruorũ ęgritudinibus, cordis palpitationi & tremori, atq; etiã manifestæ lassitudini, mirè & supra humanã opinionem prodest. Adde quod nullum medicamentum eo præstantius inueniri potest, vbi cor celeri festinàue eget refectione ac refocillatione, si saltem ipsi Mesuæ credimus.

Oleum Philosophorũ è terebinthina & cera: est autem balsamũ quoddã occultũ, infinitis præditũ facultatibus, superans oẽs eius generis liquores, propterea quod conficitur ex duobus simplicibus quæ corruptioni minus sunt obnoxia, ex Capricc. Leonh. Fierauanti. Recipit autẽ terebinthinæ claræ Abiegnæ, ℥

xviij, ceræ flauæ odoriferæ, ℥ xij. cinerũ vitis, ℥ vj. ponantur singula in retortã lutatam, destillẽtur in cineribus, donec nihil amplius sequatur. Vbi destillatio fuerit finita, videbis ceram circa retortæ collum, & hoc ipsum signum est, finitæ destillationis. Quod destillarit, seruetur in vitro diligentissimè clauso. Qui vncti fuerint bis in mense hoc oleo, iuuentutem quàm diutissimè conseruabunt, omnia imposita à corruptione, aut putredine custodit. Vulnera qualiacũq;, ter quaterq; eo illita, sanat. Cui vrina fuerit retenta, ʒ ij. daræ per os, vrinam prouocant, & simili modo datur contra vermes, puncturas lateris, tussim, catarrhum, febres pestilentes, & similia.

Aqua seu balsamũ Hermetis, ex fine libelli Trotulæ de passionibus mulierum: recipit terebinthinæ tribus vicibus destillatæ: vltimo coniunctim, ℔. j. ligni aloes similiter tribus vicibus destillati, ℔. j. ambræ crudæ, ℔. j. nucis moschatæ tritæ super lapidem, ad modum liquidi vnguenti, cum eiusdem superaddito oleo, vt fiat vnum corpus. Et destilla nouem vicibus. Balsamum hoc conserua, quoniã est perfectum & sustinet omne iudiciũ ignis & aquæ: penetrat manum, vngendo faciem, iuuentutem conseruat, omnẽ incisionẽ consolidat, oculos mirè purificat: vngendo cum eo totum corpus, nunquam putrescere ferunt, nec vermes ipsum ascendere. Ego, inquit author, feci & probaui, & est verissimum.

Oleum balſami magiſtrale, ex diſpenſato-rio Medicorum collegij Florentini: recipit te-rebinthinæ ℔.j. olei veteris ℥ vj. olei lauri-ni ℥ iiij. ſpicæ nardi, cinnamomi ana ℥ ij. te-gularum recentium benè coctarum ℥ viij. tri-tis triturandis, per alembicum deſtilla. Vri-nam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui à flatu craſſo, paralyſi, ſpaſ-mo cynico, iſchiadi, gonagræ, & cæterarũ iun-cturarũ doloribus prodeſt, potum aut inun-ctum, ſed parua eius portio, aquæ affectui a-ptæ miſta, bibatur.

Oleum balſami Petri de Ebano. ℞ myr-rhæ, aloes, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, carpobalſami, bdellij, ammoniaci, ſarcocollæ, croci, maſti-ches, gummi arabici, ſtyracis liquidę ana ʒ ij. ladani, caſtorei ana ʒ ij. ſ. moſchi ʒ ſ. terebin-thinæ ad pondus omniũ, tritis conterendis, miſceantur omnia, & alembico deſtillentur, ſecundum artem. Eadem poteſt quæ & præ-ſcriptum, & efficacius.

Oleum Balſami optimũ, contra dolorē ex gutta tã frigida, quàm calida, vel alio accidē-te, immediate valet: recipit terebinthinæ ve-netæ partes duas, maſticis nouę partem vnã, opopanacis & corticum granatorum, ſingu-lor. modicum, & pone ad deſtillandum.

Balſamum ad podagram frigidam, vngen-do partes dolentes, poſt vniuerſalia, à quodã ſene Chymico, accipit ℔. iij. terebinthinæ, thuris,

thuris, masticis, myrrhæ, ladani ana ℥ j. destil la per retortam & oleum serua.

Balsamum cuiusdam Empirici, maximæ apud nos authoritatis, recipit terebinthinæ ℥ iiij. thuris ℥ ß. ligni aloes, ʒ ij. masticis caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, zedoariæ, nucis moschatæ, cubebarum ana ʒ ij. gummi elemi ℥ j. ß. Mira hoc balsamo præstitit, lepram à duobus depulit, intra & extra dando: & multos alios incurabiles morbos, vt cancrum & fistulas, & eiusdem generis.

Aliud cuiusdam Angli, quo curat vulnera linteo imposito, febres, ventriculũ infra costas tumentem, asthmaticos, phthisicos, tumores, præter hydropem. Contusiones sedat spasmum & paralysim ex frigore, moribundos data gutta recreat. Recipit autẽ terebinthinæ ℔. ij. myrrhæ electæ, castorei, masticis ana ℥ iij. olibani, aloes succocitrini ana ℥ iiij. radicum consolidæ minoris ℥ j. tormentillę. gummi hederæ, nucis Indicæ (quid si moschata pro ea) zedoariæ ana ℥ ß. cubebæ ʒ j. (destillentur) prius ad lentũ ignem, per biduum fortè macerata.

Aqua composita destillata iuuẽtutis, quæ est magnũ secretum in natura, & dicitur Medicina medicinarum, & cura omnium infirmitatum. ℞ ligni aloes, caryophyllorum, galangæ, cardamomi, cubebarum, granorum paradisi, rhabarbari electi, cinnamomi, nucis minoris (muscatæ) calami aromatici, macis

ana ℥ ij. omnia subtiliter terantur & cribellentur, deinde ℞ succi chelidonij ℔. j. succi saluiæ, bryoniæ, rutæ, betonicæ, mentæ, florum borraginis, & buglossi, succi fœniculi, ana ℔. ß. misce & pone omnia in alẽbico vitreo & destilla aquam. Et de illa aqua sume omni mane in die vnum cochlear in æstate, hyeme verò duo. Hæc enim aqua iuuenibus & senibus quibuscunque est vtilis, nam stomachum in virtute magna cõseruat, & bona virtute ducitur, si non est cerebro & hepati magna caliditas, & liberat ab hectica & ictericia, & hydrope: maximè conseruat & iuuat visum, & auditum confortat: valet contra venenum, & confortat omnia membra, sanguinem in bono colore & ab omni putrefactione præseruat, & destruit fœtorem anhelitus.

Balsamũ mirabilissimæ virtutis in tremoribus, paralysi, quam quidã maximus medicus tenuit pro maximo & pretioso secreto in abscondito cordis sui, sumit galbani, ℔. j. gummi hederæ, ℥ iij. minutim cõterantur & misceantur terendo simul, & mittãtur in bociã vitreatã, cũ suo alembico, & destillẽtur in balneo Mariæ: hoc destillatum cõmisce cum ℥ j. olei laurini, & terebinthinæ ℔. j. tunc destilletur, & separetur aqua ab oleo. Vsus est, vt collocetur patiẽs paralysim, contractionẽ spasmum & tremorem, resupinus, & infunde de hoc oleo calido temperatè in fundo vmbilici sui, & videbis mirabilissimã operatio-

nem,

nem, potius diuinam quam naturalem, & confert valde paralysi post colicam.

Oleum siue balsamum, cui non reperitur simile, contra tremorem & spasmum, torturā & stuporem. ℞ myrrhæ electæ, aloes hepatici, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumię, opopanacis, carpobalsami, croci, masticis, gummi arabici, storacis liquidæ, storacis rubræ ana ʒ ij.ſ. musci fini ʒ ſ. herbæ paralysis M. ij. terebinthinæ ad pondus omnium, puluerizentur & misceantur & destillentur ingeniosè, iuxta modum declarationis, est enim de elegantibus medicinis, qua spina, nucha, vngatur spasmosi, tremulosi, paralytici, stuporis, & torturæ.

Balsamum pretiosissimū ad paralysim & alia multa ex Leonello. ℞ ligni aloes lotones ij. opopanacis, resinæ pineæ, bdellij, galbani, myrrhæ, masticis, sarcocollæ ana lotonem j. olei benedicti, lotones num. iij. ladani lotones ij. carpobalsami, xylobalsami, opobalsami vel balsami artificialis ana lotonem j. olibani, daphnelæi, *sanguinis draconis, castorei, spicæ nardi, galangæ, cubebarū, maceris, cinnamomi, cardamomi, melicetorum, corticum citri ana lotonem j. olei de terebinthina ad pondus omniū, oliui veteris ℔ j.ſ. pisten tur gūmi subtiliter, deinde superfunde tantū vini adusti, vt alia obruat, aut obtegat, postea ponatur in balneū Mariæ per triduū ad digerendū, post reliq̄ adde. Puluerizāda pulueri-

ſentur, & addito oleo de terebinthina & oleo cõmuni, iterum digeratur in balneo Mariæ, vel in fimo equino per xiiij. dies, demum deſtilletur in cinere lento igne ſecundũ artem.

Aqua precioſa & mirabilis, quę valet in vulneribus, vlceribus & fiſtulis, & valet contra peſtẽ, & eius virtus eſt mirabilis, ſed hoc totũ debet deſtillari per alembicum vitreũ. Nam in tali deſtillatione reſultant tres liquores habentes diuerſos colores, & ſic quilibet diſtinctè debet colligi in ſuo vaſe. Et nota quod prima aqua valet contra peſtem, & debet potari tempore peſtilentiæ: confortat cerebrum per nares trahendo, deſtruit polypum & omne vitium narium, tangendo polypum cum dicta aqua. Si tempora, pulſus, tangantur cum aqua, & ſpina dorſi, in loco calido, curabitur. Si aliquis eſſet de aliquo loco lapſus, vngatur cum dicta aqua. Si quis haberet cerebrũ vel memoriam debilem, vngatur caput, parte anteriore raſa pluries, curabitur. Contra venena ſubitò potata deſtruit illa. Valet contra vulnera & vlcera. Contra paralyſim linguæ vel membrorum, ſi ſint apoſtemata vel cancremata, & contra omnem ægritudinem corporis. Secunda verò aqua quæ exibit, aſſimilatur oleo, & eſt oleum quo veraciter poſſumus vti loco balſami: nam ſi proijcies vnam guttam in aquam, iſta gutta vadit vſque ad fundum, & poteſt iterum colligi. Item ſi proijcias acum in dicto liquore, ſupernatabit acus.

acus. Itẽ coagulat lac, & habet omnes virtutes quæ videntur esse in balsamo. Tertia aqua potest dici balsamum, cuius virtutes sunt infinitæ. Bertapalia. ℞ olei de vico seu lachryma, quod idem est, (paulo post cap. 2. de vulneribus neruorum scilicet, videtur explicare quid sit oleum de vico. Glutamen inquit, albotim, debemus intelligere de lachryma, & non terebinthina, vt affirmauit Dynus, siue oleum vici quod idem est) ℔. ij. vel terebinthinæ loco lachrymæ, mellis despumati ℔. ij. aquæ vitis ardentis ℔. j. ligni aloes fini, santali moschati, macis, cubebarum, galangę, nucis moschatæ, caryophyllorum, spicæ nardi, masticis, zingiberis, cĩnamomi, croci, granorum paradisi ana ʒ iij. gummi Arabici ℥ iij. musci fini ʒ ſ.

Ad diuersos morbos oleum, Balsami virtute, à D. Gesnero, vt puto, descriptum. ℞ vini albi optimi mensuras ij. ſ. lactis recenter emulsi ℥ iij. mellis ℥ viij. radicis gentianæ ℥ viij. astrantiæ ℥ iij. angelicæ ℥ ij. baccarum lauri selectarum ℥ j. ſ. rutæ, iuniperi, rosar. rubrarum aridarum ana M. j. enulę campanę ℥ j caryophyllorum, corticum citri dulciũ, calami aromatici, cinnamomi, anisi, fœniculi, masticis, belzoini ana ℥ ſ. concisa & contrita macerentur in phiala vel phialis vitreis lutatis, per dies 7. vel 8. loco calido. Deinde destillentur cum alembico lutato, cucurbitæ pars tertia aut amplius vacua sit. Destillentur in

cineribus cribratis lento igne demum augeatur ignis. Puto tamen in alio vase seorsim, & primo vinum & lac simul destillãdo. Ex hac destillatione tres quoq; liquores colligũtur. Valebit hęc aqua contra venena, pestem, calculum, quartanam, quotidianam, ad sudorem mouendum, &c. ad asthma & viscerum obstructiones, ad omnes phlegmaticos, ad epilepsiam quoque & præseruandum ab apoplexia. Existimat idem, Balsamum hoc, pro conficienda theriaca, non incõmodè substitui posse.

Liquorem Balsamo parem, describit author Viatici noui, capite de Paralysi. ℞ thuris albissimi, masticis ana ℥ ß. ligni aloes ℥ j. caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, zedoariæ, nucis moschatæ, cubebarum ana ʒ vj. myrrhę, aloęs, ladani, sarcocollę, castorei an. ℥ ſ. baccarum lauri, nucleorum pini ana ℥ j. gummi elemi, opopanacis, belzoini an. ℥ ij, succorum iuæ, herbæ paralysis ana ℥ iij. terebinthinæ ad pondus omnium, destilla in vitro. Exibit primo aqua, secundo oleosum quid, tertio quasi mel.

Oleum Aristotelis compositũ, contra podagram calidã & frigidam, & contra incuruationes neruorũ, dummodo nerui non sint incisi, ex lib. manuscripto Italico. ℞ aquæ vitis ter destillatæ, succi betonicę ana ℥ iij. croci ℥ ij. succi arthemisię, succi ebuli, succi* capreolæ, aut caprellæ an. ℥ iiij. succi maluauisci ℥ viij.

viij. caryophyllorũ, carpobalſami, xylobalſami ana ℥ ij. ceruſæ, thuris, tartari, vini albi ana ℥ iij. vrinæ pueri, mellis boni ℥ viij. olei terebinthinæ, ℥ iij. olei ouorum ℥ iiij. olei sulfuris ℥ ij. olei lumbricorum ℥ vj. olei roriſmarini ℥ ſ. olei laurini ℥ iij. omnia deſtillentur per alembicum, & prima liberat à podagra calida, ſecunda à frigida, & omnem dolorem ſanat, in quacunq; corporis parte fuerit.

Oleum ſiue aqua, quæ virtutis dicitur, & potus iuuentutis, è lib. Germanico Michaelis Schrick. ℞ foliorum ſaluiæ quartaria iij. cinnamomi, cubebarũ, galangæ, piperis longi, aniſi, macis, nucis moſchatæ, zingiberis, granorum paradiſi, ana ℥ ſ. miſceantur ſingula, & commiſce de vino optimo ſexies tantum, quantum eſt de omnibus, in vaſe ſtanneo, & cooperi diligenter, ne quid euaporet, ſtent ita in loco calido diebus quatuordecim. Quibus peractis ſepara à ſpeciebus vinũ, per colatorium, & contunde ſpecies ſubtiliter, vt fiat inſtar pulmenti, & tum denuo cum prædicto vino coniunge, ac tandem deſtilla. Hęc aqua carnibus aut piſcib⁹ affuſa, à putredine cuſtodit: vino verò cõmixta, corrumpi id nõ ſinit, ſed clareſcit, & ſi iam corruptum fuerit, in integrum reſtituit. A ieiuno pota, conſumit apoſtemata & omnes internos morbos, & ſanat morbos quoq; externos, illita oculorũ quoſcunq; affectus emendat, vulnera illita, intra octiduũ vnit. Pota alacritatem, &

iuuentutem conseruat. Valet morbis capitis & appolexiæ. Hęc aqua comparari Balsamo potest, & supernatat cuiuis humori permixta, excepto oleo: admoto igne ardet. Faciei maculas curat, & pota lepram retardat.

Sublimatio quædam quasi Balsamum, in memoria excitāda, è Michaele Angelo Blondo de Memoria. Factis quę pręmittenda sunt circa ventris solutionem, contundito thuris, cubebarum, caryophyllorum, nucis moscatæ, galāgæ, baccarum iuniperi ana ℥ ſ. cinnamomi ℥ iij. castorei pinguis ℥ iij. costi, piperis longi ana ℥ j. & tritis omnibus admisceto aquæ vitæ opportunitatem. Hæc demum cuncta in vitreo vase suppones fimo, spacio dierū vndecim & vltra, dum libuerit: post tempus hoc, sublima hæc etiam in balneo Mariæ, & sublimationi addes, mellis anacardini vnciolas duas vel tres, & sublimato hæc cum melle, iterum in vitreo vase sepeliatur sub fimo per spacium duorum vel trium mensium, sed fimus iste singulis octo diebus mutetur, ne nimia caliditate discutiat vas ipsum, hoc tandem tempore sublimatio hęc erit perfecta ad acuendam memoriam. Vsus eius est huiusmodi, priusquam memoriam exercere volueris per diem vnum, illine tempora & occipitium, infunde & naribus guttam, demum deglutiess guttas aliquot mane, priusquam recitare volueris orationem, vel quouis modo exercere memoriam, nam hoc est præstantissi-

tiſſimum excitandæ memoriæ medicamentum.

Oleum ſanctum, quod ad diuerſos morbos eſt optimum, præcipuè verò valet contra omnem cancrum & fiſtulas, & omnes morbos antiquos, ex lib. manuſcripto ſecretorum. ℞ olei antiqui ℔ ij. vini albi antiqui, & optimi ℔. iiij. terebinthinæ claræ & optimæ ℔. j. ſeminis hypericonis ℔. ij. ʒ j. diptamni albi, tormentillę, gentianę an. ℥ j. omnia ſint pulueriſata, & ſimul mixta, pone in vaſe vitreo & bene obturato cum paſta, ne reſpiret, fac iſto modo bulliant. Ponatur vas dictũ in caldario aquæ pleno, & plena palea, & bulliant ſuauiter tantum, poſtea eleua ab igne, & cum infrigidatum fuerit, pone illud vas in cantharo pleno arena, & tale vas ſit circundatum & totum coopertum vſq; ad collum de dicta arena, & collocetur in loco vbi à Sole toto die percutiatur, ibiq; dimitte per dies 40. Poſtea è dicta arena remoueatur, & arenæ impone vas, ita & taliter, quòd ſol per octo dies totũ circũdare poſſit: ac deinceps cola per pannum lineum nouum, & exprime fortiter in torculari, poſtea oleum à vino ſepara, illudq; ſeorſim ſeruato. Fieri autem hęc deſtillatio debet menſe Iulio vel Auguſto. Valet hoc oleum cõtra fiſtulam & cancrum, ſi prius lauetur cum prædicto vino, & poſtea vngatur cũ dicto oleo, citò ſanabitur. Itemq; valet ad omnes ægritudines & dolores ner-

norum. Valet & guttæ sciaticæ & doloribus iuncturarum, & podagræ frigidæ. Et si fiat emplastrum ex eo & ammoniaco, dissoluit apostemata splenis, & duritiem eius, breui tempore: similiter ad omnia apostemata dura. Valet omnibus passionibus aurium ex causa frigida, vermes earundem interficit, & sanat sibilum & surditatem. Valet paralysi & torturę oris, si sæpius vngatur. Prouocat menstrua, si in matricem proijciatur, & educit embryonem viuum vel mortuum. Si de eo parum bibatur, dissoluit sanguinem coagulatum. Si syrupo rosato aliquid huius olei commisceatur, purgat pulmonem humoribus grossis & viscosis, & anhelosis. Valet mirabiliter ad omnes ægritudines oculorum, & maximè cataractas. Valet contra venena epotum: si de eo parum biberis extinguit venena. Contra quartanam & tertianam febrem, itidem vtile est, si ex eo vngatur dorsum & medulla spinalis iuxta ignem, in principio accessionis. Immediatè tollit spasmum vulnerum, si tepidè loco apponatur. Sanat omnia vulnera tam antiqua quàm recentia, melius ac verius vno die, quàm nulla alia in mense.

Linimentum, vt vocauit Michael Angelus Blondus libello de Memoria, quod virtute balsamo comparari potest. Cõmisceto, inquit, terebinthinæ electæ vnciolas triginta, olei laurini, vnciolas vj. demum contundito

gummi

gummi elemi, resinæ pini ana ℥ vj. sarcocollę ℥ ij. gummi hederæ, ammoniaci, bdelij, thuris, an. ℥ij. mastiches, aloes hepatici, castorei, ladani, an. ℥ j. galbani ℥ vj. xyloaloes vnciolã cum dimidia, cinnamomi, caryophyllorum, nucis moschatę, macis, zingiberis, piperis, galangæ, granorum paradisi, cubebarum, zedoariæ, ana vnciolam, xylobalsami, carpobalsami, tormentillæ, diptamni albi, matrisyluæ, chelidonij, vtriusq; consolidæ, ana vnciolam cum dimidia, & tritis omnibus cõmisce, addendo aquæ vitę in vnam formam & corpus reducendo, & sic relinquantur tribus diebus, verũ die quarto, addes terebinthinam, oleũ, & resinam, & alia ex gummis quæ teri non possunt, tandem sublimato hæc in vitreo vase secundũ artem, lento supposito, sed continuo igne: & quoniam tres species succorum inde sublimãtur, propterea cum primus apparuerit, qui subcroceus erit, alter verò oleaginosus, tertius tandem fusci coloris, in mutatione colorum, vasa mutanda erunt, singuli demum per se seruandi sunt, præfecti ne euanescere possint: hoc autẽ monemus, vt studiosè curetur ignis, donec perfecta fuerit sublimatio omnium: nam compresso vel interposito igne, liquores non extraherentur exactè. Hi tandem succi, vel hæc triformis sublimatio, eadem dotati sunt proprietate, verumtamen iuxta gradus ipsos. Primus namq; succorum, minus potẽs est altero, alter verò imbecillior

tertio, tertius tandem præstantior est duobus. Fertur autem quod citra memoriam, cõprimunt caua vlcera, debellant cancrum cum non hæret offi: sternunt etiam conuulsionem, stillicidia frigida componunt, languores stomachi vincũt, & frigidos corporis cruciatus, præcipuè iliorum, curant etiam sonitum aurium & dentium dolores, neruis opitulantur contractis, soluũt & duros abscessus, demum plurimos languores frigidos sternunt: memoriam verò amissam concitat, illitum occipiti, eductis succis peccantibus, cum caputpurgio ex radice cyclamini, naribus supposito, vt retulimus. Post hoc, gluties, pillularum de hiera cum agarico ℨj. & postero die subijcito naribus aliquot guttas huius olei & naribus absorbeto, quoniam hoc excitat virtutes cerebri, concitat intellectum & ipsam memoriam. Postremo sunt illinenda tempora & occiput, hoc autem est faciendum aliquot diebus.

Est & hæc quasi quædam Balsami compositio. ℞ terebinthinæ claræ ℥ vij. laua vino benè, deinceps ℞ mellis albi ℔.iij. despumando igne lento cum modico vino, & clarifica benè, tunc adiunge terebinthinam optimè commiscendo, quo facto affunde aquæ vitæ ℔.iiij. & rursus commisce in cucurbita benè lutando. Dehinc ℞ buglossi, borraginis, melissæ, saluiæ, lauendulæ ana M. j. hyssopi, chamomillæ, millefolij, rosarum rubearum

rum ana M. ſ. abſinthij ʒ j. roriſmarini M. ij. Deinceps ℞ ligni aloes, xylobalſami, trium ſantalorum ana ʒ j. macis, nucis moſchatæ, cinnamomi, galangæ, caryophyllorum, cubebarum, zingiberis albi, piperis longi, croci, ſpicæ nardi, granorum paradiſi, cardamomi ana ʒ j. zedoariæ ℥ ſ. ſquinanthi ʒ ſ. cort. citri, ſemen citri, ſtœchados ana ʒ j. calami aromatici ʒ ſ. carlinæ, id eſt, cardopaciæ ℥ ij. biſtortæ, ʒ ij. ireos ℥ ſ. baccarum lauri, valerianæ, polypodij, ana ℥ ſ. liquiritiæ, aniſi ana ʒ ſ. fœniculi ℥ ij. coriandri præparati ℥ ſ. ſileris montani, cymini, ana ʒ j. amygdalarum excorticatarum ℔. ſ. vuarum paſſarum maiorum cum vino lotarum ℔. ſ. omnia iſta contuſa pone in prædictam cucurbitam cum melle & alijs. Et ſi aqua vitæ nõ ſufficit, tunc plus appone, & ſtent ſic ſeptem diebus bene obſtructa, poſtea deſtilla in igne cineris, ita vt cucurbita in latitudine trium digitorum, non tangat fundum inferius, & cineres circumponantur, lutato alembico optime cum cucurbita, ſupponendo vitrum, quod cum roſtro alembici lutetur, & ad quatuor horas ſublimetur lento igne, ne mel bulliat, & fluet aqua clara: tandem ignem auge, & cum aquam croceam videbis, tunc aliud vitrum appone, quod etiam lutabis cum roſtro cucurbitæ, & primam aquam ſerua ſeorſim, & vigora ignem. Vbi croceus color in aqua deſierit, iterum ignem incende, & exibit aqua

nigra, & cum videbis fumum, tunc sufficit, & illam quoq; aquam separatim serua, & cucurbita stet in fornace ad refrigerationem. In primam aquam pone folij indi ℥ j. ambræ ℨ j. musci totidem, & quindecim folia auri, & misce custodiēdo. Si vis ad caput, ℞ betonicę vel buglossi ℥ j. & aquæ (albæ puto) misce & bibe ieiunus. Fortificat omnia membra. ℞ maluatici vel vini boni ℥ j. aquæ huius cochlear vnum, misce & erit alba vt lac, quā bibe ieiuno stomacho duabus horis ante cibum, & præseruat omnia membra. Ad hepar, cum aqua saluiæ vel cichorij, vel mororum, vel endiuiæ ℥ j. Ad pectus & tussim de catarrho frigido, cum aqua hyssopi, vel leuistici. Ad cor, cum aqua buglossi vel borraginis, vel millefolij. Cum absinthio vel balsamita, ad stomachum. Pro pulmone, cum aqua pulmonariæ, vel adianti, vel polypodij. Pro splene, cum aqua scolopendrij. Contra vertiginem & apoplexiam, cum aqua radicis pæoniæ, vel hypericonis. Pro calculo, cum aqua raphani, vel aqua alkekengi. In retentione vrinæ, cum aqua nasturtij, vel petroselini, vel saxifragiæ. Ad oculos, cū aqua fœniculi, euphragiæ. In retentione mensium, cum aqua arthemisiæ, cum aqua rad. & herbæ rubiæ tinctorum. In fluxu nimio mensium, cum aqua plantaginis, vel solani. In læsione matricis ab obstetrice, vel ex frigiditate, vnde amplius non concipit, vtatur ea, cum aqua

vale-

valerianæ, vel betonicæ, vel matrisyluę. In maculis faciei, ℞ aquæ pimpinellę partes 4. aquæ huius partem 1. misce & vnge faciem mane & sero, bibe etiam eam in septimana, bis vel ter cum aqua endiuiæ. Curat cancrũ inuncta, & fistulã instillata: confert in arthetica frigida, inũcta. In febribus, asari M. ſ. pone in vitrum & adunge aquæ aluminis quartar. 1. stent tribus diebus obstructa, postea effunde in aliud vitrum, de his ante accessionẽ febris per horam, bibe cochlear j. & tempora inunge & nasum, & pulsus, dorsum & splenem. Citrinum oleũ habet virtutes multas, si fuerit inunctum. Oleum nigrum est magnæ virtutis in arthetica, in modum balsami, & alba dicitur aqua aurea.

℞ lauendulæ ℥ viiij. saluiæ totidem, cinnamomi, macis ana vnciam j. zingiberis, nucis moschatæ, caryophyllorum, ana ℥ j. & ʒ j. rhabarbari, galangæ, ana ʒ j. passularum paruarum ℥ ij. granorum paradisi, santali rub. ana ℥ ſ. cubebarum ʒ ij. passulæ contundantur seorsim, & species ponantur seorsim, tunc totum pone in cucurbitam, & adijce vini maluatici, vel alterius boni, mensurã j. ſ. obstrue, pone in terra recenti versus solem quindecim diebus, postea per alembicum, receptorio lutato, destilla lento igne. Recipe terebinthinæ ʒ vj. diagridij ʒ v. zingiberis ʒ ij. masticis, santali albi ana ʒ j. sacchari ℔. ſ. farinæ albissimæ ℔. j. fiet pasta tenuis, &

coque in modum hostiarum, de quibus mane sumas j. vel ij. cum brodio carnis, vel pisorũ, &c. cum aqua buglossi.

Oleum excellentissimum pro memoria debili, propter humiditatem & frigiditatem cerebri, quod experientia comprobatum est. ℞ florum rorismarini quantum videbitur, & ex ijs destilletur aqua, huius aquæ ℞ ℔. j. & in vrinali ponatur destillatorio, optime lutato: postea ℞ nucis moschatæ, caryophyllorum, granorum paradisi, cinnamomi, cubebarum, macis, zingiberis ana ℥ j. musci carat. iiij. piperis longi ʒ j. croci ʒ iij. galangæ ʒ ij. puluerizentur omnia, & cum aqua rorismarini commisce, & putrefiant simul per tres dies, postea per cineres destillentur, perseuerando in destillatione ad fæcum adustionem. Postea habeas aquæ ex folijs rorismarini destillatę ℔. j. & cum iam dicta commisce, & in vase vitreo decoquantur ad medietatis consumptionem. Quo facto ℞ olei oliuarum antiquissimi ℔. j. olei de been ℥ j. euphorbij, castorei ana ℥ iiij. sinapi ℥ vj. olei sesamini, olei de tiro, olei hypericonis, olei citri, olei de spica, oli ex ciberto ana ʒ iiij. & omnia supra scripta, ponantur in bociam vitream & occludatur ita ne respiret, & pone in fimo equino calido, diebus quadraginta, postea extrahatur, & insoletur per tres menses continuos, & habebis oleum paratum ad intentionem prædictam. Hoc oleum omne impe-

impedimentum memoriæ ſoluit, vngendo noctu, quando cubitum itur, caput & ſtomachum. Hoc tantum eſt notandum, quod vſus huius olei eſt ſuſpectus, tribus menſibus æſtatis, alioquin toto anno, tuto vti poteris. Hoc oleo ego & in me ipſo & in multis alijs certa experientia ſum vſus, nec vnquam alio præter hoc ipſum, vtaris: reliqua enim omnia, ſi ad hoc reſpicias, vaniſſima ſunt, Leonhart, Fierauant.

Oleum mirabile & diuinũ, eiuſdem, quod quaſi è mortuis ſuſcitat eos, qui ſumpſerint eius guttam vnam aut alteram per os, cum vino, vel brodio, aut ſimili liquore. ℞ ſanguinis humani, ſpermatis ceti, medullę tauri, ana ℔. j. muſci ℥ j. cineris oleæ ℥ ij. miſce & in retorta deſtillentur ſecundum artem, ſeparando elementa. Nam primo aqua deſtillabit alba: ſecundo oleum citrinum: tertio liquor quidam rurſus maximæ facultatis, qui ad diuerſa vtiliſſimus eſt.

Balſamũ quomodo faciendum, ex Fallop. ſecretis. ℞ terebinthinæ ℥ ſ. xylobalſami tantundem, caryophyllorum ℥ ij. deſtillentur, et primum quod deſtillat aqua eſt, ſecundum oleum, tertium balſamum.

Aliter, ex eodem, ℞ ℔. j. terebinthinæ, aloes hepatici ℥ j. myrrhæ ℥ ſ. terantur & miſceantur omnia, & ter deſtillentur, & habebis balſamũ, ad omnia, præterquam ad conſeruationem corporum (mortuorum) optimum.

Oleum, corpus incolume seruans, & ingenium acuens, quo vtendum est post exactam corporis euacuationem & decens victus regimen. Olei philosophorum ℔.iij. olei oliuarum antiqui, aut saltem alembico sublimati, olei de alcana, vtriusque ℔.ij. pinguedinis talpæ & mustelæ, vrsiq; sing ℥ ij. castorei ℥ iij. succi acori ℔.iiij. succi anthos, succi betonicæ, vtriusq; ℔. ſ. succi gallitrici, succi cyperi, vtriusq; ℥ iiij. vini cretici ℔.ij. aquæ ardentis ℔. ſ. omnia igne coquito suaui ad consumptionem quandam, aditoq; ladani, austero prius vino macerati, tritiq; ʒ j. ſ. nucis moschatæ ℥ ſ. maceris, caryophyllorum, euphorbij, trium piperum, singulorum ʒ ij. trita omnia in vase optime clauso, diebus triginta conseruata, alembico destillentur. Vsus eius est hyeme, semel in hebdomada: æstate autem semel in mense, capite prius loto, & posteriore capitis parte, & temporibus prius inunctis. Fuman.

Descriptio Balsami Christi, è Theophrasto Paracelso. Accipe olei oliuæ ℔. j. vini ℔. iij. misce in phialam, pone in balneum Mariæ ad mensem, & fiet ex oleo liquor: caue ne nimium vitrum repleas, satis sit, si quarta pars plena fuerit. Emendatio Theophrasti. Recipe olei oliuarum ℔. j vini nigerrimi pontici ℔. iij. destilla, deinde adde hypericonis ℥ vi. liquoris de mumia vncias iiij. iterum destilla ad mensem, & serua.

Valet articulorum vulneribus.

Oleum pretiosissimum, pro vermibus vbicunque locorum, Bertapalia de Vlceribus capite quinto. Recipe nucleorum persicorum, amygdalarum amararum, gentianæ, absinthij, prassij, vel lupinorum, seminum caulium, foliorum persici, calamenti fluuialis, oleandri, pyrethri, ellebori albi, radicum graminis ana M. ſ. omnia pistanda pistentur, & imponatur intus fel vituli, & succi porrorum, mentæ ana ℥ ij. olei nenupharini ℥ j. olei de absinthio ℔. ij. hæc omnia misce, & dimitte in fimo per vnum mensem marcescere, in vase vitreo benè obturato, postea destilla hæc omnia ad alembicum, & habebis aquam & oleum, lumbricosos viuificantia, sumendo aquæ per os, ℈ ij. cum vino maluatico: & cum oleo vngendo tempora, & pulsus pedum, & manuum, & vbicunque, & os stomachi circum spatulas, & vidi multos pueros, quasi mortuos viuificari, & cum aqua & oleo isto, multa vlcera sanari.

DE BALSAMIS QVAE EXtra corpus vsurpantur: quorum alia per destillationem, alia citra destillationem parantur.

BAlsamum artificiale, ad omnia vulnera antiqua, & contra ariditatem membro-

rum & ad membra contracta. ℞ galbani, ammoniaci, masticis, myrrhæ albæ, gummi elemi, bdellij ana ℥ ß. terebinthinæ ℥ j. ß. vel ij. quod melius est, olei oliuæ ℔. ij. viridis æris ℥ ij. ß. puluerisentur omnia & imbibantur in aceto fortissimo per sex vel octo dies, post destillentur per alembicum, primo die per balneum Mariæ, post per arenam, & si vis fortius habere, & melioris saporis, tum adde subscripta, & fiat eo modo, quo supra. ℞ storacis calamitæ, gummi hederæ, spicæ nardi, carabe, colophoniæ, tragacanthi, serapini, opopanacis, ana ℥ ß. euphorbij ℨ ß. viridis æris ℨ iij. terebinthinæ ℔. j. Hoc balsamum curat omnia vulnera antiqua, in causa frigida & calida. Valet etiam contra ariditatem membrorum & contractionem, si inuncta fuerint cũ illo balsamo.

Contra tremorem manuum, oleum destillatum. Destillentur olei laurini, rutæ, & saluiæ ana partes æquales, pone post decem dies in vino potenti, & in alembico destillentur: cum aqua collecta, vngantur manus & pedes & membra tremula.

Aliud contra tremorem capitis. Res præscriptas ℞, & pone eas in aqua vitæ 14. diebus, postea per alembicum destillentur, & hac aqua vngantur tempora mane & sero. Vbi intelligendum est per res præscriptas nõ intelligi olea, sed baccas lauri, rutam & saluiam.

Balsa-

Balſamum deſtillatum ad vulnera & vlcera profunda. ℞ terebinthinæ ℔. vj. olibani ℥ ſ. ligni aloes, maſticis, ana ℥ j. caryophyllorum, cinnamomi, zedoariæ, nucis moſchatæ, cubebarum, galangæ ana ℨ iij. olei oliuę ℨ vj, miſce & deſtilla lento igne, valet ad venena frigida bufonum, fiſtulas, & noli me tangere, & paralyſim, & vulnera venenoſa cum tenta. Eſt autem obiter hoc loco, ex Theophraſti Paracelſi opinione, monendum, balſama per deſtillationē præparata, minimè vulneribus eſſe imponenda, de quo iudicent alij.

Oleum efficax & expertum ad neruorum mollificationē, ſeu paralyſim & ipſorū contractionem, ſpaſmúmue, morbū comitialem, vel epilepſiam, tremorem, omnemq; morbū frigidum, memoriam etiam auget atq; intellectum. ℞ Galbani ℥ ſ. gummi hederæ ℥ v. terito, & alembico deſtillato, & cum ℔. j. ſebeſten commixta, denuo deſtillato, & occiput, ceruicemq; ſomni tempore, cum eius momento linito, Fumanellus.

Oleum optimum ad omnes neruos & ad iuncturas, coxendicem vel ſciaticam, chiragram, podagram, arthritimque valdè celebre, corpore prius euacuato poſt morbi initium, liniatur autem locus affectus ad ignem vel ſolem bis in die. Sume puerorū vrinā ad pondus ℔. xx. ſulfuris ℔. j. calcis non extinctæ ℔. ij. trito ſulfure atq; calce, cum vrina per palmum ſupernatante, omnia coquito,

donec in colorem peruenerit viridem, & per colato, & partes craſſiores fæcaléſue denuo cum alia coquito vrina, hocq; ter, quatérue peracto, & donec vrina in ſuo exierit colore, ad mellis quod ſupereſt craſſitiem coquito, & infrigidatum alembico deſtillato vitreo, quodque primo in colore exierit aquæ, abijcito, & quod ſecundo in ſolis colore, aucto igne, ſeruato, Idem.

Vnguentum ad neruorum interciſiones præſtãs, in quacunq; extiterint corporis parte, inflationes diſcutiens, omnéſque durities, cancrum, ignem ſacrum, omnémque plagarum dolorem, & contuſionem, & vna hebdomada plus operatur, quam quodlibet aliud per menſem. Medicus quidam gregalis multa promittens, ſe plures ſanaſſe profeſſus eſt morbos, hoc vno medicamento, vlcera ſcilicet neruorum quæcunq;, iuncturarum dolores, conuulſiones, & tumores, & vt vno dicam verbo, plura facere, quam ſcribi poſſint: cuius hæc eſt confectura. Sumantur ℔.iij. ceræ nouæ depuratæ, macerentur in ℔.xij. vini albi potẽtis: cera macerata comprimatur, manu ducatur, & in aliud proijciatur eiuſdem capacitatis vas, cum vini pari pondere, terq; alembico deſtilletur, vſuiq; ſeruetur, Idem.

Oleum ad cancrum & fiſtulam optimum. ℞ olei antiquiſſimi ℔. ij. vel iij. deſtillati igne ſatis tenui, diebus duodecim, quod enim ſtillauerit, doloribus iuncturarum benefacit & do-

& doloribus neruorum: quod vero residet, vt fæx in vasis fundo, cancris opitulatur, & fistulis, & admixta caphura perfectius operatur, Idem.

Aqua siue oleum magnæ efficaciæ ad vulnera sananda. ℞. terebinthinæ lotæ florum hyperici, quantum libet, libani triti, olei oliuarũ, butyri ana parũ, alembico destillentur, quodq; primo effluit, ad vsum reponito, igneque adaucto, quod exibit vulnera sanat. Idẽ.

Oleum benedictũ ad vulnera, Falopij in secretis Italicis. ℞ olei abietis, quod est species terebinthinæ clarissimæ ℔. j. albuminis ouorum per decocttionem induratorum, extracto vitello, ℔. j. resinæ pini pinguis ℥ vj. gummi elemi ℥ ij. ponantur omnia simul in retorta perlutata, & fiat in cineribus destillatio, quæ 36. horis perficitur, & oleum quod destillat colore est nigrũ, quod vbi quieuerit rubescit obscurè. Hoc oleum à Fierauãte quoque est descriptum, qui tamen id ex oleo abietis & albuminibus ouorum tantum destillat, reliqua vero, (inquit Fallopius) ego addidi. Et quo mitior fuerit ignis, eò oleum erit melius, vt ipse sum expertus. In vulneribus contusis, maximè capitis, valet.

Balsamum artificiale ad sananda vulnera, eiusdem. ℞ terebinthinæ claræ ℔. j. ſ. olei laurini, galbani, gummi arabici, gummi hederę ana ℥ j. thuris, ligni aloes, galangæ, caryophyllorũ, nucis moschatæ, cõsolidę minoris cinnamomi, zedoariæ, zingiberis, an. ʒ vj.

dictamni albi, storacis liquidæ ana ℥ ij. musci orientalis, ambræ ana ʒ j. pistentur omnia, & ponantur simul, & in octo ℔. aquæ vitæ infundantur, quæ quater fuerit destillata, stentque simul diebus octo, in retorta vitrea. Post octiduum in fornace venti, fiat destillatio, primò quidem igne lento, & sequetur aqua alba vt lac est. Vbi attentè animaduerteris, videbis paulò post, aquam fieri clariorem, tunc permuta recipiens, & aquam claram seorsim collige. In hac aqua continetur oleum albicans, quod etiam est separandum & seruandum. Aqua hæc, dicitur aqua balsami, & oleum, oleum balsami. Post hæc prodibit aqua alia, albicans vt communis, quę vbi nigrescere cœpit, muta recipientem, & hæc vocatur aqua balsami secunda. Post augmēta ignem, & sequetur balsamum nigrum colore, cuius fumus fœtet, vbi absolueris, separa aquam nigram à balsamo nigro, quæ hæret in fundo vasis, & serua in vitro. Hæc temporis diuturnitate fœtorem amittit, & fit odorifera. Prima aqua capiti inuncta, catarrhis prodest, surditati, lepræ, debilitati visus, vulnera mirabiliter sanat. Oleum balsami contusiones resoluit subitò, faciem decorat, iuuentutem conseruat, & diuinum est in vulneribus penetrantibus, si inungatur, & in vino potū. Aqua secunda faciei decorem præstat, si semel in die ea lauetur. Balsamum tandem, naturale balsamum facultatibus superat. Aqua nigra se-

parata

parata à balſamo, prodeſt omnibus vulneribus à materia frigida, &c. Eſt in vniuerſum res prætioſiſſima & certiſſima ad multos morbos.

Oleum magnæ efficaciæ & potentiæ, in conſolidandis vulneribus, bonũ & expertũ, Accipias terebinthinæ ℔.ij. florum hyperici ℨ x. thuris triti ℥ ij. olei cõmunis ℥ iiij. butyri recentis ſine ſale, ℥ iij. omnia commixta alembico deſtillentur, & quod prius ſtillat collige ad vſum: quod vero in vaſis remanet fundo, igneq́ꝫ aucto deſtillat, ad vulnera ſananda potentius eſt, Fumanellus.

Oleum optimum ad neruorum ac iuncturarum dolorem. ℞ olei de terebinthina ℔.j. gummi hederæ recentis ℥ vj. thuris, vernicis liquidæ limpidæ, vtriuſq́ꝫ ℥ ij. omnia alembico deſtillato, Idem.

Oleum, ſeu vnguentum ingenium acuens, & memoriam augens, Fumanelli. ℞ ſtœchadis, florum roriſmarini, florum bugloſſi, florum borraginis, florum chamæ meli, maioranæ, ſaluiæ, meliſſæ, violarum, roſarum, rubearum, foliorum lauri, ſing. ℥ j.ſ. omnia in bocia optime lutata cum vini potentis ex Creta aut Rhetici, Græciue aut aquæ ardẽtis ℔.iiij. diebus quinq́ꝫ macerata deſtillentur, & deſtillato, addantur terebinthinæ optimæ ℔.j.ſ. thuris maſculi, myrrhæ electæ, maſtiches, bdellij gũmi hederæ, ſing. ℥ ij. vernicis integræ ℥ j. mellis anacardi. ℥ iij. tuſa omnia,

& diebus quinq; cum prædicta destillatione macerata in vase operculato, denuo destillato, additoq; cinnamomũ, caryophyllos, macerim, nucem moschatam, cardamomum, grana paradisi, piper longum & rotundum, zingiber, xyloaloen, cubebas, de quocunque ℥ j. tritam, moschi, ambari vtriusq; ʒ ij. omnia simul commixta destillentur (postquam in vinum collecta in priori destillato diebus manserint quinq;) igne in principio, imbecilliori, aucto verò in processu. Vsus est, vt hyeme semel in hebdomada, æstate autem semel in mense, capite prius loco, posterior capitis pars & tempora inungantur.

Oleum benedictum ex inuentione Leonhardi Fierauanti, quod super omnia alia, vulnera curat, eoq; nomine Benedictum est appellatũ. Omnis generis vulnera certò curat, sed capitis præcipuè, cum fractura ossis aut panniculorum: & aliarum parium, maximè neruosarum, musculorum, venarum, partium nobilium, breuissimo tempore & tutissimè curat. Paratur autem sic. ℞ albuminum ouorũ decoctione induratorum ℥ xij. terebinthinæ claræ ℥ xiiij. myrrhæ electæ ℥ iij. misce & in retorta destilla, primo quidem igne lento, ac deinceps magis magisq; fortificando, ad finem destillationis perge. Post destillationem separato ab oleo aquam, & seorsim quodq; diligenter serua. Hoc cuiuscunque qualitatis

tis aut conditionis vulnera, vti dictum est, perfectissimè curat. Prolongat præterea capillos & deperditos breui tēpore restituit & barbam quoque cadentem, inunctione. Dolores iliorum, & vrinæ retentionem subitò sanat, quia dissecat.

Oleum terebinthinæ & ceræ, quod vehementer exiccat, & penetrat. ℞ terebinthinæ puræ & claræ ℔. j. semis, ceræ flauæ odoriferæ ℔. j. nucis moschatæ, caryophyllorũ ana vnciam j. cineris cõmunis, vncias vj. ponantur simul in retortam lutatam, & fiat lento igne destillatio. Post destillationem ponatur in bocia cum capitello & recipiente, eiq; impone de lateribus tritis ℥ iiij. & rursus destilla, & habebis oleum coloris rubini, quod mirabile est in vulneribus neruorum: curat omnes catarrhos frigidos, prodest tussientibus, pectori inunctum, & alijs multis rebus, Falloppius in secretis Italicis.

Oleum contra podagram, ex lib. manuscripto. ℞ carpobalsami, xylobalsami, corallorum rubeorum, piperis longi, nucis moschatæ ana vncias ij. croci vnciam j. pinguedinis castorei, pinguedinis vulturis, seu castrati de renibus, medullæ ossium tibiarum asinæ ana vncias iiij. terebinthinæ vncias vj. olei communis antiqui ℔. j. ceræ virginis ℥ iiij. vini Gręci veteris ℔. ij. ranarum aquaticarum viuarũ numero xxx. succi summitatum cannarũ, succi hederę muralis, quæ facis

grana crocea, ſucci rad. verbenæ anã ℥ iiij. piſtentur omnia ſeorſim, & poſtea ponantur in alembico ad deſtillandum ſuaui igne. Prima aqua erit clara, & valet podagræ humidæ: tertia erit rubea & valet podagræ frigidæ, & recorderis quòd ranæ debent poni viuæ in alembico, & hoc eſt probatum & expertiſſimum.

Oleum mirabile ad paralyſim & contractionem neruorum, epilepſiam, ſpaſmum, & ad omnem morbum frigidum, vel ex frigida cauſa generatum. ℞ galbani ℔. ſ. gummi hederæ ℥ iiij. terantur & miſceantur ſimul, & in vaſe deſtillationis ponantur; & aquam & oleum, quæ inde deſtillauerint, collige, & miſce ea cum ℥ j. olei laurini, & ℔. j. terebinthinæ, & iterum deſtilla oleum & aquam; deinde ſepara oleum ab aqua, & oleum ſerua ſicut balſamum, nam æquipollet in omnibus virtutibus ſuis balſamo. Quidam poſuit vnam guttam in fronte illius olei, & aliam in vmbilico cuiuſdam paralytici, & ſtatim ſurrexit, vt ſtupidus: & fuit liberatus poſt horam in loco in quo fuit dolor ex vulnere: & contractus neruorum inunxit, & liberatus fuit patiens. Et in aliis ægritudinibus, diuerſimodè probatur hoc oleum eſſe maximæ efficaciæ. Occipitium vnctum ex eo in introitu lecti; qui & in mane ʒ ſ. vuarum paſſarum comedat, ſubtiliat memoriam. Valet contra ſurditatem, & omnem morbum

bum ex frigida causa, & contra amissionem olfactus. Ex Breuiario Arnold. de Villa noua, cap. de Paralysi.

Oleum multarum virium, maximè verò præstans in vulneribus, ex secretis Italicis Fallopij. ℞ terebinthinæ claræ ℔. ij. olei lini ℔. j. resinæ pini, ℥ vj. thuris, myrrhæ, aloes, masticis, sarcocollę, ana ℥ ij. macis, croci, ligni aloes, ana ℥ ij. ponantur hæc omnia in retortam, destillentur primo lentissimo igne; & destillabis aquam claram, paulò post verò sequetur oleum rubicundum, tum augmenta ignem, semper magis magisque intendendo, ad finem destillationis. Quo facto separa oleum ab aqua; & vtrunque seorsim serua. Aqua succedente tempore rubescit, & oleum acquirit rubini colorem. Valet oleum vulneribus, præcipuè verò partium neruosarum, ossium, venarum, citò enim vnit hæc & cōsolidat, & sine dolore. Hoc solo oleo curaui iuuenem scholarem quatuordecim vulnera habentem, ex quibus octo erant mortalia & omnes futuram requirebant, & fuit spacio tredecim dierum, in integrum restitutus.

Modus parandi oleum, qui mirabiliter valet in curandis cuiuscunque generis vulneribus, ex eodem. ℞ terebinthinæ ℔. j. thuris, masticis, myrrhæ, sarcocollæ ana ℥ j. aquæ vitæ ℥ viij. ponantur omnia in retortam lutatam luto sapientiæ, & destillentur

in cineribus. Post destillationem separa oleum ab aqua, & vtrunque serua seorsim in vitro. Curat & consolidat breuissimo tempore sine dolore omnia vulnera, præsertim capitis, claudendo eo vulnus, & in superficie imponendo, prohibet eorundem putrefactionem & à corruptione defendit, id quod millies est probatum.

Balsamum artificiale ad cicatrices: Si ex ictu manserit signum magnum in facie, vel alibi cum sequenti balsamo potes cicatricem remouere, non totam quidem, sed ne videatur tanta, & appareat modica. ℞ mastices ℥ j. corticum granatorum dulcium, gummi arabici, ana ℥ ſ. croci ʒ ij. cyperi ℥ j. carpobalsami ℥ ſ. aloes ʒ x. thuris ℥ j. myrrhæ ℥ j. terebinthinæ abietinæ ℔. ſ. olei oliuarum antiquissimi ℥ j. terenda tere, misce in cornuta vitrea bene lutata, & gradatim destilla. Et postea receptorium bene sigillatum pone in balneo vel fimo diebus x. tum extrahe & vtere. Præstat eadem, quæ balsamum ad omnē probationem.

Balsami confectio, quod balsamum Græcum dicitur, ex Tarquinio Schnellenbergio. ℞ turbith. ℥ ij. ſ. rhapontici ℥ iiij. rhabarbari ℥ j. ſ. piperis longi, caryophyllorum ana ʒ ij. zingiberis ℥ j. ʒ ij. zedoariæ ℥ j. ſ. & drach. ij. nucis moschatæ ʒ vij. cardamomi ℥ j ſ. ʒ ij. cubebarum drach. viij. cinnamomi ℥ iij. rad. pimpinellæ ℥ j. anisi vncias vj. sacchari candi ℥

dr ℥ iij. ʒ ij. pulueriſentur ſingula ſeorſim, poſtea accipe olei oliuarum ℔. iiij. olei lini ℔. j. ſucci abſinthij ℔. ſ. Calefiant olea primum, poſtea adde pulueres, ita ne nimium incaleſcant. Poſtea deſtilla in cucurbita vitrea tribus vicibus.

Aqua reputanda ſecreta, quæ delet veſtigia, & dealbat cutim, & aufert panos, rugas, & lentigines, & claram & ſplendiſſimam reddit faciem, Bertapalia. ℞ terebinthinæ benè claræ ℔. ij. & de ea facias aquam per alembicum, & deinde ei quod deſtillatum fuerit ex illa terebinthina, miſce iſta pulverizata. ℞ maſticis electi ℥ ſ. thuris albi ʒ iij tragacanthi ℥ ſ. & omnia ſimul bene miſce cum prædicta aqua, pone in alembico, & deſtilla aquam cum facili igne, & quod fluit ſerua in ampulla. ℞ poſtea axungię porcinæ colatę per pannum ſpiſſum ℔. j. zingiberis electi ℥ j. caryophyllorum ʒ ij. nucis moſchatæ numer iij. cinnamomi electi, euphorbij ana ʒ ſ. ſpicæ nardi ʒ ij. cubebarum drach. ſemis, camphorę drah. iij. omnia ſubtiliter pulueriza, & miſce benè cum dicta axungia. Item.

℞ mercurij crudi ℔. iij. argenti fini ʒ j. & fac argentum ſubtiliter limare, deinde incide, & cum dicto mercurio miſce, & de iſtis duobus fac argenturam, tum incorpora benè omnia cum mixtura axungiæ, & pone in veſica vitrea, & alẽbico ſuperpoſito deſtilla lento igne in principio, & in fine da fortiorẽ, &

quod destillaueris serua. Postea ℞ de prima aqua terebinthinæ ℔. ſ. & de ista alia, mixta cum axungia ℔. j. & istas duas simul bene misce, & serua in vase vitreo. Cum autem mulier vti voluerit hac aqua, abluat primo bene faciem, cum aqua decoctionis furfuris, deinde tergat bene faciem, & dimittat per horam, & fiet ibi magna albedo, & durabit per multos dies.

Oleum balsami vices gerens ex lib. manu scripto. ℞ terebinthinæ electæ ℥ ij. rad. consolidæ mai. & symphyti petræi, per tabellas incisarum ℔. j. cort. rad. vlmi ℥ vj. foliorum arbuti, caudæ equinæ, millefolij, & herbæ iudaicæ ana M. ij. dactylorum maturorum, cum suis nucleis parum contusis, paria x. gummi elemi ℥ ſ. myrrhæ electæ, belzoimi, & styracis calamit. ana ℥ ij. thuris, masticis ana ℥ iij. nucis mosch. ʒ j. ſ. lumbricorum in vino rubro diligenter lotorum ℥ j. ſ. rosſ. rub. spicæ nardi, & flor. hypericonis ana pugill. j. folliculorum vlmi cum suo liquore num. ij. oculorum tauri in puluerem redactorum ʒ ij. reponantur omnia in alembico vitreo diligentiss. tecto, deinde lento igne destillentur. Primo tenuis liquor educitur. Secundo oleum, balsamum viribus repræsentãs; quod est efficacissimum ad vulnera recentia glutinanda, & sinus carne implendos, aut etiam ad alia vlcera magna, ad dolores veteres, & ad alia permulta. Est autem id oleum vase diligen-

diligenter tecto reponendum, ne virtus exhalet.

DE BALSAMIS NON *destillatis.*

OLeum balsamum refers, ad omnes plagas, ex libro manuscripto. ℞ florum & herbarum hypericonis quantum voles, repone in ampullam vitream, quam repleas oleo communi, deinde repone ad solem per xv. dies, quo facto adde dimidium cyathi vini albi, & per xv. aut xx. dies repone in fimo equino, è quo vbi abstuleris, circundetur fœno, & adijciantur myrrhæ, masticis, terebinthinæ venetæ, resinæ ana ℥ ij. pro quantitate olei faciendi, omniaq́; sint puluerizata, deinde claude ampullam, ne perspirare possit, & ponas in lebete aqua pleno super ignem, bulliátque per aliquod tempus, & postquam satis ebullierit, cola per pannum stamineum, & fæcem abijce, & oleum reserua in ampulla, quod quo fuerit vetustius, eò maioris est efficaciæ, cum vti volueris, modice calefacias.

Aliud pro plagis. ℞ gummi hederæ & myrrhæ ana ℥ j. gummi elemi, colophoniæ, thuris, masticis, storacis calamitę, ligni aloes croci, sanguinis draconis ana ℥ ſ. sarcocollæ, ammoniaci, opopanacis, bdellij, aristolochię longæ, castorei, gummi arabici, nucis mo-

ſchatæ, caryophyllorum, gallarũ ana drach. j. ladani, ſtyracis liquidæ ana vnciam ſemis, aquæ vitæ vncias iiij. terebinthinæ ℔. j. olei antiqui lib. ij. olei perforatæ cum ſimplici flore, lib. ſemis, omnia fiant, vt decet, in balneo Mariæ.

Balſamum bonum multarum virtutum, peculiariter vero vulnera conſolidat recentia, ſine veſtigijs cicatricum, mundificat oculos, conſeruat carnem à putrefactione, & mirabiliter valet ad inflationem iuncturarum, & ad dolorem podagrę calidæ, ex lib. manuſcripto ſecretorum Italico. Recipe liquorem veſicarum vlmi, & cola eum cum panno lini, & pone in vaſe vitreo in arena per dies quindecim, & cola de tertio in tertium, poſtea fac ſtare eum per duos menſes in ſole, & nota quod fieri debet à medio menſis Martij, vſque ad medium Iunij.

Aliud. Recipe olei oliuarum vncias ij. picis albæ vnciam j. galbani drachmã ſemis, liqueſiant omnia cum olei vitrioli Romani drach. j. cum olei papaueris albi vncijs iij. cũ olei amygdal. amararum vncijs iiij. cum olei olibani vncia j. pulueriʐentur & miſceantur ſimul; Incert.

Aliud ex Fallopij ſecretis. Accipe ſuccum porri, ſuccum mentæ, pone in ampullam, & diebus canicularibus inſolentur, eritq́ optimum balſamum.

Aliud

Aliud Tarquinij Schnellenbergij. Recipe masticis, olibani, ana drach. ij. ammoniaci drach. j. galbani drach. iij. bdellij drach. vj. opopanacis, drach. j. ladani vnciam semis, assæ fœtidæ vnciam j. semis, drach. iij. gummi hederæ drach. ij. gummi arabici drach. semis, terebinthinæ vncias ij. semis, camphoræ vnciam semis, olei oliuarum lib. ij. dissoluantur omnia in cacabo igne lento, fortiter agitando, postea adde viridis æris minutim triti vnciam semis, bulliant parum ad coloris in viridem mutationem, postea exprime per pannum, & serua in vitro, & obtura bombace.

Aliud quod recipit omnia ea quæ ad verum balsamum requiruntur, penetrat facillimè omnia vulnera, & quibuscunque accommodatur, quam citissimè sanat. ℞ resinæ albæ drach. ij. dissoluatur in vino bono, postea per pannum lineum exprimatur, expressio coquatur ad vini consumptionem: postea accipiatur olei oliuarum lib. j. in quo dissoluatur iuxta lentum ignem resina, postea accipe gummi ammoniaci, galbani, opopanacis, an. ℥ j. gummi elemi ℥ ij. quæ omnia permisce tandiu, quod satis sit.

Aliud eiusdem. ℞ galbani, ammoniaci, bdellij, ana ℥ semis, myrrhæ, masticis, olibani, ana ʒ ij. terebinthinæ vncias ij. viridis æris vnciam semis, olei oliuarum lib. j. ſ. gummina per triduum in aceto vini macerentur,

vt cooperiantur ab aceto, postea decoquantur cum oleo, in olla inuitreata, ad aceti consumptionem, postea cola per pannum, & fortiter exprime, tum viride æris subtiliter pulverizetur, & diligentissimè cum oleo oliuarum teratur, & expressioni addatur, vbi iustum viriditatis colorem acceperit, in vitro serua.

Aliud ad omnia recentia & antiqua vulnera, præcipuè ad capitis vsum. ℞ terebinthinæ ℥ xij. gummi elemi ℥ v. resinæ, ℥ iiij. liquefiant simul & vbi erunt liquefacta, adde pulueres sequentes, aristolochiæ longæ ℥ ij. sanguinis draconis ʒ iij. & fiat massa.

Balsamum non destillatum ad omnia vlcera & vulnera, & pro tentis faciendis, mundificat & sanat. ℞ oleorum terebinthinæ, de lino, amygalarum dulcium, rosarum ana ℥ j. oleum rosarum bulliat in vitro, cum viridi æris, quantum cultri cuspidè caperes, & cum bullierit modicum, cola per pannum tunc misce cum reliquis oleis.

Aliud. ℞ ℥ j. terebinthinæ, succi limonum maturorum ℥ ij. ponantur in cyathum, & ignis excitetur ita, ne attingat cyathum, & decoquantur ad vnciæ vnius consumptionem, postea accipe parum cum spatula ferrea, & lapidi frigido guttas instilla, donec coloris rubri fuerit, & hoc vtere tanquam perfecto balsamo, Fallopius.

Ad

Ad neruorum puncturas atq; vulnera, Incert. ℞ resinæ pini ℥ ij. olei communis ℥ j. ſ. terebinthinæ ℥ j. fundantur omnia ſimul, colentur, poſt addatur thuris, maſticis, ana ʒ j. gummi elemi drach. ij. applicetur calidum in bombace.

Deſcriptio balſami in vulneribus oſſium, Theophraſti Paracelſi. ℞ axungiæ de mumia, ſucci hypericonis, centaurij, ſophiæ ana ℥ vij. liquoris myrrhæ, maſticis, thuris ℥ ſ. lithargyrij præparati, de liquoribus centaurij, * trebanæ, ſpicariæ, patonicæ ana ʒ j. olei de baccis lauri ad pondus omnium, reduc in balſamum.

Oleum compoſitum, experientia certa cõprobatum contra venena, Leonhardi Fierauanti. ℞ olei communis antiquiſſimi, ℔. j. aloes hepatici, rhabarbari, ſpicæ nardi, myrrhæ, ʒ iiij. tormentillæ, dictamni albi, gentianæ, biſtortæ, conſolidæ maioris, rubræ tinctorum ana ʒ iiij. theriacæ, mithridatij ana ʒ iij. ſcorpionum viuorum numero ſexaginta, primo ſcorpiones decoquantur in oleo quatuor horis, poſtea adde reliqua, & ebulliant in balneo horis quatuor, poſtea colato & colaturam in vitro ſeruato diligenter. Vtendi modus eſt talis: Si cui venenum eſſet propinatum, ſtatim hoc oleo eſt inungendus, & ʒ ij. eius ſunt per os exhibendæ, cum aceto albo, idq; mane & veſperi, & curabitur à quocunque veneno, excepto ſublimato, aut ada-

mante, quod mineralia hæc ſint.

Oleum optimum, quo mediante ſcrofulæ nouæ & recentes in pueris ſpecialiter, citò ſanantur, ex Breuiario Arnoldi de Villa noua. ℞ radicis tapſiæ & rhaphani ana ℨ j. olei cõmunis veteris ℥ ij. ponatur hoc oleum ipſis radicibus tritis in eo poſitis, in ampulla, vel in vaſe aliquo, & illud vas in caldario aqua pleno bulliente, ponatur ſic, quod ſemper in ipſa aqua iaceat, quo vſq; medietas ipſius aquæ conſumatur, & de hoc tepido oleo ij. vel iij. guttæ inſtillentur in aurem patientis, in illa parte vbi ſunt ſcrofulæ, & hoc fiat pluribus vicibus. Et ſi propter illud oleum, auris fuerit calefacta, vel tumuerit, ita quod aliqua putredo exhalare incipiat, ſcias tunc quod ſolum ponendo ſic qualibet nocte parum de illo oleo calido in ipſa aure, curari poterunt huiuſmodi ſcrofulæ, & earum materia per illam euacuabitur: & tunc cum eo inſiſte, ſecundum modum prædictum, quouſq; patiens fuerit liberatus. Si verò auris non intumuerit, vel aliquid non emiſerit, tunc alijs remedijs vtaris.

Oleum ſiue liquor quidã magnus Leonh. Fierauanti, diuerſarum facultatum. ℞ olei communis ℔ xx. vini albi lib. ij. decoquantur ſimul ad vini conſumptionem. Poſtea ponantur in vas terreũ inuitreatũ, optimè clauſum, & duorum cubitorum latitudine ſub terram defodiatur, ibiq; per mẽſes ſex relinquatur,

tur: tempus autem quo defodi debet sit dies j.vel ij.mensis Augusti, & rursus extrahatur mense Februar. & erit oleum, tanquã si esset vetustissimum, 50. quasi annorum. Cum sub terrã abscondere volueris, imponas ei sequẽtia, florum rorismarini lib.iij.ligni aloes ℥ vj. thuris, bdellij ana ℥ x. Postquã è terra extraxeris, Soli exponatur, & addantur hęc, saluię, rorismarini, rutę, betonicæ, millefolij, radicis cõsolidæ maioris, tamarisci, viticellę, ana M. j.galangæ, caryophyllorũ, nucis moscatę, spicæ nardi, croci ana ℥ j.sarcocollæ, sanguinis draconis, masticis ana ℥ ij.aloes hepatici, resinæ pini, ana ℥ viij.picis græcæ lib. j. ceræ flauæ, axungiæ porci ana ℥ xviij. hyperici cum semine lib.ij.musci.ʒ j.misceãtur simul, decoquãtur in balneo, vsq; quo herbæ exiccentur, tũ extrahe è vase, & per pannum cola, eiq; adde balsami artificialis nostri, pro omni lib.j.ʒ vj. In mense verò Septemb. huic adde lib. ij. fructus herbæ balsaminæ rubræ, & habebis liquorẽ magnũ paratum, seruetur in vase ne respiret, & quo fuerit vetustior, eo est melior. Sanat hecticos & hydropicos, exhibẽdo semper mane ʒ iiij.cum ℥ j.syrupi rosati, calidè, & diebus 40.curãtur. Hoc liquore curantur petechiæ, si inũgantur. Sanãtur eo breuissimo tẽpore vulnera venarũ, neruorũ, ossiũ, vnctione, et instillatiõe calida. Curat pręterea tineã capiti inunctus. Capitis refrigerationi, & catarrhosis cõfert, si narib⁹ inungatur, mane &

ſero, odor enim eius diſſecat, & conſumit corruptionem humorũ in capite, & ſtomacho. Si inungatur ſtomachus eo, digeſtionẽ cibi promouet, vrinam retentam à carnoſitate, aut gonorrhæa, aut alia quauis de cauſa mouet. Pilos creſcere facit, barbam conſeruat nigram, & valet contra vermes. His omnibus dictis iam morbis ſuccurrit, vt experientia eſt cognitum. Cæterum nocet vehementer doloribus à morbo Gallico excitatis.

Oleum ſecretum, & expertum ad crura exulcerata, omniaq́; vlcera, tam antiqua, quàm noua, præter ea quæ ſunt capitis. Valet & ad cancrum, & fiſtulas: quod habet. ℞ apij, roriſmarini, millefolij, plantaginis, abſinthij, ſing. M. j. ſaluiæ, rutæ, tapſi barbati, chelidonij, lanceolæ, ſing. M. ij. ſepi caſtrati, ℥ j. ſ. herbæ laurentiæ, florum omnium menſiũ, ſing. M. iij. olei communis ℔. ij. reſinæ terebinthinæ ℔. j. galbani ℥ ij. ſucci hederæ, quæ in arboribus reperitur, ℥ ij. ſ. aluminis rochæ ℥ j. ſ. reſinę pini ℔. ij. viridis æris ℥ ij. thuris, diachylonis, theriacæ, ſing. ℥ j. gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, vtriuſq; ℥ j. ſ. vitrioli, tartari, agarici, ſalis vſti, ſing. ʒ ij. ſucci pulicarię ℥ iij. rad. iridis ℥ j. ſarcocollæ ℥ ſ. minij, pulueris plumbi ʒ iij. ex herbis omnibus ſuccus extractus, in vaſe æneo condatur cum roſaceo, reſina terebinthina, & galbano, coquanturq́; donec ſuccus conſumptus fuerit, continuè agitando, cum rudicula, ſeu ſpatula ad ignem carbo-

carbonum: post percoletur, & addatur viride æris tritum, continuo agitando, donec frigescat, quæ & in aqua ardenti decoqui possunt, seruetur autem in vase vitreo. Fumanellus.

Oleum pretiosum, auroq; comparandum, quoniam omnia sanat crurum mala, & incisos neruos, carnem creat, & vlcera conglutinat, dolorem remouet, fistulam curat, cancrum, omniaq; antiqua vlcera, præter ea quę capitis sunt. Mense Maij sumantur apij M.j. rorismarini tantundem, saluiæ atque rutæ vtriusq; M.ij. herbæ, quæ à vulgaribus laurentia appellatur, florum omnium mensium vtriusq; M.iij. tapsi barbati, lanceolæ, chelidonij, sing. M.ij. absinthij M.j. olei com. ℔.ij. resinæ terebinthinæ ℔.j. galbani ℥ ij. resinæ pini ℔.ij. viridis æris, aut diphrygis triti ℥ ij. ex omnibus herbis succum percolato cum oleo, resinaq; terebinthina, semper cōmouens, ad succorum consumptionem, ad ignem carbonum coquito, & cocta cribrato, additoq; viride æris commotum, donec ab igne depositum refrixerit, & vsui in vase seruetur vitreo, bene clauso.

Balsamum artificiale citra destillationem factum, valet ad vulnera, curat ea sine puris generatione, paralyticis membris confert, & sanguinem sistit, & aquam, quæ ex vulneratis articulis emanat: ex lib. manuscripto Germanico cuiusdam Empirici. ℞ rhabarbari ℥

ij.ſcindatur in taleolas, huic adde camphoræ ℥i.ſ.ponantur hæc in ſcutellam, è ſtanno, quibus affunde cyathum communem olei oliuarum, & inſoletur diebus 14.

Balſamum expertum aliud, ex eodem libro. ℞ vitrum quod ſemimenſuram capiat, repleatur ſpica nardi, & affunde dimidiam menſuram olei communis boni, ſtent per menſem in loco calido, ſemper agitando. Poſtea adde olei violacei vncias ij. olei ſpicæ tantundem, olei camomelini, olei roſacei ana ℥ ij. commiſceantur omnia, & per menſem ſtent.

Aliud non contemnendum eiuſdem. Recipe galbani, ammoniaci, bdellij, ſingulorum ℥ ſ. myrrhæ electæ, maſticis, thuris albi, ana ℥ ſ. infundantur omnia per triduum in aceto fortiſſimo, & diſſoluantur: deinde ponantur in peluim intus vitro obductum, & carbonibus imponatur ſine flamma, iiſq; adijce terebinthinæ ℥ ij. & olei communis ℔.ij. ſ. decoquantur ſimul, agitando, donec fæces fundo adhæreant. Quo facto, adde viridis æris triti ℥ ſ. & ab igne depone, & refrigeratum vbi fuerit, coletur per pannum & ſeruetur in vitro. Valet ad omnia vulnera, madefactis licinijs & impoſitis.

Aliud Balſamum nobile. ℞ lib. ſ. olei communis, cui commiſce violas in vitro, & inſolentur, & idem facito cum floribus geniſtæ, & eiuſdem folijs. Poſt accipe galbani ʒ ij. ſ. bdellij,

bdellij, ammoniaci, myrrhæ ana ℥ ſ. maſticis ʒ ij. gummi omne in aceto diſſoluatur, poſtea accipiantur flores, cum ſuis oleis, & colentur in ollam inuitrcatam, & eam carbonibus impone, & vbi oleum incaluerit, adijce terebinthinam calefactam, & gummina diſſoluta continuo agitando ne adurantur, cauendo ne exundet. Tum accipe viridis æris triti ſubtiliter ℥ ſ. aut drach. vj. & impone, rurſus igni admouenda, poſtea ſerua in vitro.

Aliud ad membra cõtracta, Theophraſti. ℞ terebinthinæ deſtillatæ ℔. j. gummi galbani, diptamni ℔. ſ. miſce, & adde olei laurini ℥ j fiat balſamum, cum quo inungantur membra contracta, per menſes multos. Item oleum benedictum mixtum cum pinguedine taxi, & eo vngantur membra.

Aliud eiuſdem ad vulnera. ℞ olei oliuæ ℔. j. hypericonis, betonicæ, centaurij, prunellæ, ana M. j. contundantur & miſceantur, deſtillentur ad ſolem per æſtatem, deinde exprimẽ, & ſerua: nobilius non extat ad vulnera, nam curat ſola inunctione mane & ſero, ſine omni alio medicamine, humores expellit, & omne contrarium, plus quam dicendum eſt, & quæcunque factu ſunt impoſſibilia, huius beneficio perficiuntur: pro omni incarnatione, conſolidatione, tam in fracturis, quàm in contuſionibus & ſimilibus.

DE OLEIS EX *floribus.*

OLeum de ſpica fit, ſi maceretur in vino, & deſtilletur, primo oleum ſequitur, cum alioquin aqua deſtillatione (in arena puto) ſeparetur. Renibus inunctum, gonorrhœam ſanat. Amicus quidam vxori ſuæ ſubinde valetudinarię, olei de ſpica deſtillati guttas ij. ex vino propinauit, bibit illa, & de vita periclitata, multos lumbricos excreuit.

Oleum de ſpica nardi vulgari, quod ex Gallia affertur, Braſſauolus commendat: ineptius verò eſſe ait, quod in Italia quidam ex lauendula parant: id, inquit, nonnulli balſaminum vocant, & pro opobalſamo vtuntur. De oleo de ſpica quo balſami loco vtuntur plerique, eiúsque facultatibus, dictum eſt ſupra.

Oleum de floribus verbaſci fit, floribus contritis, poſitiſq; in vitro benè obturato ad ſolem, per quinq; aut ſex ſeptimanas: hoc oleum vtile eſt ad guttam in membris, vulgo gſtichte. Curat etiam vulnera recentia, & ſi temperetur oleo oliuarum, ad multa vtile erit. Oportet autem flores cum ſucci fuerint colligere.

Oleum factum ex floribus tapſi barbati cum oleo & vino, ſoliq; expoſitum, vel in duplici vaſe decoctũ, ſicut oleum hypericonis, valet in dolore ſciatico.

Oleum hyperici calidum eſt & ſiccum, ſtipti-

ſtipticum, ob id vulnera inciſorum neruorũ, & combuſtionem ignis couſolidat: ſedat dolores femoris, & veſicæ, & vrinam mouet. Confectio eius hæc eſt, ex Adami Loniceri naturali hiſtoria. ℞ ſummitatũ hyperici iam iam matureſcentis ℥ iij. macerentur in vino odorifero diebus tribus, bulliant deinde in vaſe duplici, obturato orificio vaſis: hinc exprime & recentis hyperici par pondus iniice, & iterum macera, & coque, & exprime, idque tertio facito, & ſi vinum minuatur, aliquid adde: ℞ deinde terebinthinæ claræ ℥ iij. olei veteris clari ℥ vj. coquantur in vaſe duplici ad vini conſumptionem, poſtea exprime, & à ſedimento purgatum oleum repone.

Oleum hyperici Iohan. Tanwyler iunioris, Chirurgi Auguſtæ. ℞ florum hyperici ℥ iiij. infundantur in vino rubro per dies 14. poſtea bulliant modicum, & alia vice ponantur, florum hyperici ℥ iiij. olei optimi ℔. ſ. ſtent rurſus octo dies infuſa, deinde cola & adde ſucci millefolij. ℥ ij. vermium terreſtriũ ℥ ij. terebinthinæ ℥ j. & ſ. croci ʒ ſ. maſtiches ʒ vj. myrrhæ, olibani ana ʒ ij. opopanacis, ſarcocollæ ana ʒ ij. ſ. rubiæ tinctorum ʒ iij. bulliant omnia ad conſumptionem vini & ſucci, fiat oleum ſecundum artem.

Oleum hypericonis compoſitum, Leonhart. Fierauanti, valet mirabili modo in vulneribus, maximè partium neruoſarum, con-

ſolidat, & cicatricem inducit ſine veſtigio. Qui febre peſtilentiali fuerit affectus, vnctus toto corpore, hoc oleo curatur. Hypericon ſumatur cum folijs, ramulis, floribus & radicibus, & in mortario contundatur, poſtea vino optimo maceretur vnà cum oleo communi, vt cooperiatur herba, & in Sole ſtent Iunio & Iulio menſibus. Poſtea accipe hypericon cum ſeminibus maturis, rurſus in mortario contundatur, & in oleo communi infundatur: quantitas autem hypericonis ſit, primo ℔. ij. & poſtea cum ſeminibus ſimiliter ℔. ij. & omnibus in bocia vitrea poſitis, adde terebinthinæ ℥ vj. croci drach. iiij. myrrhæ vncias ij. nucis moſchatæ vncias iij. viticellæ vncias v. betonicæ, millefolij, roſarum ana vncias iiij. Quibus omnibus in cucurbita exiſtentibus, olei communis quantitas ſit ℔. x. Vbi igni applicueris, tum adde ceræ flauæ, reſinæ pini, ana ℥ vj. in balneo Mariæ decoquantur, cum ſuo capitello, & recipiente optime obturato. Signum autem perfectæ decoctionis eſt, quando nihil amplius deſtillat, id quod viginti circiter horis fit: tunc extrahe bociam & adhuc calidum colato, & in vitro ſerua diligenter. Vſus eius eſt, vt ſit calidum, & vulneribus tantum in ſuperficie impone, &c.

Oleum hypericonis multis licet fiat modis, hic tamen eſt perfectiſſimus, ex Fallopij ſe-

pij secretis Italicis. Accipe bdellij, opopanacis, galbani, serapini, gummi elemi, ana drachmam j. terebinthinæ, resinæ pini, masticis, ana vnciam j. vermium terrestrium vino ablutorum vncias ij. antimonij, florum & foliorum hypericonis, plantaginis, vtriusque consolidæ, vtriusque centaurij, millefolij, caudæ equinæ, ana ℥ iij. ponantur omnia in vas vitreum cum oleo communi, aut, quod melius est, rosato, vt cooperiantur, & ponantur ad Solem per dies quindecim. Postea in retorta, lento igne extrahatur primo aqua, ac tandem fortiori igne, & permutato recipiente, colligatur oleum. Post destillationem peractam, aqua & oleum simul ebulliant per horæ spacium. Postea accipias rubiæ tinctorum vnciam vnam, granæ finæ vnciam semis, croci drachmas ij. & florum hypericonis Manipul. & in priore vase, quo insolatæ sunt, coniungantur. Ex his si volueris oleum pretiosissimum parare, defode in terram per mēses sex, tum habebis oleum ad omnia vulnera vtilissimum: dolorem sedat vulnerum, exiccat, abstergit, confortat, & præcipue vulneribus neruorum vtile est. Vsus est eius, vt calidè apponatur.

Eiusdem authoris compositio alia magistralis, pro vulneribus. Olei communis, dulcis, & grati saporis quantum placuerit, in eo maceretur hypericon cum flori-

bus & ſeminibus tandiu , quoad oleum ru-
brum colorem contraxerit, poſtea his adde,
terebinthinæ ℥ j. pro libra olei , nucis mo-
ſchatæ, croci, belzoimi ana ʒ j. pro olei ℔. j.
axungiæ porcinæ ℥ iij. millefolij. roſ. rub. con
ſolidę maioris, cumini, ana ℥ j. ſ. pro olei ℔.
j. vini optimi ℥ ij. pro ℔. olei, ſtent hæc in in
fuſione per menſem , poſtea in cucurbita vi-
trea decoquantur in balneo ad conſumptio-
nem vini, & herbarum exiccationem, tum co
lato, & ſeruato in vitro optimè clauſo. Hoc
oleum mirabile eſt in vulneribus , ſi calidè
cum petia imponatur. Valet contra venena,
& petechias.

Oleum ex floribus mali arantij. ℞ ſemi-
num melonum benè contuſorum q. u. horum
pars ponatur in vaſculo vitreato, aut vitreo,
ac ſuperponantur flores arantiorum, tum rur
ſus cooperiantur ſeminibus melonum. Qui-
bus factis, ſtent per diem, craſtino flores abij
ciantur, & ſeminibus, recentes flores, prædi-
cto modo addantur. Sicq; ſingulis diebus flo-
res permutentur. Tandem ſemina, florum a-
rantiorum facultatibus & odore imbuta , in
ſacco lineo , aqua roſacea prius madefacto
exprimantur, & oleum ſeruetur.

Oleum ex floribus roſarum Damaſcena-
rum. ℞ amygdalarum cultro excorticatarũ
q. u. ſecentur in partes, & fiat, vt cum oleo ex
floribus arantiorum dictum eſt, & poſtea o-
leum exprimatur.

Oleum

Oleum ex floribus iasmini, fit eodem modo, quo præcedens.

Oleum rosatum ex insolatione fit ad hunc modum, vt docet Rogerius Tract.4. cap.8. Accipe flores rosarum viridium, & repleatur phiala floribus & oleo, ita quod pro lib.j. rosarum, sint duæ lib. olei, obturetur vas & exponatur Soli per dies 40. & singulis diebus moueatur semel. Post huiusmodi decoctionem, coletur per pannum album, & oleum super aquã frigidam proijciatur, & moueatur cum virga corili excoriata, & iterũ ponatur in aliam aquam frigidam & moueatur, & ita fiat decies, ex ista enim lauatura maiorem acquirit frigiditatem, & minorem siccitatem. Quare magis infrigidat & humectat. Itẽ ponatur in phiala vitrea & apponatur Soli, vsque quo humiditas quæ poros intrat consumatur. In frigida regione, vbi ex lento calore aeris non potest decoqui, ponatur in vas plenũ aqua & bulliat per ij. vel per iij. dies ad tertiam partem olei: & si non habeas oleum oliuarum, extrahes oleum de nucibus recentibus excorticatis, & fiat oleum rosaceum vel excorticentur nuces veteres, & infundantur per duos dies in aqua frigida, deinde extrahatur oleum. Vnde dico quod lac nucum recentium, potest dari febricitantibus continuè, in frigida regione, sicut lac amygdalarum in calida. Specialia huius olei sunt: si fiat inunctio febricitantibus conti-

nue, vel interpolatè, circa frontem & tempora, & volas manuum, & pedum, & super venas pulsatiles, dolorem reprimit, calorem alterat, somnum inducit, sed hoc non debet fieri die critico, vbi speras de vniuersali vel particulari. Singulare, terantur vitella ouorum cum oleo rasaceo, & fiat emplastrum super regionem hepatis, vel super ignitum apostema, vna vel altera appositione, dolorem mitigat, & fumositatem & acumen materiæ obtundit, locum detumescere facit, ruborem à loco remouet. Item mixtum cum æquali pondere succi plantaginis pro clystere in dysenteria: potêter vulnera cicatrisat, dolorem mitigat reprimendo materiam.

Hæc modo posita olea, licet citra destillationem, sed vel per expressionem, vel insolationem parentur, omittere nolui, quod tùm faciles, tùm verò egregij & industrij videantur modi, & olea sic parata, ad hominum vtilitatem sint comparata.

Oleum violaceum è violis, eodem modo fit, quo oleum rosaceum (ex Rogerio) & ad eadem valet ad quæ rosaceũ, sed hoc insuper laxatiuum est, cum aliud sit constrictiuum. Si cum æquali pondere succi mercurialis per clysterem inijciatur, in acutis, continuis, & interpolatis, suauiter emollit intestina, & suauiter superfluitates expellit, Rogerius.

Oleum ad faciei maculas quas lentigines voca-

vocamus. ℞ florum rorismarini quantitas debita, & in vitreo vase recondito, sub fimo à pluuia tuto, diebus triginta seruetur, quodque liquatū erit, soli diebus nouem exponatur, puluere polypodij commixto, quantum tribus digitis capi potest, de quo singulo die per mensem sumatur.

Oleum ex floribus rorismarini non destillatum, fit secundum sequentem modum ex libro quodam manuscripto Italico meo. Florum rorismarini, accipias bonam quantitatem, & pone in ollam fortiter comprimendo cum bacculo. Post superaffunde olei oliuarum quod satis est, vt reliqua pars ollę vacua relinquatur, tum claude diligenter ollam cum pasta, ne quid respiret. Quo facto sepeliatur in fimo benè calido, non ex fœno facto, ita vt super se habeat trium digitorum altitudine fimum, per dies quadraginta, tum extrahe & serua. Cum vsus eius fuerit colato oleum. Valet doloribus lumborum, ischij, brachiorum, & aliarum partium. Est ad hunc modum paratum, à comite de Alta Villa.

DE OLEIS EX *seminibus.*

QVoniam vt aromata quædam, ita omnium vmbelliferarū herbarum semina ferè, constant magna ex parte, calida, tenui, & aërea substantia: ideò necesse

est, aliquid de oleaginosa substantia habeant. Nam talem habet mixturam propemodũ omne oleum. Destillantur autẽ ex seminibus, tam calidis quàm frigidis olea, hoc modo.

Eliciuntur hæc olea per destillationem in arena, ita vt tusa semina inijciantur in cucurbitam vitream, luto intectam optimè. Vna autem vice vnciæ sex, vel septem, vel octo inijciantur seminis alicuius triti, secundum capacitatem cucurbitæ. Affundantur his singulis vicibus, quinque, aut sex, aut septem libræ aquæ clarissimæ, ac misceto diligenter. Quod si ita diligenter permixta, in infusione, loco aliquo calido, dies aliquot, vel octo, vel decem, seu digerenda aut putrefacienda, aut infusa, stare permiseris, pone deinde cucurbitam in capellam aptã fornaci, & arena imple capellam, & cucurbita fundum non attingat, sed intersit vndique arena. Et destilletur oleum eo modo, & ijsdem vasis, vt inferius docebimus, vbi agemus de destillãdis oleis ex lignis & aromatibus. Hoc tantum monendum, vt ignis lentus succendatur, & videas ne nimium insurgat & ebulliat in alembicum, quod in cucurbita continetur. Semina enim quædam, vt anisum, propter raritatem substantiæ suæ, simulq; viscosum quod habent, largiter ebulliũt: ideo nõ statim alembicũ imponere debemus; sed posteaquã bullas excitari videas, & vaporẽ sursum ferri, depone alembicũ & immisso bacillo, agita.

Ita

Ita resoluetur in vaporem spuma, quę postea mediocri igne moderari, compesci, & excitari iuxta libitum potest. Quo facto impone rursus alembicum euestigio & circumline commissuram luto, & destilla, donec conieceris nullum amplius intus contineri oleum, quod visu statim percipies & gustu. Nam cũ gustu destillantes guttæ nullum amplius resipient manifestam iniecti aromatis qualitatem, desistendum est, ne materia in fundo cucurbitæ adhæreat & exuratur, ex Cordo.

Oleorum ex seminibus, vt fœniculi, anisi, &c. præparatio ad hunc modum fit, vt ex literis, Germanica lingua scriptis ad Gesnerum, collegi. Primo accipio, inquit, semina ea quantitate quæ placuerit, verũ semper ℔. quinq; aut sex, ea ego contundo grosso modo, videndo ne vllum integrum semen relinquatur, & in cucurbitam pono. Huic affundo aquam feruentissimam vt cooperiatur semen, & imposito alembico, optimè & rostrum & iuncturam, ne quid transpiret, obstruo, sic putrefiant, tribus aut quatuor diebus; postea lento igne destillo, & sequetur oleum limpidum, (dummodo aqua per quam transit, sit valde frigida) vt vidisti. Hoc tamen est animaduersione dignissimum, quod oleum anisi, æstatis tempore destillari planè nequeat, propterea quod spiritus eius plus satis sint subtiles, & multò ipsis fœniculi subtiliores, qui per calorẽ euaporant, vt vt lente

deſtillationem ſuſcipias, ignemq́ regas: ſed tempus deſtillationis cõmodiſſimum eſt hybernum, quò enim aer fuerit frigidior, eò citius, vbi in recipientẽ extillarit, coagulatur, inſtar camphoræ. Vbi poſtea per pannum nitidum colaueris, aquoſitas omnis perfluit, oleum verò in panno relinquitur, quod poſtea in amplo vitro diſſoluo in hypocauſto, & phlegma facilè ſeparatur.

In deſtillandis huiuſmodi oleis, primo eſt ſciendum, quod pro vice vltra libræ dimidiæ pondus deſtillari non debet. Deinde, vt materia deſtillanda, in mortario contundatur groſſo modo, non in puluerẽ ſubtilem. Huic materiæ affunditur aquæ puræ quantitas debita, vt ſupereminecat, & commiſcentur ſimul in cucurbita cuprea, cum alembico eiuſdem materiæ, quæ in iunctura perlutantur, ne ſpiritibus detur exitus. Deſtillatio fieri debet per vas aqua frigida plenum, tranſeunte canale ſtanneo vel plumbeo, ne oleum aduratur. Quibus paratis ignis ſuccenditur lentè vſq; dum incaleſcat fornax, tũ augetur ignis, magis magiſq́, vt deſtillare incipiat, ita enim cum aqua oleum deſtillat, quod ſecundum artem eſt ſeparandum. Vbi cœperit deſtillare, poteſt de igne detrahi nonnihil & obſeruari, vtrum in eo tenore igne exiſtente, nihilominus deſtillatio pergat, tum relinquendus eo vigore ignis & conſeruandus: ſin minus, eidem adijciatur. Tertio eſt intelligendum, oleum

oleum quod primo deſtillat, omnium eſſe effi-cacifsimum, ideóq; ſecundo vel tertio permutari recipiens poterit. Ferè intra horæ ſpacium, ℥ ſ deſtillari poteſt. Vbi in cucurbita nihil ſupererit, nihil quoq; deſtillabit amplius, ſicq; finitum erit opus.

Aniſi oleum hoc modo fit. ℞ aniſi, (eſt autem hæc forma communis, ad reliqua quoq; ex ſeminibus, deſtillanda olea) ℔. j. pone in cornutam, cum ſuo recipiente, in furo cinerum, lentiſſimo igne, labijs benè ſigillatis, deſtilla, & aquam & oleum ſimul accipies. Aquam per reuolutionem extrahes, remanebitq; oleum, cuius ad colicam paſſionem & dolorem inteſtinorum vſus eſt. Cæterum ex aqua fit electuarium cum ſaccharo, id poſt prandium, vel cœnam poteſt exhiberi, tabula j. Stomachum & digeſtionem roborat, flatus diſcutit. Prodeſt quocunque, tempore ſumptum, ſed in aurora præcipuè, confert pulmonibus, tuſsientibus, obſtructionibus, choleræ, & ſanat partes internas. Vſus eius in guttis eſt.

Aniſi oleũ multò eſt, quam ipſum aniſum, in agendo fortius. Etenim naturalis calor, nunquam ita exactè poteſt, de aniſo integro, veram ſubſtantiã elicere, aut ſeparare, ac ipſa artificioſa præparatio poteſt, & humana induſtria. Quemadmodum enim omnis cibus ſiquidem innoxiè ſumi debeat, præparatione externa indiget, ita etiam neceſſe eſt,

in medicamentis fieri, vt ſubtiliores partes à craſſioribus ſeparentur, priuſquam intra corpus ſumantur, ita enim facilius poteſt, quodcunque medicamentum, in corpore actionem propriam perficere ſine noxia. Vſus huius olei eſt in vertigine, aſthmate ex catarrho ſuffocatiuo, in ſtomachi debilitate & ventroſitate, in hydrope, & alijs morbis frigidis & à flatibus excitatis. Valet autem præcipuè membris exanguibus & neruoſis, vt ſtomacho, venis, veſicæ, vtero fluxum vteri album exiccat. Sumi poteſt per guttas, dando aliquos eius in vino, in iuſculis, mane, & tempore neceſſitatis.

Oleum fœniculi capiti conducit, præcipuè autem oculis, renibus, veſicæ: fieri ex eo tabellæ poſſunt, ad eoſdem vſus, aut per ſe quocunq; tempore, mane & veſperi aliquot guttæ ſumi poſſunt. Fit autem hoc oleum, ex ſemine ſicco extractum, ſine vlla alia additione, perquam odoratum & ſuaue, vt ipſe guſtaui; colore autem eſt album, quod primo deſtillat.

Cumini oleum, vtile eſt vulneribus ad lienem pertingentibus, inflationibus corporis ex frigiditate, quæ aliquando cauſa exiſtit, cur vrina retineatur, ad hūc vſum gutta vna, aut altera, in aqua filicis ſumi poteſt, aut etiā in tabellis, ſi cum eo fiant.

Oleum ex ſeminibus hyoſcyami, eodem quo roſaceum oleum, modo paratum, ex

præſcripto

præſcripto Rogerij, idem valet, quod oleum ex pomis mandragorę. Valet in arthritica calida, dolorem mediocriter reprimendo, & ſtuporem inducendo: in arſuris & in excoriationibus, ſubtilem cicatricem facere poteſt, & arſuras mitigare, Idem.

Aliter fit, & fortius in prædictis arſuris operatur. Accipe in vigilia Iohannis Baptiſtę, ſummitates flores, & folia, & impleatur noua olla, inferius habens anguſtum foramen, & cooperiatur os ollæ ſuperius, & tũc ſupponatur alia olla, & ligetur fundus ſuperioris, cum ore inferioris, cum argilla, & tunc ſepeliatur ſub terra, & fit ibi per annum, & facta anni reuolutione extrahatur, & in inferiori olla inuenietur oleum clarum, quod per calorem fumoſitatum terræ, extrahitur ab hyoſcyamo. Modus hic habetur perfectior in deſcriptione olei ex baccis hederæ. (Aliâs relinquitur in terra per ſpacium ſex menſium.) Hoc inunguntur membra, ex diuturnis defluxionibus laborantia.

Oleum compoſitum ex ſeminibus, ſoporiferum. ℞ ſem. lolij, hyoſcyami, papaueris albi & nigri, ſeminis lactucæ & ſeminis portulacæ, de vno quoque P. iiij. ſeminis fabæ inuerſæ, quæ telephium eſt, P. ij. elambicentur omnia, quod ſtillauerit detur ad pondus ℈ ij. cum modico opij.

DE OLEIS EX *fructibus.*

OLeum è baccis iuniperi, destillatur eô modo, quo aqua vitæ, affundendo aquam citò & facilè stillat. Primo quidem oleum, deinde vero aqua, quemadmodum quando spica destillatur. Oportet autem prius baccas contundere. Quidam destillant etiam in bocia. Valet ad multa, ad tormina, ad pus virgæ, quod est quasi gonorrhæa, ad colli dolores ex catarrho. Agyrtæ mira de eo prædicant, quæ legi apud eos possunt, si quis velit. Modus autem quo destillari debet, est. Accipio modium baccis iuniperi plenũ, quas contundo minutissimè, iisq; affundo aquam puram, ea quantitate, vt optimè cooperiantur, postea in aheno cupreo, velut hoc est, in quo aqua vitę destillatur, vna cum carnali cupreo per aquam frigidã tránseunte, destillo, canali adapto recipiens magnum, quod quatuor mensuras pösit capere, & sic destillat oleum cum aqua. Verùm aliud instrumentum capitello adaptatũ habeo, aqua frigida plenum, ad refrigerandos spiritus ne adurantur. Ex prædicta baccarum quantitate, supra vncias iij. olei non extraho.

Per expresionem quoque hoc modo non malè olium extrahimus. ℞ baccas iuniperi contusas, mixtas primum aqua ardente, dein de etiam oleo oliuarum: bulliant parum, vel saltem simul maneant, sæpe agitando spatula, per

la, per dies octo, in cucurbita ad fornacem, tum exprime prælo: & oleum ſupernatans collige: potes etiam angelicam, vel aliquid aliud addere prius contuſum.

Poma mandragoræ per partes diuidãtur, & decoquantur in oleo, in duplici vaſe, in frigida regione, vt de oleo roſaceo ex Rogerio dictum eſt, vel ad ſolem. Olei huius ſpecialia ſunt in febribus continuis & interpolatis, eadem, quę & olei roſacei: ſed quia iſtud oleum narcoticũ eſt & fortius alterat, quàm oleum roſaceum, debet reprimi cum lacte mulieris mixto: valet idem contra guttam calidam & podagram, Rogerius.

Oleum è baccis lauri, multis modis fieri docet Rogerius. Accipe baccas virides, terantur, & decoquantur in oleo, & colentur. Aut accipe baccas lauri maturas, easqúe teras, & cum folijs decoquantur, & colentur. Aut terantur baccæ lauri, & infundantur in vino, & dimittantur computreſcere per iij. dies, & tunc ponantur in torculari, & fit oleum. Aut terantur baccæ lauri recentes, & maturæ, & ponantur in ſacculo, & oleum extrahatur. Valet contra colicam & iliacam & ſciaticam paſſionem.

Oleum è baccis hederæ, ijſdem modis fit, quibus oleum è baccis lauri, valet contra cauſas frigidas, in primis contra arthriticam frigidam. Vnde dico, (inquit Rogerius) quod quicquid in hedera eſt, valet contra

artheticam, vnde oleum, quod fortius operatur sic fit de hedera. Accipe ligna ſicca hederæ, & grana, & gummi, ſi poteris habere, & fruſtatim decíſa, ponantur in vas terreum perforatum in fundo, duobus vel tribus locis, & tunc ſupponatur alia olla, & ponatur in terra, & ligetur fundus ſuperioris, cum orificio ſuperioris, benè ſigillabis cum argilla vel paſta, & ita diſponantur, vt olla ſuperior tota ſit ſuper terram, cooperto orificio, & fiat ignis circunquaq; & deſtillabit oleum nigrum in vas inferius.

Oleum rapum per expreſſionem. Rapæ partem internam excauato, ſeruato operculo, partem vacuam oleo communi repleto, & clauſo orificio impone cineribus calidis prius inuolutum ſtuppis madefactis, & cum paucis carbonibus per horam dimidiam ibi relinquito: tum auferas, & remoto operculo, oleum colatum ſeruetur, ac ſimul etiam rapa per pannum exprimatur lineum. Valet ad manuum ſciſſuras, & rimas ex frigore. E lib. manuſcripto.

E nucleis pineis, vidi quandoq; oleum (per deſcenſum) extrahi, ad erugandas mulierum cutes, Manardus.

Oleum è cepa & theriaca, ſudorem euocans in peſte. Accipiatur cepa alba, in medio euacua, cuius vacuitas theriaca impleatur, & foramine obturato, circundata panno lineo madente, per horæ dimidium cineribus calidis

lidis obruta, alembico destilletur, & liquoris stillatitij, dentur patienti ℥ ij. Idem efficiunt, liquoris stillatitij nucum viridium, vnciæ vj. Fumanellus.

DE OLEIS EX AROMATIBVS:

Cinnamomi verò oleum vel aquam, inferius inter cortices quære.

GEnerale hoc præceptum, obseruandum est in destillatione omniū penè aromatum. Aromata quæcunq; volueris, contunde in puluerem, & superaffunde aquam fontanam, quæ vbi colorata fuerit effundatur in aliud vitrū, & noua aromatibus affundatur, idq; tandiu, donec aqua nullo colore inficiatur, postea destilla in balneo Mariæ, & separa aquam ab oleo, G. Rast. Sed & aquæ, & olea, quæ ex aromatibus parantur, fieri debent per infusionem in aqua simplici, non in vino, aut aqua vitæ: quia illa cito ascendunt, nec ferunt secum aromatum vim: aqua autem, non sine aromate ascendit. Et in vniuersum huc sunt transferenda, quæ supra, inter olea ex seminibus, à principio obseruanda diximus.

Oleum è caryophyllis, nuce moschata, pipere, macere, & cinnamomo, fiunt contusis aromatibus, & in cucurbitam vitream aut cupream perlutatam impositis, cum

alembico, & destillabis cum refrigeratorio, ita ascendet cum aqua oleum, quod postea separabis, oleũ enim semper supernatat aquæ, præter quam oleum caryophyllorum, quod fundum petit.

Oleum nucis moschatæ ad imitationem huius generalis regulæ, benè præparare docet quidam incertus. Recipe tertiam aut quartam partem aquæ vitæ destillatæ, & nuces moschatas minutim conscinde, imponantur bociæ omnia, ita vt per tres digitos aqua vitæ, nucis moschatæ partes cooperiantur, relinquantur in infusione horis viginti quatuor, & aqua vitæ colorem flauum acquiret, quam in aliud vitrum effunde: tunc aliam aquam vitæ de nouo affunde, vt prius, idqúe repetito toties, quoad colore non inficiat aquam vitæ. Quo facto, aquam vitæ sic coloratam omnem, in bocia, in balneo Mariæ secundum artem destilla, vt ascendat aqua vitæ, & oleum nucis moschatæ remaneat in priore bocia in fundo, & sic habebis oleum nucis moschatæ paratum. Eodem penitus modo, potest ex omnibus aromatibus oleum destillari.

Vidi, inquit quidam ex Gesneri amicis, destillationem olei nucis moschatæ, factum oleum odoratissimum, & in magna copia ab Alchymista, in hunc modum. Accepit nuces moschatas & puluerizauit, & affudit duas

duas mensuras aquæ simplicis, posuit in cucurbita vitrea luto sapientiæ optimè perlutata. (Lutum autem erat factum ex simplici luto, cui permixta erat lana, quæ de pannis detonsa erat,) vt solent ij cucurbitas perlutare, qui aquam fortem parant, postea capitello imposito, eodem luto perlutauit, similiter & recipientem (tantum in iunctura) ne spiritus euanescerent. Tum ita ad ignem posuit, & primo fecit ignem lentum, secundo maiorem, tertio fortem, eo modo quo solent aquam fortem destillare: & factum profectò est oleum optimum, supernatans aquæ in recipiente, quod collegit, & erat magnæ virtutis.

Oleum macis, calidæ est facultatis, ideóque commodus eius vsus est in colica à causa frigida, & à catarrho à capite descendente: confortat cor, ventriculum, & matricem. In primis maximum auxilium sensi huius olei, in tremoribus cordis ex timore, aut ex vesicæ obstructione, aut matrice: valet in stranguria, & quicunque à frigiditate ortum habuerint, morbi. Possunt eius tres vel quatuor guttæ, per os sumi, in cochleari ferreo, cum offa, aut in primo haustu vini, Incert. ex Germanico.

Oleum ex macere fieri potest per expressionem, eo modo, quo dicetur inferius, in ratione parandi oleum caryophyllorum.

Oleum è pipere destillatum, omnibus facultatibus, quibus & ipsum piper, præditum est, nisi quod ignea illa vis, quam linguæ imprimit piper, in oleo eiusmodi non sentitur. Est enim oleum piperis nihil aliud, quam elementum aereum separatum à reliquis elementis, quemadmodum etiam in oleo vitrioli & sulphuris destillato, idem probauimus. Eodem planè modo oleum piperinum, à suo igne est separatum, & maioribus facultatibus ipso pipere constat, penetrandi facultatem habet eximiam. In colicis & partibus multa tenaci pituita & lenta repletis, dantur duæ vel tres eius guttæ cum iusculo, ad incidendam eam, & dissipandam. Exhibui, inquit quidam, in tertiana febre, post purgationem & venæ sectionem, dando huius olei guttas tres cum scrupulo vno miuæ, duabus horis ante paroxysmum, frigus & tremorem ipsamq; etiam febrem prohibuit inuadere, si non prima vice, at saltem secunda.

Oleum de caryophyllis, paratur vt & oleum de baccis iuniperi, non vt oleum cinnamomi. Multò citius & facilius oleum habebitur, si cum aquis destillatio fiat, vt pluuiali vel lacustri, aut alijs mollioribus. Humiditatis præterea multò plus habent caryophylli, quam cinnamomum habeat. Sunt nonnulli qui per expressionem ita parent.

Accipe caryophyllorum quantum videbitur, piſtentur groſſo modo, & macerentur in aqua roſacea tandiu, quoad facultates caryophyllorũ penitus aqua extraxerit. Tum accipe amygdalas decorticatas cultro, incide leuiter eaſq; in prædictam aquam impone, vt odorem & ſaporem caryophyllorum imbibant, tum exiccentur ſeorſim quibus exiccatis rurſus in eandem aquam ponantur, denuo qúe exiccentur, idqúe eſt quater reiterandum. Tum demum oleum exprimendum, quod vbi expreſſum fuerit, in ſole rectificetur. Et hoc quoque modo multa alia olea non incommodè fieri poſſunt, vt ex muſco, ambra, belzoimo, ſtorace, cinnamomo, macere. Ex lib. manuſcripto meo.

Oleum caryophyllorum vt & ipſi caryophylli, calidum eſt & ſiccum, tertio gradu, confert ſtomacho, hepati, cordi, diarrhϾ à cauſa frigida, & ſtomachi morbis omnibus frigidis. Spiritus melancholicos diſsipant, & clarificant craſſos illi: ſed oleum hæc omnia multò præſtat efficacius, & quod verè affirmare poſſum, omnes virtutes habet balſami. Extrinſecus vulnera recentia ſanat. Vulnerum ſanguinem fluentem & aquam ſiſtit. Intrinſecus partes naturales confortat, ſanguinem melancholicum purgat, confortat cor & caput, præſertim conuenit vertigini, & debilitati viſus, ſi mane tres vel qua

quor guttæ à ieiunis in cochleari cum offa, aut vino sumantur.

De oleo caryophyllorum, inquit alius, hoc affirmare ausim, quòd balsami virtutes obtinet. Vidi inquit, vulnus eo, per Ioachimum Rhœticum, absque suitione coniunctum atque conglutinatum fuisse. Taceo reliquas effectiones, quas in corroborando, & restaurando collapsas vires potissimum obtinet. Oleum caryophyllorum haustum, quantitate duarum aut trium guttarum in brodio seu iusculo caponum, valet in colica, & vteri suffocationibus. Tabellæ ex oleo caryophyllorum paratæ, manéque & sero comestæ, capiti conferunt robur, & catarrhos sistunt.

DE OLEIS E GVMMIS,
lachrymis, seu liquoribus densatis, & resinis.

Olea de gummis seu lachrymis sic destillari possunt: Accipe de gummis, quantum videbitur, pone in cornutam in cinere, primum igne lento, deinde sensim aucto, donec nihil destillat amplius, & oleum extrahe, quod sic rectificandum est: Recipe aliam cornutam mundam & impone oleum, deinde lentissimo igne in cineribus destilla, & habe-

& habebis oleum puriſſimum, penetrans, & multo melius poros ſubintrans. Eodem modo rectifica quoq; oleum è lignis, balſamo, & ſeminibus. Lullius gummi & gummoſa deſtillat benè trita, & in agreſtam vel acetum impoſita j. die ante.

Oleum è maſtiche, ſit per deſcenſum, in retorta, ita vt ignis ſupra infráque ſit, & habebis oleum maſticis, quod poſtea rectificetur. Auguſtæ Vindelicorum quidam deſtillat, accipiendo maſtichen integram, & ſolam in retorta lutata, vſque ad partem eminentem extra fornacem, quæ quatuor ventilia habeat, & ſuperius tegatur, lento igne, deſtilletur, balſamum eſt mirificum ad vulnera. Nota, deſtillaui, inquit, quidam ignotus, maſtichen per cannam, ſed quicquã dare noluit, niſi odorem & ſaporem: Fuit tamen ipſa maſtiche, nihilominus leuis & poroſa in fundo. Aqua item, quæ manſit in fundo cucurbitæ, fuit ſubcitrini coloris & ſubamara. Et ſummatim maſtix inter decoquendum deponit virtutem per alembicum, in eam rem, in qua decoquitur. Cum eſſentia, maiorem virtutem præſtet per alembicum.

Confectio olei ex thure & carabe, fortè etiam ex aſſa dulci, camphora, ſtyrace calamitæ, &c. Sume primo bociam perlutatam, haud ita longam, ſed reſecto vtcunque collo,

vt orificium sit amplum (huic enim inserendum aliud) in quam infunde puluerisati thuris, aut carabæ ℔. semis. Deinde habeas aliud vitrum album, cuius generis sunt ea, è quibus bibitur & formam habent mogollæ, (forte boccalis vocati , aut angesteri) in quod infundas aquam calidam, hocqúe imponas priori cucurbitæ, vt in medio consistat erectum. Tum claude cucurbitam suo capitello, in summitate perforato. Foramini adaptato infundibulum , quod foramine paulo altius habeat epistomium, cuius pars angustior, & extrema, vitrum cum calida aqua respiciat. Quo peracto in infundibulum infunde aquam calidam, & aperto epistomio, paulatim nec nisi per guttas, aqua calida in subiectum vitrum destillet, ita regendo, ne inundet vitrum, sic vna cum vapore aquæ calidæ , ascendit in alembicum oleum suauissimum & odoriferum , odore thuris, quod alioquin sine hoc vapore pessime olet.

Iohannes Manardus in epistola de lumbricis 3.1. obseruata à se scribit aduersus lumbricos duo alia simplicia , nempe oleum thuris & vitrioli, arte chymica parata. Priore (inquit) venter inungatur. In secundo valde caute agendum est, ne locus exulceretur, si intrò sumatur: sunt tamen qui ausint eius guttulam potui dare cum melicrato.

Oleum

Oleum myrrhæ, virtutes habet balsami, nam conseruat & tuetur à putrefactione omnia ea, quæ ei imponuntur, similiter faciei inunctum, pulcherrimam conseruat, & faciem iuuenilem conciliat, vulnera citissimè consolidat, & omnes alios morbos internos curat, exhibendo per os ʒ ij. ad aurium surditatem, &c. Accipe myrrhæ electæ & non adulteratæ ℥ vj. aquæ vitæ sine phlegmate, ℥ xij. & hæc duo in bocia vitrea coniunge, quæ in fimo equino calido, diebus sex quiescat. Postea destilla in balneo, vsque quo aqua tota ascenderit, tum in fundo bociæ videbis oleum myrrhæ, quod per pannum lineum est colandum, sicque ad prædicta seruandum. Ad faciei splendorem & colorem conseruandum, sic est procedendum. Fiat decoctum vrticæ in aqua communi, & dum ebullit, vapor in faciem recipiatur, vt sudet, postea exiccetur optimè, & postea statim vnge faciē oleo myrrhæ. Et hic modus est seruandus in inungendis manibus, pectore, & aliis partibus, Leonhardus Fierauanti.

Aliter paratur à quodam, ad dolores podagricos, præmissis vniuersalibus. ℞ oua per decoctionē indurata numero decem, & scindantur per medium, & vitellum extrahe, & eius loco impone myrrham, quantum est medietas vitelli, aut minus. Tum rursus duas partes oui coniunge, & pone in vase vitreato & reconde in cella vinaria, & ibidem

permitte per dies 15. aut plus, & exibit liquor quem ſerua in vaſe vitreo, pro inunctione.

Oleum belzoimum fit, accipiendo tantum aquæ vitæ, quantum eſt belzoimi pulueriſati ſubtiliter, & ponantur in retortam latam, & vna cũ ſuo capitello in iunctura clauſam, deſtillentur in cineribus lento igne, quoad extracta fuerit aqua, quæ reſeruanda eſt ad ſuos vſus. Poſtea fortificetur ignis paulatim, vbi oleum apparuerit, magis magisqúe, vſque quo totum oleum extraxeris. Tandem in fine ſequetur gummi quoddã, inſtar mannæ, quod valet ad faciendam aquam odoriferam, vnà cum aqua puteali, aut roſarum, Fallopius.

℞ belzoimi ℔.j. & ſubtiliter pulueriza, pone in alembicum ad deſtillandum, tunc affunde pulueri, aquæ roſarum ℔.ij. obtura diligenter alembicum, & lento igne ſubtus accenſo primo, quoad aqua cœperit deſtillare, deinde augmentetur paulatim vſque dum oleum conſpexeris. Quo apparente, mutetur recipiens, & fortiori igne elice oleum, quod in Sole rectificandum. Eodem penitus modo deſtillatur oleum ſtyracis calamitæ & liquidæ.

Oleum ladani fit hoc modo, ex præſcripto Falloppij. Ladani puluerizati quantum placuerit pone in vas cupreum inſtagnatum, cui admiſce ℔. j. aut ℔. ſ. aquæ roſarũ, pro quantitate ladani, & olei amygdalarũ dulciũ

medie-

medietatem. Postea capitello eiusdem materiæ cooperi vas, & claude iuncturã, & sic in fornace ebulliat aliquandiu, id quod tuo relinquendum iudicio est, prout enim multa fuerit materia, ita etiam diutius erit coquendum. Antequam auferas materiam, refrigerare permittito, ac tandem serua. Quo autem melius conseruetur, adde aliquid aluminis vsti, aut ambræ.

DE OLEO TEREbinthinæ.

ANtiqui terebinthina ipsa vtebantur, nõ oleo, tamen oleum eius est tenuissima terebinthinæ pars, frigidis neruorũ affectib⁹ conueniens, & omnibus ægritudinibus frigidis ac flatuosis: in asthmate, & anhelitus difficultate mirificũ est, si duæ drachmæ singulo mane sumantur. Est & in empyemate proficuũ, & in omni praua thoracis affectione ex pituita, colicis etiam doloribus, & omnibus flatuosis conuenit, cicatrices decorat & corrigit. Pulcherrimum terebinthinæ oleum est, & paucas fæces in fundo bociæ, post destillationem relinquit, est enim ea ferè tota oleum, & maxima eius pars in oleũ conuertitur. Extrahitur autem oleum, vel extremæ frigiditatis vi, vel extremæ caliditatis, sicut & ex omnibus ferè rebus extrahi potest.

Valet autem terebinthinæ oleum destillatum, penna illitum naribus, ad scabiem, &

& rimas earum, cerebrum hoc modo calefacit & pituitam absque sternutamentis detrahit: sanat & rimas vberum in mulieribus. Ad memoriam, surditatem & spasmum principatum obtinet. Vt vulnera citissimè consolidentur, recipe oleum terebinthinæ & calefactum iuxta ignem, commisce ei viridis æris partem æqualem, & serua vsui, E libro quodam manuscripto insignis empirici.

Modum quendam destillandi oleũ terebinthinæ, vide inter Balsamelæa.

Oleum terebinthinæ simplex multarum facultatum. Accipe terebinthinæ claræ quantum videbitur, & pro qualibet ℔. accipe ℥ iij. cineris, è ligno duro aut forti, & in retorta fornaci accommoda. A principio fiat ignis lentus, ad humiditatis destillationem: postea augeatur ignis ad olei destillationem. Et hoc est oleum simplex, quod simplicia vulnera intra horas 24. sanat. Valet neruis contractis à frigiditate: accipiendo ʒ j. cum vino vrinam mouet, & omnes dissoluit corporis neruositates. Punctiones lateris curat: mirabiliter febribus pestilentibus confert eodem pondere, per os accipiendo, & vngendo stomachi orificium, digestionem promouet, Fallop. Paduæ destillauimus eodem modo, permiscendo lotam arenam, quæ prohiberet ne terebinthina ascenderet, & oleum mirabile in vulneribus experti sumus.


Oleum terebinthinæ compositum, contra

tra ſpaſmum, & alios dolores. ℞ terebinthinæ claræ ℔. j. olei cõmunis ℥ x. thuris, myrrhæ, ſarcocollæ, maſticis, croci, ana ℥ j. panis porcini, caudæ equinæ, rubiæ tinctorum, ana ℥ j. vermium terreſtrium ℥ iij. ponantur omnia in catinum cupreum, & iuxta ignem lentum incorporentur ſimul, ac poſtea in vitrea retorta deſtillentur. Poſt deſtillationem, ſepara aquam ab oleo, & ſerua oleum in vaſe vitreo. Valet hoc mirabiliter contrà ſpaſmum, etiam qui in vulneribus & alijs morbis accidit. Fallop.

Oleum è terebinthina (Larigna) contra contractionem membrorum mirabile, ſi inungantur eo membra, authoris incerti. Sumit autem terebinthinæ partem vnam, vitrioli calcinati partem vnam, pomorum exiccatorum & pulueriſatorum ſine cortice, partem vnam, olei oliuæ partem vnam, laterum exuſtorum partem vnam, pulueriſentur omnia ſubtiliter, & miſceantur, & in olla inuitreata ſtent in loco calido, diebus quatuordecim, ſingulis diebus agitando. Poſtea deſtilletur totum per deſcenſum, in vaſe quã diligentiſſime, trium digitorum craſſitudine perlutato, & exiccato.

Oleum è terebinthina cum ſaluia extrahendũ, ſic fit, quod valet ad paralyſim membrorum, relictam poſt apoplexiam, vel hemiplexiam. Ponatur in cucurbitam vitream, retortam dictam, foliorum ſaluię viridis mi-

nutim incisæ, circiter libram vnam, cui ad-
iunge eam quantitatem terebinthinæ, quæ
sufficiat ad formandam pastam quandam cũ
saluia, vt tractari manibus possit, hoc est, vt
vnius sit tantum, quantum alterius, ita tamẽ,
vt ambo simul mixta non amplius, quàm du-
as tertias retortæ repleant. Retorta ante o-
mnino sit bene perlutata, pro more. Dehinc
venter retortæ in fornace ponatur, vna cum
receptaculo diligenter in iunctura clauso, ne
aliquid respiret. Recipiens sit magnum ca-
pax, & forte, alioquin si nimis paruum fuerit,
propter spirituum vehementiam reclusorum,
facilè rumperetur. Primo procedatur lento i-
gne, in eodemq́ue tam diu perseuerandum, quo
ad omnis humiditas saluiæ destillauerit, po-
stea enim, non est periculum in ignis vehe-
mentia. Interea dum destillatio fit, collum re-
tortæ vehementer calet. Vbi in ea nihil præte
rea contentum fuerit, quàm excrementa sal-
uiæ, & reliquiæ seu fæces terebinthinæ, quæ
nihil aliud, quàm colophonia sunt, collum re
tortæ refrigerabitur, licet vtcunque ignis in-
tendatur, nihil enim amplius ascendit, quod
collum calefacere possit. Verum vt facilius,
minoriq́ue cum periculo, tota perficiatur destil
latio, vtq́ue ignis melius regi pro necessitate
possit, parandæ sunt duæ fornaces iuxta sese,
quarũ altera est pro igne, altera pro retorta:
hæc recipit calorem igneum, per foramen ad
id



id aptum, medium inter vtranque, quod modo claudi, modo aperiri, magis minúsue, pro necessitate potest, beneficio cuiusdam laminæ ferreæ, inter vtrunq; occultatæ. Dum destillatur, vtraque fornax clausa sit necesse est, exceptis quibusdam spiraculis, vt fumo fiat exitus. Hoc oleo membra affecta sunt inungenda mediocriter.

Oleum destillationis picis naualis, inunctum, ad resoluti membri extenuationem valet: neq; enim ita resoluit, sicut pix remanens diu, Incertus.

DE OLEIS EX *corticibus.*

AQua vel oleum cinnamomi, præ cæteris oleis & aquis expetitur, quemadmodum & ipsum cinnamomum, inter reliqua aromata. Cinnamomum ipsum subtilis est caliditatis, conuenit præcipuè hyeme, quod stomachum corroboret, & omnes vitiosas

humiditates mirabiliter diſcutiat, ac ventriculum tueatur ab omni putrefactione: viſum acuit, omnémque obſtructionem venarum aperit, cor mirificè recreat. Oleum verò ex eo deſtillatum, in vniuerſum balſamo naturali reſpondet, intus putrefactionem arcet, extrinſecus omnia recentia vulnera ſiue vlcera conſolidat. Aqua valdè conuenit omnibus morbis frigidis, tum virorum, tum fœminarum, præſertim quibus ſtomachus affectus eſt, ita, vt non appetant. Item cum ſpiritus ſunt debilitati, prodeſt cyathus huius aquæ, cum modico vini maluatici, aut ſucci mali punici, ſumptus, vt ſupra dictum eſt. Homines penè mortuos, vna aut altera gutta in os immiſſa, reficit: animi deliquijs, præſertim quod ſenibus accidit, eſt præſentiſſimum. Ad parturientes vtuntur obſtetrices ac mulierculæ, ſummo cum ſucceſſu. In accelerando, iuuandóq; partu, præſentiſſimum eſt remedium. Modi quibus deſtillatur aqua vel oleũ, ſunt varij, ex quibus aliquot ſubijciam. Quidam in aqua roſacea macerant, alij in vino albo: nonulli in cucurbita perlutata, ſed facilè aduritur. In veſica ſi deſtilletur, magna tantum copia faciendum. Optima ratio in vapore aquæ bullientis. Sed de his omnibus nunc ſatis.

Solebant olim Pharmacopolæ, cinnamomum macerare per aliquot dies, in aqua roſacea, vt quæ cor reſpiceret, atq; viribus quoq; refocil-

refocillandis esset accõmodata, sed quia non parum eius aquæ retinetur odor, vilior aqua à plerisque iudicatur: ideóque melius est, vino albo veteri, odoro, ante destillationem macerare, ita & excellentior & ad penetrandum efficacior fit.

Aquæ cinnamomi parandæ modus, quem accepit à quodam suo amico, huius rei expertissimo. Sumatur cinnamomi electi ℔.j. contundatur, vt per cibrum satis penetrare possit, nec totum in puluerem sit redactũ, & ponatur in cucurbitam, cui affundatur aquæ borraginis, buglossæ, endiuiæ & melissæ anà ℔. ſ. itent in infusione bene obstructo vase, diebus quatuor, vel quinq;. Postea ex hac cucurbita, in cupream cucurbitam effundatur, quam in fornace cum suo capitello & refrigeratorio collocabis; cauendo ne cucurbita nimium igni sit vicina, sed intermedia sit lamina ferrea perforata, vt euentilari ignis, & vapor sursum pelli possit. Primo accendatur ignis lentus, quoad destillatio cœperit, póstea verò augeri potest, vt expeditius destillet. Vbi mensura ita extillarit, remoue hanc, vtpote optimam, nam quæ sequitur, multo hac est inferior, & seruari potest pro nouo cinnamomo in eadem macerando. Eodem modo ex caryophyllis destillari potest. Vbi notandum vt refrigerationis habeatur ratio, vbi siquidem fuerit aqua calidior, illa emittatur statim, & noua adijciatur.

Aquam cinnamomi, si quis destillare volet per vesicam ex cupro factam, vnà cum fistula, per aquam frigidam transeunte, magna quantitas simul erit destillanda, neq; enim facile esset in pauca quantitate. Verùm in cucurbita perlutata, hæc præcipua cura est, ne aduratur in fundo, & aqua inde adustionem redoleat. Quod si ignis fuerit intensior, etiam oleum destillat, eóque magis, si in vino fuerit cinnamomum maceratum. Fit autem aqua in cucurbita destillata colore alba.

Accipio cinnamomi debitam, quam volo quantitatem, & impono cucurbitæ non perlutatæ, vnà cum aqua, aliquot diebus macerandam, postea destillo per vaporem aquæ bullientis, ita vt cucurbita in qua cinnamomũ continetur, aquam non attingat, quemadmodũ docet Manardus, & ita extraxi aquã claram, non turbidam, nec etiam nimium incalescunt spiritus cinnamomi. Interdũ vbi aquam efficaciorem voluero, modicum zingiberis adijcio. Et hoc modo Pharmacopola quidam, aquam cinnamomi destillat.

Alij hunc modum sequuntur. ℞ aquæ partes 16. cinnamomi partem vnam, quod crassiusculè cõminuatur, & in cucurbita bene obturata aliquandiu maceretur, hoc est, tribus vel quatuor, aut etiam quinq; diebus. Deinde superimpone alembicũ, & in balneo Mariæ temperatissimo calore, qui non excedat calo-

calorem vrinæ hominis, eliciatur aqua odoratissima. Inter coquendum subinde affundatur aqua tepida, vt semper maneat eadem quantitas, ne absumatur; & excipies in recipientem distinctas aquas: prima eximia, secunda minus, tertia imbecillis. Eadem erit ratio destillandi reliqua aromata, & nonnulli sunt, qui eadem opera oleum & aquam parant.

Alius modus, ℞ cinnamomi electi ℥ ij. aquæ quartam mensuræ partem; vini tantundem, & misce.



Alij parãt hoc modo, ℔.j. cinnamomi contundunt; huic aquæ puræ affundunt sextarium j. ß. & macerãt horis octodecim, postea igni lento imponunt & destillant instar aquæ vitæ, per vas ligneum aqua plenum; per quod transeat canalis tortuosè, instar serpentis, ne adurantur spiritus.

Mulier quædam destillatrix aquam cinnamomi sic facit, parum autem differt à mo-

dis ſupra poſitis. ℞ cinnamomi optimi ſubtiliter in mortario pulueriſati, ſed non cribrati, ℔.ſ. infundatur in vas deſtillatorium ſubtiliter, ne quid parietibus adhæreat, eiq́ affunde aquæ fontanæ menſuram j. & ſ. tum claudatur vas ſuo capitello: ac primo quidem lēto igne deſtillatio inchoanda, paulatim augendo, pro vt videris guttas celeriter, aut tardè procedentes. Naſo alembici aptetur canalis per aquam frigidam tranſiens, cuius extremitati recipiēs aptato. Vbi aqua proceſſerit, opus eſt tribus, qui deſtillationem perficiant: quorum vnus obſeruet capitellum & canalem, vt ſemper linteis aqua frigida madidis capitellum & fiſtulam refrigeret: alter iuxta vas recipiens, obſeruet aquæ deſtillantis colorem: tertius vitrum, aut recipiens aliud porrigat, ac prius viciſſim recipiat, ac obturet. Aqua deſtillans quatuor habet differentias, vnde etiam quatuor recipientibus vaſculis erit opus. Prima aqua, nonnihil pinguis eſt & fortis, ideoq́ optima. Vbi hæc præterierit & cœperit color lacteus prodire, tum aqua ſecunda colligenda, quę in fortitudine ſua à priore deficit. Vbi hic color euanuerit, & aqua profluens fuerit in colore, vt aqua alioquin, ex alijs rebus deſtillata, memēto tertiæ aquę, quæ itidem eſt ſeorſim colligenda. Hæc vbi in croceum fuerit colorem, aut ſubflauum mutata, quartam iam aquam colligas, quæ in pauca quantitate prodit: finis huius quoque

erit,

erit, si guttæ cœperint esse puniceæ, tum aufer totum, nihil enim inest, quod vsui sit. Cauendum tamen, ne ignis violentia exundet, ac perperam destillatio procedat. Absolues autem vnius horæ spacio. Huius aquæ guttæ iij. permixtæ alijs approprirtatis aquis, epilepsiæ auxiliantur. Si venulæ sub lingua, hac fricentur, paralyticis confert.

E cinnamomo parũ olei destillatione extrahi potest, quare eius loco, vt plurimum vetimur aqua eiusdem, quæ primo loco extillarit, vtpote quæ facultatibus est prædita multò maximis.

Oleum cinnamomi sic fit, Ex schedis manuscriptis incerti authoris. Accipe vini maluatici optimi mensuras tres, & bis destillato. Postea rursus tertia vice destillato, vt tamen vna tantum mensura in cucurbita relinquatur. Rursus destilletur alia vice, vt in cucurbita minus remaneat. Tum rursus alia vice destilletur, vt mensura tantum vna supersit, sicque habebis vinum optimè rectificatum, quod seruandum. Quo facto, accipias de cinnamomo quantũ videbitur, concidas minutim, & in cucurbitam ponas vnà cum vino rectificato, vt excedat cinnamomum duobus digitis. Cucurbita cæco alembico diligenter claudatur, & in balneo Mariæ tribus diebus, lento igne ponatur. Peracto hoc termino, effunde vinum, cauendo ne quid fęcum vnà effluat, & vinum seorsim serua. Tum

aliud vinum rectificatum affundito, & vt prius pergito. His peractis, vtramq; aquam vitæ, in cucurbita commisce, & cum capitello claudatur diligenter, & in balneo lentissime destillatio inchoetur, vt ad nouem tactus, guttæ destillent, idq; continuabis, quoad vinum ascenderit, tum in fundo alembici habebis oleum, quod serua.

RATIO PARANDI AQVAM *cinnamomi & oleum eiusdem, quam nos candidè docuit clarißimus* Medicus *Iohan. Crato à Krafftheim.*

ACcipito cinnamomum electissimũ, confringe in tenuissimas partes, deinde in sacculum lineum indito, suspendaturque hic sacculus in vase, in quo aqua sit in fundo, ita tamen, vt aqua sacculum non contingat, ac clauso diligenter vase, immittatur hoc vas in cacabum, plenum aqua calefacta & feruida, ita vt aqua illa, quæ in eo vase continetur, in quo cinnamomum dependet, bulliat: maneat hoc modo aliquandiu cinnamomum, in calido illo vapore, quoad benè attrahat. Deinde cinnamomum sic madefactum vapore aquæ bullientis, contundatur & fiat quasi pasta quædam, & simul cum impresso liquore, quem assumpsit, infundatur in alembicum: si opus videbitur, poteris adhuc aliquid calidæ aquæ affundere, sed quanto minus

nus

nus aquæ affuderis, tantò habebis præſtantiorem aquam cinnamomi, ac etiam olei aliquid. Si tantum cupis habere aquam non ita præſtantem, affunde aquã copioſè, ſicut quidam faciũt, ad lucrum comparati magis, quã hominum vtilitatem, ſed ſic, aut nullum, aut quàm minimum olei habebis.



A. Operculum ollæ illius, in qua cinnamomum ſuſpenſum eſt: hoc operculum, ſi intus haberet capitulũ in medio ſcilicet concauitatis, quale in galearum vertice cernitur, & præſens figura adumbrat cõmodè intus ſacculus alligari poſſet, ſicq; in medio optimè dependeret. Quod ſi non habuerit, poſito per tranſuerſum ollæ ligno, alligetur. Diligenter autem claudatur operculum, ne vapor exhalet.

B.B. Cauitas vaſculi vacua.

C. Sacculus cinnamomo refertus.

E. Infundibulum, per quod aqua, ſi fortè deficiat, infundatur, ſed diligenter rurſus foramen obturetur.

F.F. Cacabus plenus aqua, qui & vaſculũ excipit, in quo cinnamomum imponitur.

Si vas excipiens liquorem destillatum, sit amplum, non opus est aquam per fistulam galeę ducere, sed si concalescat vas excipiens, linteum aqua frigida immersum ei apponatur, & eundem vsum pręstabit. Eodem autem modo, quo aqua cinnamomi præparatur, fiunt etiam anisi, fœniculi, &c.

Gummium & resinarum olea destillanda, aliam habent rationem, & requirunt inspectionem in putrefaciendo: omni conatu ęnitendum, vt lentissimus sit ignis, idémque perpetuo æqualis, nam si cœperit spiritus semel exhalare, oleum & opera perditur. Accipienda autem ad vsum non putealis, sed fluminis aqua.

Rursus cinnamomi oleum, quidam affirmant, fieri ab aliquibus, cum aqua vitæ, idq; propinari epilepticis, dando per tres menses, quotidie guttam cum aqua maioranæ, aut simili.

Oleum è cortice mali arantij siccato, præstantissimum fit, verum vtrum tantum insolatione, an destillatione, nondum cognoui. Est autem albicans & odoratum, sed nihil acrimoniæ habebat, quod gustaui.

Oleum è corticibus nucum. ℞ cortices nucum aridas, contunde in mortario, pone in retortam benè perlutatam, illam impone igni non nimium magno, & extrahes oleum & aquam è corticibus. Deinde separabis oleũ ab aqua per balneum Mariæ. Postremo ter

aut

aut quater purgabis oleum, in arena destillando in vitro paruo. Hoc ferè melius est oleo vitrioli, maximè in peste & veneno, G. Ras.

DE OLEO TARTARI.

OLeum Tartari, accipe tartari vini albi, aut vini maluatici, si haberi posset (melius enim esset) quantum videbitur, calcinetur, primo pulueriz atur, post calcinationem, rursus pistatur, & in colatorio suspenditur in loco humido per dies octo vel sex, & oleum in vase supposito collectum, serua. Valet maculis faciei, cutem dealbat, ruborem faciei tollit, Falloppius.

Oleum tartari contra pustulas oculorum, è lepra oborientes. ℞ tartari contriti ℔. iiij. in olla inuitreata ponatur cum aceti mensura j. decoquatur per dimidium horæ spacium, despumando diligenter, postea ab igne depone, obstruendo ollam ne vapor egredi possit. Tum rursus cineribus calidis, aut carbonibus ignitis appone, & decoquatur, aut calcinetur vsque quo in puluerem redigatur. Post refrigerationem pulueriza, & in loco frigido & humido, aut cella vinaria in sacculo suspendatur, supposito aliquo vase. Vsus huius olei est eiusmodi. Patiens balneum ingrediatur, & noctu, vbi dormitum iuerit, inungat loca sub oculis, vbi vesicæ apparent, & cooperiatur panno diligēter, ne ab

aëre ante eius exiccationẽ cõtingantur. Hoc continua per octo dies, mane & vesperi.

Ad calcinandum tartarum subitò, cum nitro vt albescat, & valet contra verrucas, ex lib. manuscripto Germanico. ℞ salis petræ & tartari puluerisatorum, ana partes æquales. Calefac tegulam aut testam non inuitreatam, huic infunde nitrum & tartarum, & vbi stridorem excitauerint, ignitaq́ue fuerint, statim albescunt. Tartarum hoc ita calcinatum in sacculo suspendes in cella, & extillabit oleum. Hoc oleum remouet verrucas manuũ & reliquarum partium, si eo vngantur. Notandum autem, quod vbi minus nitri, quàm tartari coniunxeris, non ita albescit, quanquam vnciæ quatuor salis petræ cum ℔. j. tartari permixtę, tartarum calcinare possunt, non autem ad albedinem redigere, sed remanet nigrum, è quo tamen etiam oleum destillari solet.

DE OLEIS E' LIGNIS *extrahendis.*

OLeum vt è quouis ligno extrahas. ℞ Guaiacum, pinum, vel iuniperum: & fac per descensum, vt nosti, & procul dubio habebis oleum abundè. Si verò vis, vt fortius operetur, & nobilius sit, destilla per ascensum in Cornuta, eritq́ue oleum pulcherrimum, & penetrabile, citò ingrediens, quocunque ponatur.

Oleo

Oleo è Guaiaci ligno, vel (quod melius successit) ex sancto, inquit Manardus, vsus sum in Gallicis vel vlceribus, vel doloribus: ad quem vsum etiam oleum ex iuniperi ligno non parum conducit.

Oleum è lignis fraxini eodem modo fit, eius vsus est in arthetica frigida: excoriationes cicatrizat, morpheam albam proprie soluit, & ipsam denigrat. Et eo modo oleum ex omnibus lignis extrahi potest. Rogerius. Curat præterea tale oleum paralyticos. Manardus refert oleum fraxini, non solum inunctum, sed etiam ebibitum, conferre lienicis.

Oleum è lignis hederæ, vt extrahatur, dictum est superius, vbi docuimus oleum extrahere ex baccis hederæ, ex Rogerio.

Oleum è lignis iuniperi, eodem modo fit, quo oleum è lignis hederæ, quod frigiditatis causas remouet vel reprimit, & typum quartanæ: sed magis singulare & speciale, facta inunctione ab vmbilico, vsque ad muliebria, est renes, & matricem confortare, & eius humiditatem exiccare, & ad conceptionem præparare. Rogerius.

Oleum de iunipero valet in fistulis, in sectionibus cutis, & malo mortuo: tibiarum serpigini & cancro, vulneribus & vlceribus malis. Recipe ex lignis iuniperi quantitatem sufficientem, & incide in frusta, & imple ollam vel dolium magnum vitreatum

interius, cuius orificium ſit arctum, & fac foueam in terra, & præpara parietes eius cum terra figuli, deinde pone ollam vitreatam in fundo ex directo foueæ, habentem orificium magnum, & cooperiatur corta (lamina) ferrea ſubtiliter perforata: deinde præpara iſta duo vaſa cum terra figuli, ne ex vtriuſque orificijs reſpiret, deinde cooperi terra, & adde ignem per tres horas, finaliter reſudabit oleum de iunipero optimum.

Oleum è ligno iuniperi rectificatum, fit primo deſtillatione per deſcenſum: deinde totum ſimul in bociam infuſum deſtillato ſurſum, vel in balneo, quod tardius fit, ſed pulchrius: vel in cinere, arenáue, quod fit magis rufum.

Oleum ex ramentis ſubtilioribus Carpentariorum, quæ nos hobelſpön vocamus, fit, ad oculorum affectus, ad hunc modum. Accipe matrem perlarum bonam, reponatur per noctem, vel in cellam vinariã, vel in aquam frigidam, poſtea diligẽtiſſime exiccetur: quo facto, huic matri perlarum impone quantum potes de ramentis ligni, eáque accende, & habebis fuluum oleum ad oculos.

DE OLEIS EX CHARTA, *& petijs è tela lini.*

OLeum chartæ fit, accipiendo patinam ſtanneam, cui impone chartam, quam accende,

accende, & apparebit spuma subflaua, è patina exiens. Spumam collige, & palpebris inuersis inunge, aut alioquin pro oculis affectis vtere.

Aliter oleum è papyro fit. Fac cucullam è charta alba, eminentem capitis partem rescinde: caudam reflexam forfice tene, ita vt capitis margo intus lancem attingat, donec dimidia, aut amplius pars, consumatur flamma, nec permittes in lancem incidere flammam.

Oleum è petijs lineis: petiolam mundam accipe, eamq; accende super stannum, & defluet oleum causticum, cum quo vlcera inungãtur, tandem creta in aceto dissoluta, in modum vnguenti albi circunquaq; liniatur tanquam defensiuum.

DE OLEIS EX ANIMALIBVS *aut eorundem partibus, vnà cum epistola Arnoldi de Villa noua, de sanguine humano destillato.*

Epistola magistri Arnoldi de Villa noua, ad magistrum Iacobum Toletanum, de Sanguine humano.

MAgister Iacobe amice charissime: Dudum me rogastis, vt vobis secretum meum de sanguine humano, quod diuina fauente potestate, perq; meam industriam (quamuis non totaliter) per multiplices ex-

perientias, cum multiplicibus laboribus adin ueni aliqua, de aliquibus expertus sum, trans scribendo significarem. Et quamuis diu distu lerim, tamen iam senio appropinquante, omni liuore semoto, ea quæ de hoc secreto sum expertus, plenius enodabo. Audiatis ergo, & audiant secreti electi, verba oris mei, quia spiritus sanctus, vbi vult spirat, & ideo in puteo pœnitentiæ recludatur qui fatuo alicui & impotenti reuelabit, quod antiqui quæsiuerunt, nec inuenire potuerunt: scrutati sunt, nec illud habuerunt. Est etenim donum cœleste, nobis indignis à Deo destinatum, quod nec medici cognouerunt, nec etiam philosophi qui in Calchymia laborauerunt, perceperunt. Sed testor Deum, quod per varios labores quos longo tempore in arte Calchymiæ sustuli prout scitis, per experientiam cognoui istius rei efficaciam tantam esse, quod non sufficio vobis, tantæ virtutis vigorem plenius explanare: & ideo in puteo pœnitentiæ recludimus.

Accipiatis ergo hoc secretum, scilicet sanguinem humanum, & sit sanguis virorum sanorum, & ætatis infra 30. annos, & extrahatis quatuor elementa prout benè nouistis ex calchymia, & obturetis bene quodlibet elementum per se, ne aer subintret.

Aqua enim valet in omnibus ægritudinibus tam calidis quàm frigidis, eò quod occul tæ est

tæ est naturæ, & complexionem lapsam reducit ad temperamentum, & maximè valet in patientibus virium in spiritualibus: & venenum depellit à corde. Arterias etiam ipsas habet dilatare & humectare, & dico pro constanti, quod phlegma grossum in pulmone contentum sine molestia dissoluit, & ipsum vlceratum (non obstante commotione) consolidat. Et breuiter omnia comperta in pulmone & membris spiritualibus purgat, & ea purgata præseruat. Sanguinem vltra omnem medicinam mundificat. Item fluxum ventris à tota specie curat. Apostema etiam lateris mirificè sanat.

Aër etiam multum valet ad prædicta, & fortè plus, quam aqua, & maxime valet iuuenibus, vt in eo statu fortitudinis & pulchritudinis permaneant, si vtantur eo paulatim, & in modica quantitate. Et est quasi tantæ virtutis, quod nullo modo permittit sanguinem putrefieri, nec phlegma superdominari, nec choleram aduri. Præterea vltra modum multiplicat sanguinem, & ideo oportet vtentibus eo, sæpe phlebotomare. Insuper illud elementum aperit venas & neruos, & si aliquid fuerit in ipsis diminutum, reducit ipsum ad debitum temperamentum. Insuper probaui, quod si iuuenis, ante statum suæ ætatis, scilicet in augmento, qui habuerit crepaturam, quolibet die de hoc elemento, vnam guttam intra oculum ponat, &

& ſe tenuerit in quiete per menſem, ſine dubio reddetur ſibi viſus. Item ſi in aliquo membro, aliquod ſuperfluum exiſtit, vel aduenit aptum putrefactioni, ſtatim diſſoluit & tollit, & ſi inueniatur diminutum, reddit reſtaurando. Et valet hoc elementum in apoplexia, epilepſia, ſcotomia, vertigine, dolore hemicraneo, & in omnibus iſtis debet adminiſtrari cum aliquo electuario, ad propoſitum valente.

Ignis verò pretioſior & admirabilior eſt, & ad omnia valet ad quæ valet aër, & quod plus eſt, de mortuo homine, facit viuum, hoc ita intelligendum eſt. Quod ſi in hora (ſingultus) mortis, detur de hoc igne, ad quantitatem grani tritici, diſtemperato cum vino, ita tamen, quod guttur tranſeat, reuiuiſcere faciet ipſum hominem, & ingredietur ipſum cor ſubitò, expellendo ſuperfluos humores; & cum hoc viuificat calorem naturalē ipſius hepatis, & ita, quod quaſi per vnam horam, ipſe infirmus poterit loqui, & diſponere de teſtamento, &c. Et per hunc modum, vidi facere miraculū, apud Dominum Comitem Pariſienſem, qui quaſi mortuus iacuit, & ſtatim poſtquam hoc medicamentum ſumpſit, rediijt aliquantiſper ad ſe, & poſt horam expirauit. Et iſtud apud quam plures ſum expertus. Item ſi ſenes vtuntur hoc igne omni die, in modica quantitate, ſubleuat ſeneſtutem, exhilarando corda eorum, ita quod

iuuenilia

iuuenilia possidebunt corda. Et ideo vocatur hic ignis, elixir vitæ. Nec tamen est elixir calchymiæ, quia hæc est de sanguine putrefacto. Istud quoq; si esset de sanguine putrefacto, natura humana nimis abhorreret huiusmodi medicinam. Et scias quod si elementa ipsa secundariè destillata fuerint, erunt optima, & per ea homo viuere poterit, vsq; ad periodum vltimam suæ vitæ, sine infirmitate, si ipsis vtatur omni vel altero die. Et tanta est scientia in his destillationibus vltimis, quemadmodum est in destillationibus Calchymię. § Nota de isto sanguine humano, quod permisceo ipsum recentem, cum optima aqua vitæ fortissima, & ipsum destillo, & erit pro primo elemento: Et super fæces, pono aliam aquam vitæ fortissimam, & facio similiter, & erit pro secundo elemento. (Videtur aliquid deesse.) Et hoc sic probo, Fiat scyphus vel cupa de auricalcho, & ponatur in mensa, & si venenū appropinquabit scypho, scyphus vel cupa incipit mutari in diuersos colores, per lineas multas, &c. Et sic cognoscitur venenum, similiter de febre.

Oleum sanctissimum ex ossibus hominum mortuorū, ad omnes dolores, sæpe mihi expertum, post debitā purgationem. ℞ ex ossibus magnis mortuorū hominum, concidantur frustatim, sine vt excandescant in igne, ignita pone in cassula aut olla in qua sit oleū commune antiquissimum, & ea extingue, &

quamprimum inieceris frustū in ollam olei, mox illico operculo claude, vt vidimus in oleo philosophorum. Hæc ossa aliquot horis imbibita contunde per se (absque illo oleo quod superfluit in olla) & pone in cornutam, & destilla vt oleum philosophorum, serua ac vtere. Res magna est ad omnes dolores iuncturarum.

Oleum ex ossibus ad epilepsiam. ℞ ossa suturæ lambdoidis hominum mortuorum: pone ad calcinandum donec rubescant: deinde extinguantur in oleo, tum triturentur vt dictum est de ossibus superioribus: hoc est medicamentum optimum, vngendo locum idoneum.

Oleum de ossibus hominis per descensum, ad podagram maximè valet.

Oleum extractum de excrementis puerorum, ad tineam valet: Destillabis in alembico vitreo excrementa puerorū, & ex eo oleo, quod inde extrahitur calido, frices affectam partem, si prius pilos raseris, atque locum affectum laueris lixiuio, in hunc modum confecto. ℞ cineris ex sarmentis quantitatē decentem, pro quantitate aquæ, quam cœperis, atque illum inuoluas linteo, & permittas madefieri in ea aqua diem integrum cum dimidio, & simul iniicias cum ea aqua, spicarū siligineaarum M. j. postea illa aqua, siue lixiuio laues affectū locum, singulis diebus semel, deinde siccari sinas, quo facto vnges vt dictum est.

Oleum

Epilepsiam
[illegible]

Oleum ex ſtercore hominis, curat cancrum, & mortificat fiſtulam. De facultatibus aquæ è ſtercore hominis, vide inter aquas ex animalibus.

Oleum ſiue pinguedo, ex anſere, contra artheticam frigidam & guttam, credo etiam valere contra extenuationem membrorum. Anſer antiquus repleatur ſanguine porcorum, ſepo ouino, pice, lardo, vel communi pinguedine ana ℥ ij. thuris ℥ iij. ceræ modicum, aſſetur, & quod deſtillat reſerua, & cum eo ſæpe vnge locum patientem. Eodem modo deſtillãt pinguedinem catuli canis, infarcti baccis iuniperi, &c.

Oleum ſeu liquor deſtillatus ex taxo per deſcenſum, ad membra contracta, ex neruorum retractione, è Germanico. Accipe taxum, cui corium detrahe, abſciſſoque capite & pedibus, & reiectis interioribus, in ollam inferius perforatam pone, quam alteri ollæ impones. Ollam inferiorem in terram abſcondas, & altera impoſita olla, vtranque optime claude in commiſſura, ne quid tranſpiret, idque facias etiam parte ſuperiore, ollæ ſuperioris. Quo facto, ignis fiat ex carbonibus circumcirca, ita vt pinguedo omnis ex ſuperiori olla in inferiorem deſtillet: vbi totum deſtillarit, quod coniecturare licet pinguedine illa membra inunge.

Oleum mirabile, contra omnem paralysim & extenuationem, è castoreo. Recipe castoreum, ponatur in aquam vitę fortissimam, putrefiat, post destilla lento igne, cum quo fiat inunctio partium.

Ad extenuationem membri (resoluti) destilla pedes vel pinguedinem, & hepar vituli recentis, cum saluiæ manipulis v. & piperis vnciaj. vnge.

Oleum ex ouis destillatum mirabile, & expertum ad multa, authoris Incerti. ℞ vitellos ouorum per decoctionem induratorum, numero quindecim, terantur digitis vel manibus, cum ℥.j. pyrethri puluerisati, & simul in vitro destillentur, primo quidem lento, postea vero, hoc est, ad vltimū, forti igne, vt omnis liquor extrahatur. Quo facto accipe thuris albi, castorei, ladani ana ℥ ſ. puluerisentur omnia, & commisceantur cum oleo iam extracto, & quater rursus destillentur, semper oleum rursus pulueribus affundendo: ignis primæ & secundæ destillationis, minimè sit fortis, & tandem in vitro diligenter obturato, serua. Est enim secretum magnum, & res probata, ad ea quæ sequuntur. Oculorum sanat vitia, si gutta vna fuerit instillata. Mortificat & curat inunctione fistulas. Cancrum sanat, & vlcera difficilis consolidationis, quæue alioquin nullis remedijs vinci possunt. Ficus quoque extirpat. Puncturas quarumlibet partium aufert, & curat,

Tineam

Tineam sanat, si pili abradantur primo, deinde lirteo fricetur cutis, & tandem oleo pars inungatur. Apoplexiæ prodest, & præcipuè podagræ, si quatuor diebus, bis in die vngantur. Ignis combustionem quoq;, inunctio citò sanat, & lupum morbum curat.

Oleum de ouis. Recipe oua sex, bulliant in aqua ad duritiem, decortica & aufer album. Vitellos manibus confricatos, pone in sartagine, & coque vertendo subinde voluendoq; paulatim cum cochleari, donec incipiant ita liquescere, vt iam in chylum conuertantur æquabilem, instar pultis alicuius, maneat autem materia, adhuc flaui coloris. Cum ita apparuerit, infunde in linteum, idq; circumuoluens & torquens vtrinque, exprime, & habebis liquorem, siue oleum flauum, quo inunguntur adustiones.

Alij, vbi vitelli sic in patella cocti, ad chylum illum peruenerunt, amplius adhuc coquunt, donec siccari, & denigrari occipiant, paulo post enim quam siccati denigratiq; fuerint, iterum liquescunt, & copiosum de se humorem, nigrum, & ex adustione graueolentem remittunt. Tum cochleari quæ in sartagine sunt, crassiuscula comprimunt, vt oleum & humor omnis, inclinata sartagine, in alterum latus defluat & colligatur.

Oleum rubeum ex vitellis ouorum, contra podagram frigidam, ex libro Italico ma-

nuſcripto. Recipe ſeptuaginta vitellos ouorum coctorum, de quibus extrahitur oleum, isto modo: ponantur in patella ferrea, ſuper ignem, & cum cochleari volue benè, & tandiu aſſentur ibi, donec benè liquefiant, poſtea pone in ſacculum de panno lineo, qui infuſus in aqua, cum expreſſorio exprimatur, & oleum extillabit. Cum hoc oleo permiſce pyrethri, caſtorei, maſticis, & ladani ana vnciam j. hoc totum pone in alembico vitreo, more ſolito ſuper ignem ad deſtillandum, benè clauſis iuncturis ne reſpirent, & quod deſtillabit, reduc ter ſuper fæces, & de iſto oleo, vnge locum doloroſum, & ſanabitur: hocq́ eſt probatiſsimum.

Succus ſiue liquor, ex ouis per decoctionem induratis, expreſſus, auribus inſtillatus, ad aurium tinnitum valde prodeſt. Oleum ouorum bibitum ante cibum, ebrietatem arcet, vtcunque ſtrenue bibas. Si dolor vrgeat, ex inciſione alicuius membri, curatur oleo de vitellis ouorum, cum axungia anſeris incorporato, ad formam vnguenti, & impoſitum, mirabiliter dolorem remittit, & ſomnum inducit. Mitigat etiam dolorem penis, inunctum. Vſus eius quoque eſt in Alchymicis operibus, fixat enim aliqua medicamina.

Cortices ouorum mundatorum, à pellicula interiori, à quibus pulli exierint, triti ſubti-

ſubtiliter, & drachmæ pondere ſi bibantur cum aqua ſaxifragiæ, vrinam prouocant, Leonellus.

E melle extrahitur quinta eſſentia deſtillatoria arte, quæ mirabiles, & ſtupendos multos effectus præbet: fit autem ad hunc modum. Accipiuntur mellis ℔ ij. (ſit autem neceſſe eſt mel clariſsimum, boni ſaporis, & in optima regione collectum) infunditur in bociam capacem, vt ex quinque quatuor partes reſtent vacuæ, eaque ſit diligentiſsimè lutata, cum capitello & recipiente. Succendatur ignis tantiſper, quoad fumi aliquot, aut vapores albi, apparuerint, qui in aquam conuertuntur, admotis petijs, aqua frigida madefactis, & impoſitis capitello, & recipienti. Aqua deſtillans rufa eſt inſtar ſanguinis. Poſt perfectam deſtillationem, ponatur aqua in vitro optimè obturato, ibiq; relinquatur, quoad aqua clariſsima fuerit facta, & coloris rubini. Tum rurſus in balneo eſt deſtillanda, ſexies aut ſepties, vt colorem rubrum exuat, & auri colorem induat, odorem verò acquirat ſuauiſſimum & fragrantiſsimum. Hæc quinta eſſentia, aurum diſſoluit, facitq; potabile, & omnes alios lapides intinctos. Si cui datæ fuerint, duæ vel tres drachmæ, qui in extremis fuerit, reducit eum ad ſeſe. Si ea abluantur aut madefiant vulnera, aut

alia eiusdem generis sanantur, similiter valet tussi, catarrho, & splenis morbis. Si vicies in balneo fuerit destillata cum argento fino, visum cæcis restitueret. Exhibui paralytico quadraginta sex diebus, & sic fuit restitutus. Corpora à putredine seruat. Quibus per os exhibui, ita exhibui, ne à quoquam animaduerteretur, & arbitrati sunt, me incantationibus vsum fuisse.

Oleum ex melle, ad capillos flauo colore tingendos. Recipe mellis ℔. j. impone farinæ frumenti manipulum j. destilla, & extrahe aquam ab oleo, deinde misceantur simul aqua & oleum in ampulla, & eo pectinentur crines.

Aqua seu liquor prohibens calculi generationem. Recipe mellis recentis ℔. ij. terebinthinæ Venetæ ℔. j. misce, & destillentur lento igne, capiat vncias ij. (fortè drach. ij.) pro dosi mane.

Liquor siue aqua ex melle, per destillationem extracta, ad faciendum capillos flauos, citrinos & aureos. Recipe salis petræ, & mellis ana, misceãtur, & destilla per campanam, & cum illa aqua pectinentur capilli. Facta autem postea lotione, caue ne tangat cutem, vel carnem.

Oleum ex cera pingui, per chymiam extractum, ad emolliendas durities præstantissimum est: maximè enim penetrat, emollit ac discutit, nec vulgare medicamentum est

ad cicatrices pulchras reddendas, modo post aliquot dies, à vulneris consolidatione eo vtaris, ne noua fiat inflammatio. Oleum hoc sic paratur. Nouam ceram sumes (virgineam Gesnerus accipiendam censet) & quàm maximè pinguem, quam in vase aliquo igne modico colliquabis, & eam in vino sæpius manibus comprimendo lauabis, hanc rursus colliquabis, & in eam tegularum vel coctorum laterum frusta calefacta & ignita, quę ceram illam absorbeant, proijcies: frusta deinde hæc in vas (quod bociam flexam appellant) optimè luto sapientiæ obductum ponãtur, igniq; vas admoueatur, cui vas alterum, quod stillas recipiat, supponatur: prius aqua egredietur, vltimo tandem purissimum oleum stillabit, quo ad emollienda membra vti poteris, Bartholomæus Maggius de Cura sclopetorum. Ego Patauij quondam à quodam fumido chymista didiceram, arenam optimè lotam, siccatam, & cribratam cum dissoluta cera commiscere, quæ ceræ ascensum prohiberet. Sunt quidam, qui ceræ & etiam alijs resinis destillandis, vitrum contusum & puluerisatum, eadem de causa permisceant, verum ab eo abstinendum censerem, quòd oleis destillatis alienum quendam & ingratũ odorem communicet, propter salem alkali. Aiunt inter destillandum crepitus edere, tanquam vas sit rumpendum. Oleum de cera miracula facit in doloribus sedandis, vt po-

dagræ & arthritidis. Summum certè est remedium & temperatissimum oleum, quare etiam in vulneribus & vlceribus est laudatum.

Oleum de cera sanat crepaturas & fissuras labiorum, rimas & corrosiones papillarum in mammillis mulierum, ex lib. quodam manuscripto Italico. ℞ olei de cera noua destillati per alembicum vitreum, eo penitus modo, quo thuris oleum destillatur, & hoc oleo rimas inungas labiorum & papillarum in mammillis, & subitò sanantur: & nihil impedit etiam noctu puerum lactare, dolorem enim tollit.

Oleum de ranis vtile podagricis, artheticis & membris μαρχομώδιοι, cuius descriptionē à Georgio Pictorio accepit Gesnerus. ℞ olei oliuarum ℔.j. ranarum fluuialium numero iiij. infundantur ranæ viuæ in oleum, donec moriantur, hinc in noua olla incrustata, coquantur lento igne, bene tecta, vsque ad carnium, ab ossibus, dissolutionem. Post accipiantur ranæ ex oleo, & in mortario confringantur, & inde iterum in oleum mittantur, & lento igne bulliant, vnica ebullitione, deponantur ab igne, & fiat colatura, vt oleum ab omnibus fæcibus fiat mundum, cui adde terebinthinæ ℥.iiij. lotæ & claræ, ad ignem fiat bona mixtura absque aliqua decoctione. Hoc oleum pretiosum est supra modum. De aqua ex ranarum cruribus, vide inter aquas ex animalibus.

Contra

Contra ſcrofulas oleũ ex ſerpente rubro. ℞ ſerpentem rubrum, detruncato illi caudã & caput, reliquũ corporis impone ollæ perforatæ, foraminibus multis. Hanc ollam alteri ollæ impone, ſecundam verò, in aquam feruentem, vbi tandiu decoquatur, donec tibi videatur, quod oleum ex ſerpente in ollã ſubiectam deſtillarit, & ipſe ſerpens ſit conſumptus. De hac pinguedine, & puluere radicis capparorum ſimul mixtis, inungantur ſcrofulæ octo diebus, & ſanantur.

Oleum ſcorpionum deſtillatum contra venena, ex lib. quodam manuſcripto. ℞ olei antiqui quantum vis, & pone in eo de ſcorpionibus, menſe Iulio collectis, quot habere poteris, quibus adiunge diptamni albi, foliorum abſinthij, betonicæ, verbenæ, & roriſmarini, ſtent omnia per plures dies ſimul in infuſione, poſtea in alembico deſtilla, & deſtillatum ſerua.

Oleum ex formicarum ouis, & herba vrtica ſimul deſtillatis, inunctum renibus, & veſicæ, vrinam prouocat, Leonellus.

DE OLEO ANTIMONII, ET *quæ ex eo præparantur, vitro dicto, ſeu gemma, & puluere.*

STimmi, ſiue ſtibiũ, recentioribus: Chymiſtis, & Seplaſiarijs, antimonium, nunc vulgò magna experientia, celebrari, atq; miris laudibus extolli ſolet. Parantur autem ex

co tria remediorum genera, quibus vel intra corpus exhibita, vel foris admota, miracula faciunt, Oleum siue quinta essentia, Puluis, & Vitrum ijs dictum.

DE OLEO ANTI- *monij.*

Confectio olei, ex Antimonio, quam ab amico quodam accepi, talis est. ℞ antimonij crudi, tartari crudi an. ℔.ſ. contundantur hæc simul in mortario, vel super lapide, postea immittantur in ollam, prius benè vitro obductam, quæ operculo & luto exactè occludatur, & figulo tradatur, vt vnà cum ollis, quando eas coquit, in fornace vrat. Per hanc vstionem fit pasta, in nigro rufescens, conglobata, friabilis, quæ postquam olla refrigerata est, & olla aperta, eximatur, contundatur & conteratur rursus in tenuem pollinem, postea mittatur rursus in ollam vitro obductam, & superaffundatur acetum destillatum, ac altitudine duorum digitorum transcendat acetum, sic ponatur super fornace calefacta, vt acetum extrahat rubedinem, eaq; tingatur. Stare autem super fornace oportet, per horas tres vel quatuor, postea acetum effundatur in vitrum destillatorium, & aliud acetum affundatur, idq; toties fiat (puto sexies vel octies) donec non amplius tingatur acetum. Illud omne acetum effusum destillatur per alembicum, vt separetur acetũ per destil-

deſtillationem, materia autem rubra maneat in fundo. Frangatur itaq; vitrum, & eximatur quod adhæret omne, & incluſum ſacculo confecto ex panno albo, ſuſpendatur in cella, ibi guttatim extillabit oleum, quod excipiatur, ſuppoſito vitro. Atq; hoc modo præparare ſolebat quidam Pomeranus.

Fit quoq; Antimonij oleum hoc modo à quodam huius rei peritiſſimo viro, C ẽ nero communicato. Antimonium in tenuiſſimum puluerem redactum, ac cucurbitæ vitreę impoſitum, aceto vini acerrimo, & deſtillato maceratur ſuper leui ignis calore (ne ſcilicet vas crepet) tantiſper, donec rubro colore acetum inficiatur. Coloratum in aliud vitrum transfunditur, nouumq; fæcibus ſuperaffunditur, donec rurſum rufum colorem cōcipiat. Iſtæ autem transfuſiones & additiones noui aceti ſuper fæces, toties ſunt repetendæ, donec nullam amplius rubedinem pulueres ex ſe emittāt. Acetum verò collectum leui igne deſtillari debet, donec rubedo paulatim condenſari incipiens, alembicum petere videatur. Tunc refrigeranda ſunt vaſa, ac liquor rubeus, quadraginta diebus fimo calido, macerari debet, donec perfectam olei formam acquirat. Illud ſacchari inſtar, dulce affirmāt, omnesq; vulnerum dolores ſedare, ac perfectè ſanare dicitur: ac plures admirādas facultates in vlceribus contumacibus, ac cancroſis præſtare.

Aliud de Antimonio ſecretum, quod etiã ad album non mediocriter valet. ℞ Antimonij pulueriʒati ℥ xj. tartari calcinati ℥ viiij. miſce, & impone in tigillum aurifabrorum, perlutetur diligenter, ac ponatur in fornacem per duas horas, & calcinetur benè, poſtea refrigeſcat, & aperto tigillo, videbis totum hoc colore cinereo ſubobſcuro, cũ maculis quibuſdam flauis. Piſtetur in mortario, & imponatur feruenti aquæ, & in ſartagine ferrea decoquatur, poſt per filtrum deſtilletur, quomodo lixiuum deſtillatur. Prima aqua egrediens eſt rubra & turbida, quæ tandem rurſus fæcibus affuſa, deſtillabit clara. Hanc aquam in vitrea, cucurbita in arena euapora, eo vſque quoad exiccetur, aut reſoluatur. At hanc relictam materiam in arena deſtilla, primo quidem igne lento, poſtea fortiori, vſque dum ſpiritus antimonij cœperint aſcendere, & cœperint quaſi collum alembici deaurare. Tum inter ſe circuletur materia. Dicunt autem, quod ſi laminæ argenteæ huic imponantur, deaurantur, ita vt etiam lydio lapidi attritæ, aurum referant. Ego verò puto longè melius fore, ſi prima aqua turbida colorata ſeorſim ſeruetur, ac noua fæcibus ſuperfundatur, fortaſſis enim ſecunda & tertia plus rubedinis ſecum extraherent ex antimonio, quæ poſtea in vnum collectæ, ſuaui igne exhalare poſſent, vſque ad rubedinem oleaginoſam.

Alius modus, quo quidã frequenter vtitur. Primo extrahatur rubedo Antimonij per acetum destillatum multis vicibus, vt supra ostensum est, & fiat exhalatio aceti super leui calore, ac seruetur in fundo puluis rufus. Postea affundatur ei quinta essentia vini, stentq; simul in circulatorio per quadraginta dies. Hoc tutissimè intra corpus vteris.

Alius modus eiusdem. Tartarum ad albedinem calcinatum, fluat cum antimonio in tabella lapidea, postea hoc in puluerem redactum, in aqua calida dissoluatur: & ita inuenies rubedinem quandam aquę innatare, quę colligenda est omnis, & in retorta, aqua transeat primo, ac postea sequetur oleum pulcherrimum rubrum, id circuletur diebus quadraginta, & habebitur oleum antimonij optimũ, minimè corrosiuum. Atq; hunc modum, quicunq; intellexerit, charum habebit.

Aliud Antomonij oleum, à Gallo Empirico. Accipe Antimonij ℔. ij. tartari, salis nitri, ana ℥ iij. cupri incisi ℔. j. omnia simul terantur, postea pone in vas vitreum, non deuitreatum, & da sibi ignem magnum per horas tres. Postea permitte, vt refrigeretur suâ sponte, frange vas, & inuenies in fundo Mercurium antimonij à sulfure separatum, quem separabis à superiore, combure postea superficiem tandiu, donec fiat impalpabilis, colorisq; rubri, tunc pone in alembicum vitreum benè lutatum, si prius in aceto fortissimo sit

dissolutus. Destilla more aquæ fortis, & habebis oleum sanguini simile pretiosissimum. Nota, Mercurius ille ex antimonio extractus, est purissimum aurum, quod si tingere volueris, accipe olei antimonij ℥ j. æris vsti, viridis æris ana ℥ iij. cinnabaris ℥ xv. vitrioli combusti ad rubedinem ℥ iiij. salis nitri ℥ v. prædicti auri albi ℔. iiij. pone in vas terreum bene lutatum, & da illi ignem in fornace venti per horas sex, & inuenies massam citrinam, quam pones ad cementum regale, postea ad capellam, & habebis purissimum aurum. Cementa autem regalia, faciunt aurifabri, & capellas quoque.

Alia non contemnenda olei antimonij descriptio, Gesnero cõmunicata à quodam expertissimo, harúmque rerum studiosissimo. ℞ antimonij ℔. iij. aut iiij. dissoluatur in tigillo aurifabrorum, vt fluat. Postea infundatur in ollam testaceam inuitreatã aceti mensura. Quo facto, & fuso antimonio, magna cura & diligentia parum huius fusi antimonij stillet in acetum (cauendum diligenter, ne vna vice nimium instillare permittas, quia rupto vase, perderes oleum & operam) & exhalabit fumus rubeus, & acetum etiam colorabitur colore rubro instar sanguinis. Per vices igitur & paulatim, nec nisi quasi per guttas, totum antimonium sic est instillandum. *Est autem in bocia vitrea, id quod aceto supernatat separandum semper, & toties, quo-

ties in tigillo funditur. Tum rursus antimonium in tigillo fundendum, vt prius, & siquidem liquatum fuerit, paulatim est in acetum instillandum vt prius, idq; est septies repetendũ, vt facultas & rubedo extrahatur. Acetum consumetur eo modo, ideoq; est aliud affundendum (nam si olla aut nimium fuerit vacua, aut supra modum repleta, dissilit, proptereaq; ab vtroque excessu est cauendum) ne vas rumpatur. Quod si septies fuerit repetitum; acetum rubrum in bocia diligenter perlutata, in cineribus destilletur, & acetum album transibit, oleum verò in fundo relinquetur. Quo sic facto, aqua fontana, oleũ ita relictum, perfundendum mediocriter, & rursus destillandum, vt aceti sapor ab oleo auferatur. Quod vbi bis factum fuerit, hoc est, secunda vice aquam fontanam affuderis, ac postea per destillationem separaueris, habebis antimonij oleum dulce & bonum in cucurbitæ fundo. Verum hæc destillanda forma scriptis non æquè, atq; oculari inspectione, describi potest.

Est & hæc quoq; nõ contemnenda ratio faciendi oleum antimonij, quã, vt puto, Theophrastus Paracelsus pro secreto habuit. Recipit antimonij ℔. ſ. facchari candi ℥ vj. fiat puluis subtilis, destilletur in arena, aut balneo iuxta artem. Huius olei accipe ℥ j. aloes succo citrini ℥ ſ. ambræ ʒ ij. croci ʒ iij. reducantur successiuè in massam, fiant pillulæ par

uæ, dentur tres cum conserua borraginis, ante accessionem febris, educetúrque sudor si fieri potest.

Oleum antimonij Vlmæ, à quodam Medico, in cornuta ferrea, sicut etiam aqua fortis (separationis) fieri solet, destillari audio, contuso scilicet prius eo in puluerem tenuissimum, & permixta parua quantitate aquæ vitæ. Sumitur tutò intra corpus ad sananda vlcera. Norimbergæ quoque oleum eiusmodi habent pro chirurgis, quod illico carnem superfluam, vel putridam tollit illitum. Paratur autem ex antimonio, sale gemmeo, & ammoniaco. Aliud est oleum, quod propinabat quidam (volunt tamen non oleum istud esse, sed ablutionem quandam ceu lixiuium) destillatum tamen puto. Alij dicunt parari id sicut vitrioli oleum, de quo vide Cœlum philosophorum, vbi parandi huiusmodi modus docetur, & hoc oleo Norimbergenses chirurgos vti frequenter audio.

Fit præterea ex eodem oleum quoddam, quod ratione rubedinis nominatur sanguis stibij: quod oleum præstantissimum est ad vlcera serpentia, & maligna, siccat enim & aufert omnem malignitatem: conficitur autem oleum hoc modo, ex Fallopio de Metallis seu fossilibus. Capiunt regulum antimonij, & vt intelligas, regulum vocatur antimonium quinque, vel sex vicibus eliquatum & refrigeratum. Capiunt enim stibium, eliquant, dein-

desi-

de finunt vt refrigeretur, tum iterum eliquãt, & refrigerant: & sic procedunt vsque ad quinque, vel sex vices, & stibium quod vltima vice refrigeratum & compactum remanet, appellant regulum. Accipiunt ergo regulum, & emolliunt supra marmor, affuso aceto stillatitio, & emollitum cum optime fuerit, collocant in panno ex filtro & affundunt acetum, donec totum antimonium fuerit dissolutum, & nihil in filtro remanserit, sed totum ex filtro in vas subiectum percolarit. Capiunt deinde colaturam, seu liquorem illum, & ponunt in alembicum, extrahuntque liquorem: quo extracto remanet in fundo alembici substantia quædam veluti fæx rubra, quam accipiunt, & ponunt in panno, & appendunt in loco humido, & subijciunt vas, fæx illa acta ab humiditate eliquatur, & illud quod eliquatur, est oleum, quod vocatur sanguis antimonij, medicamentum, vt dixi, optimum ad serpentia & maligna vlcera.

Oleum antimonij, quod flos est omnium metallorum, colore rubrum, vt rubinus (sic enim Agyrta cõmendat) tuto sumitur per os, trium gr. pondere: sapore dulce est, leuissime de acredine participans: ℥ iiij. æstimat duobus coronatis. Vsum nescit, id magno, vti refert, sumptu primum inuenit. Ego ipse gustaui, dulcedinem sensi, colorem sanguineum ad rubedinem tendentem vidi, in aqua missa gutta eius vna atque altera, fundũ petit. Ex literis ad Ges.

Aliud oleum antimonij habet (quod egò nõ vidi)rufum, priori colore dissimile, igneæ naturæ cuius minima portio statim vesicam excitat, & vrit, vt hinc eius vsus per os, etiam minima portione tutus non sit, ob malignam & non satis correctam naturã (an de crudo?) Hoc oleum iniectum aquæ forti(ex vitriolo, alumine, sale petræ) Mercurium tingit colore croceo. Hęc ex ipso audiui, videre non licuit, æstimat huius vnciam semis floreno vno. Ex literis Medici cuiusdam, ad Gesn.

Oleum seu quinta essentia antimonij, ex Leonhardo Fierauanti, dari potest ad morbos multos corporis interiores, per os, cum vino aut brodio, aut alia aliqua aqua, guttæ vnius tantum quantitate: & extrinsecus quoque vlceribus malignis illitum, eadem fortiter mundificat. Sume aceti ter destillati & antimonij puluerisati q. u. ponantur in bociam vitream, vt acetum operiat antimoniũ per tres digitos, commisceantur probè, & in cineribus calidis decoquantur aliquãtisper, ad aceti nimirum rubificationem: tùm quiescat; vbi acetum fuerit clarificatum, effunde in vas peculiare vitreum, & fæcibus relictis nouum affunde, & vt supra fiat ebullitio, clarificatio & separatio, quod toties est repetendum, donec acetum amplius non coloretur. Quo habito, fæces abijciantur, acetum verò sic coloratum omne in retorta lutata destilletur: & quando id, quod destillat mutatum fuerit

fuerit ex albo & claro colore, in rubrũ, tũ recipiens mutandum, & fortiori igne destillatiò perficienda. Hæc erit quinta illa antimonij essentia, quæ in obstructo vitro seruanda: mortificat vlcera putrida & maligna, si ea lauentur, &c.

De eodem Medicus quidam ita scribit: Oleum antimonij inuenio fieri, stibio trito subtilissimè, acetoq; toties abluto, quo ad manũ non inficiat, deinde sublimato: hoc aiunt efficacissimè cancrum vlceratum, ne serpat, cohibere: & ne cancer vlceretur, impedire.

Oleum antimonij à Chymistis ad tingendam Lunam sic fit, vt scriptum reperimus in libro Alchymico veteri. ℞ acetum tribus vicibus destillatum, in isto solue salis artificiosi vnam partem, salis alkali partes duas, post solutionem, destilla aquam fortem. Postea recipe antimonij q. u. eiqúe affunde aquam prædictam, & destillato lento igne, post iterum superfunde aquam, hocqúe fac quatuor vicibus. In fine vbi humiditas ascenderit, & fumi albicantes apparuerint, tum fortificato ignem fortiter, & habebis verum oleum antimonij. De hoc oleo recipe partes tres, olei solis partem vnam, olei Mercurij partem vnam, pone ad fixandum, tingit Lunam, Mercurium, & Iouem præparatum in Solem firmissimum.

DE ANTIMONII PRAEPA-*ratione, quod vitri instar pellucet, & nonnulla de eiusdem pulvere.*

VLmensis quidam eligit stibium, longis strijs præditum, quæ quo fuerint longiores, eò etiam meliores, & partem superiorem ceu spumam eius aufert, post per dies 10. aut 14. stibium terit in lapide cum aceto per diem semper: noctu verò semper resiccat, postridie semper rursus terit.

Gemmã antimonij hyacinthi instar perspicuam, tali modo conficiunt. Stibij puluerẽ cacabo fictili impositum, alio cacabo contegũt ac luto muniunt & siccant. Igni deinde cacabos superponunt, & postmodum contegunt, donec pulueres liquescant & confluant, hanc massam rursus exemptã, tritamq;, secundo & tertio igni mandãt, ac sic tertia vice super tabulam marmoream, massam liquidam effundunt, quæ cito consistit, ac instar gemmæ seu vitri, pellucet. Assatur seu calcinatur binis vicibus, tertia liquatur & effunditur.

Antimonij præparatio alia, non multũ dissimilis ab ea, quã Matthiolus in secunda editione sui Dioscordis præscripsit, nisi quod ille adijcit etiam alia quædam, hic nihil omnino antimonio admiscet. ℞ antimonium crudũ, id contere super lapide minutissimè, contritum immitte in fictile paruum, non obdu-

ctum

ctum vitro, atque admoue ad ignem lentum, vt ita mundificetur, ac agitetur continuè cum ſpatula ferrea, donec incipiat veluti conglobari, tum remoueatur, & rurſus ſuper lapide, vt ante comminuatur, iterumq́ꝫ igni admoueatur, fiatq́ꝫ hoc per tot vices, donec puluis cineris ſubalbidi formam adipiſcatur, puto decies, vel duodecies, vel amplius. Poſtea immittatur in fictile, quali vtuntur aurifabri, & cooperiatur, inq́ꝫ copioſum ignem immittatur, atque obruatur ita, vt carbones trium digitorum altitudine excedant ipſum fictile, ita liquabitur, & coquetur ſufficienter, intra dimidiæ horæ ſpacium: poſtea eximatur, & in pelui aurichalcea tenuiter diffundatur, & refrigeretur, & habebis quod voles.

Antimonij præparatio quædam, quā non nulli pro maximo ſecreto abſcondūt, hāc miſit deſcriptionē inſignis medicus, & ſingularis Geſneri amicus. Poſtquam calcinatum eſt ſtibium, toties funditur, quoties poteſt liquefieri, in tabula lapidea. Liqueſcit autem dum ei aliquid impuri ineſt. Ideóque ſemper ſpuma detrahenda. Ac dum poſtremo liqueſcit, parum de ſpuma inijciendum, eáque pars cui inhæſerit ſpuma, quaſi nebula, abijcienda. Eſt autem rectè præparatum planè perlucidum atq́ꝫ tranſparens, ferè ſine omni macula, referens hyacinthum, qui ad croceum magis colorem, quàm ad rubeum atque nigricantem accedit. Ac quo palleſcit magis, eò melius

eſt, dummodo ſit purum, abſque vlla nebula vel macula nigra.

Antimonium vt vitri inſtar transluceat & rubeſcat, ab inſigni medico tanquam ſecretum Geſnero communicatum. Primo recipe antimonij minutim triti, (ſuper lapide, aut marmore) quantum voles: id pone in ollam nouam non vitrearam, quam in ignem mediocrem impones, ita vt ſuper latus iaceat, ſicuti figuli plumbum vrunt, & ſubinde agitato ſpatula. Vbi primum verò fumare cœperit (à fumo autem ceu veneno cauebis, ſi ſapis) effundito in marmor & tere donec refrigeretur. Tum rurſus in ollam impone, agitando vt prius, & cum fumare incipit, effuſum terito, vt prius. Hoc repetito, donec incipiat leucophæi coloris fieri: alioquin enim vitrum nigreſcit, perficitur autem ferè decima repetitione. Tum recipe antimonij crudi vnciam ſemis, liqueſcat ad ignem fortem, & antimonij leucophæi vſti, tritiq́ꝫ, vt dictum eſt, vncias quatuor: eas paulatim in crucibulum immittas ad antimonij fuſi ſemunciam, donec totum immiſeris, & ita ſimul liquari ſinito, cumq́ꝫ modico tempore colliquauerit, effundas in lapidem læuem ac frigidum. Refrigeratum rurſus liquato, idq́ꝫ repetito, donec ceu ignei coloris vitrum, rubini inſtar, ſplendeat. Quod ſi præſcriptum hoc diligenter ſequaris, non fallêris, mihi crede.

Anti-

Antimonij ſic præparati grana pauca (quinque aut ſex) miſcent cum ſucci ellebori nigri artificioſe extracti ſcrupulo vno, vel amplius, & formant pillulas, quas pillulas vitæ vocant, & mire prædicant. Et ne quid deſiderent lectores, etiam ſucci huius præparationem, haud grauate huc aſcribam, vt intelligant omnes nihil me habere, quod poſteritati inuideam, nihilq́ à Geſnero accepiſſe, quod bona fide in communis reipublicæ literariæ gratiam & fauorem, non ſim redditurus. Itaque ellebori ſuccus ſic extrahitur. Ellebori nigri ℔. j. maceratur in aqua calida aliquot horis: tum ea abiecta, affundatur alia recens aqua, idq́ repetatur quater aut quinquies, & demum illa aqua, quæ non amplius amara eſt, decoquatur ad conſiſtentiam mellis. Circa medium decoctionis, adde ſucci halicacabi depurati ℥ ij. ſ. ſub finem verò, aniſi, cinnamomi ana ℥ j. fœniculi ℥ ſ. florum nymphææ ℥ ij. (vbi conſiderandum, an hæc non in ſubſtantia ingredi debeant, ſed potius in vltima infuſione ellebori poni, & ſimul colari, vt poſtea aqua ſola decoquatur ad conſumptionem) poſtremò addatur modicum maſtiches, aut ſaltem in formatione pillularum. Aluus ter aut quater nulla moleſtia ſubducitur, & per multos etiã poſt dies, ſatis lubrica manet. Quidam pro vna doſi harum, petebat talerum ſibi dari.

Antimonij præparandi modum, quem

quodam artifice, qui id præparabat domi suæ, didicerat, sic obiter & breuiter annotatum, in charta reliquit. Stimmeos emi ℥ iiij. & ſ. hoc eſt, quartarium vnum, pro ſolido nostrate, id contritum & cribratum in tigillo liquauimus (impoſito tigilli orificio, carbone ignito magno, qui illabi nequiret) ſupra carbones in foco: & cum refrigeratum deinde fuiſſet, obſeruauimus num quis ineſſet regulus, ſic enim vocant ſtannum, aut potius ſtanno ſimile quiddam (ſui omnino generis) quod vt plerunque in antimonio ſeparato ſubſidit, & facilè dignoſcitur: qui niſi remoueatur, non ſinit antimonium, cum funditur clarum (diaphanum) fieri: ſed nullum inuenimus in hoc ſtimmi: quod ſi præſciuiſſemus, non opus fuiſſet liquari. Rurſus igitur iam nigrum hoc tritum, impoſuimus in patellam fictilem de optima terra factam, nouam, & nunquam madidatam, ſuper mediocri pruna, ad calcinandum, ad quam rem opus eſt ferè ſeſquidie, ſpatula ferrea lata, tum ſemper agitari debet (quidam, vt puto, in patella ferrea calcinant, ſed putabat colorem minus clarum fore à ferro) interim ſemper exhalat odor ſulfuris peſsimus (quo aiebat ſæpe quidem dum faceret, ſibi doluiſſe caput, non aliud ſymptoma ſequutum.) Satis tandem calcinatum intelligetur, cum odorem (ſulfuris) nullum amplius reddit, & colore cinerem refert, nec

poteſt

potest calcinando aduri. Fictile tandem videtur igniri, & licet rimam agat (sicut fecit hoc nostrum) durare tamen adhuc potest, vsque ad finem operis, nisi rima maior fuerit. Postea teritur in pila rursus, ac in tigillum imponitur ad spacium horæ ferè, & ignitur per mediam ferè horã, inde paulatim ignis inminuitur, vt si quid alieni adhuc inest, auferatur aut auolet. Tigillum tamen testa aliqua tegitur, vt citius igniatur. Deinde cum refrixerit, additur ℥j. chrysocollæ, cumq́ ea trita in mortario miscetur, & in tigillum imponitur hoc totum, vt liquetur, ferro vtere oblongo, periculum enim aiebat imminere in contingendo materiam, qualis nam esset. Fusio autem, seu eliquatio, per quam difficulter fit primo (per horam enim ferè in foco aut amplius, cũ magnis carbonibus vndiq; circumpositis, & magno folle, inflando subinde, crucibulo semper ignito apparente, vix tandem liquabatur) verum vbi fuerit liquata, super marmore aut lapide plano, funditur, secundum longitudinem ceu per fila crassiuscula continua. Lapidis color, qua tangitur albescit. Secunda liquatio & reliquæ deinceps, citius succedunt. A prima fusione, statim incipiebat transparere in giluo obscuro: nec postea sexies liquatum, in colore multum profecit, mansit ferè in eodem. Cum fusa materia refrigerata est, iterum teritur in mortario & liquatur.

Aliter ſtibij quantũ ſatis eſt, tere, ac in ſubtiliſsimum puluerem redigito. Laua primum frigida fontana, vſq; dum ea à lotione maneat limpida, rurſum roſacea & cardui benedicti aquis laua, quas imbibat. Tum exceptus hic puluis inſoletur, quoad coierit in grumos, denuò in ſubtiliſsimum puluerem redigito, tum crucibulo indito. Liqueſcat moderato igne: cum primum luteus & arſenici colore vapor cœperit exhalare, ſpumęque purpureæ, in ſummo labro intumèſcent, ignem augeto, atq; ſalis nitri, vrina hominis rufi, diſſoluti, vnà cum hydragyri (ſaliua ſeu ſputo eiuſdem hominis, quoad fieri poterit fixi) ana (an partes æquales?) ſpectata quantitate totius, indito eodem, atque miſceto, agitando rudicula ferrea, aut chalybea, donec exhalarint penè vapores virides & lutei. Eius viſcoſitatem & pertinaciam glutinoſam, ſic correxeris, & quod alioquin non verè liquidum erat, ſed tantum intabuerat, inſtar glutinis, fluxile reddideris. E regione crucibuli, lapidem marmoreum pones, & inter agitandum ſenſim rudicula in gyrum, ſpatula latiore liquidum metallum, ſuper marmoream planiciem egerito: vbi opus eſt induſtria. Nam ſummas partes & ſpumeas longiuſculè, medias propius, infimas & feculentiores proximè cum ſpatula egerito, id quod continuis ductibus, ne miſceantur ſummæ, aut infimæ, medijs, quas medias ſcilicet, nam eas


ceu

ceu meliores videtur probare) oportet diligenter excipere, educendo donec totum depleueris. Quid autem & quatenus excernendum ſit, ſatis oſtendent, tum tinnitus, tum ſplendor argenteus mediarum partium. Inter agitandum porro & egerendum, ne fumus virulẽtus, ſiccuſq; ſpiritus ingruat in os & nares cauendum eſt, quippe paulo minus quam lethalis eſt, ſunt qui veſicam porcinam vultui obtendant. Nunc quicquid erit puriſſimi & notæ illius (tinnientis ſcilicet & ſplendidi) in ampullam ponito, & aqua ardenti ſexies rectificata totum operito, ac deſtillato, (an per retortam?) aqua rubea primum emanabit, hanc ſepone & aliud receptaculum ſubdito, quod effluxerit excipito. Poſtremo hyeme aut tempore frigidiore (vt coeat melius nimirum) in ſtabuli ſolo, ſcrobem duum pedum altitudine fodito, area quoquouerſum trium pedum, eius ſolum carbonibus accenſis & baccis laurinis purgato, tum fimum equinum mediocriter humidum, altum pedem ſterne. Ibi ampullam condas, (in qua nimirum ſit liquor, qui priore deſtillatione effluxit) & operias, (illius fiſtula, quæ immiſſa erit in receptaculũ, luto philoſophico diligenter obturata) & quarta quoq; die aperias & recens fimum mittes. Quandiu iam amplius nihil effluxerit, habes liquorem denſum & ambræ colorẽ præ ſe ferentem. Hunc effunde ſuper cryſtallinas & argenteas la-

minas, & cœlo ſereno atque frigido, aquilone flante, pone ſub dio, vt glaceſcat, (erit quale vidimus) demum fudimus pauculo calore, inſtar gummi liqueſcit: ad deploratos cancros, paralyſim, apoplexiam, arthritidem illinunt: ſi intro, terunt grana ij. aut ad ſummū tria. Audio eum dediſſe peſte infecto, non miſſo ſanguine, qui pauló poſt obierit: item alteri, qui ſanguine miſſo euaſerit.

Qualiter ſpiritus rubeus eliciatur ex antimonio, ſecretum maximum inſignis cuiuſdam Chirurgi. Recipe antimonij puri ℔. ij. aut tres, exiccetur & redigatur in puluerem, comminutum imponatur cucurbitæ fictili, cui ſubijciatur ignis primo lentus xx. horarum ſpacio: deinde fiat ignis pauló intenſior, poſtea concitatior vſque ad finem triginta & ſex horarum. In receptaculi, ſeu cucurbitæ, fictilis ventre, supernè ad latus imponitur codex ligneus, qui interdum exemptus ex foramine, prodit colorem ſpiritus exhalantis & adhærentis, primum candidum, poſt giluum, flauumq́ꝫ, vltimo ruffum planè. Perfecta hac ſublimatione, & refrigeratis vaſis (puluis ignis potentia ſublimatus) à vaſe recipiente expurgatur vel penna vel pede leporino, & imponitur retortæ, quæ in balneum Mariæ collocatur, fitq́ꝫ ſecundaria exhalatio, quæ item in cucurbita vitrea vel lapidea excipitur. Eo modo habebitur puluis totus ſanguineus. Receptacula in quæ ſpiritus ſeu

tùs ſeu fumus antimonij exhalat, ſemper linteolis frigida madefactis, refrigeranda ſunt. Nam receptacula frigefacta fumum antimonij tanto citius ad ſe alliciunt. Receptaculorum ventres ſurſum collocandi ſunt, ora in quæ cucurbitæ inſeruntur, infernè collocanda. Cucurbitæ in quam comminutum antimonium ſublimandum ponitur, luto munire oportet. Sed cucurbitæ recipientes ex luto ignem perferente formari debent. Collum eorum ſit oblongum, brachij longitudine; venter largus ideò, ne ſpiritibus diſtentus rumpatur. Sit tamen collum adeò largum, vt manus cum cubito intromitti & eximi facilè poſſit, pro vt hæc appoſita figura oſtendit.



A. Furnus eſt, & locus ignis, pro antimonij præparatione ad remedia; meliore modò quàm Matthiolus habet.

B. B. Cucurbita antimonium comminutum continens, formata è bona argilla.

C. Cucurbitæ collum ſurſum tendens, & fumum ſeu ſpiritum antimonij, in vaſa recipientia deferens. Sunt autem eleuata ſurſum & firmata ſuper aliqua tabula, vel ſcāno. In quibus codex apparet, quo exempto iudicium ſumitur, qualiter ignis ſit moderandus, intendendus vel remittendus: Eſt autem codex epiſtomij loco, vt aperiri poſſit, & inſpici ſublimati antimonij color, &c.

Talis deinde puluis exigua quantitatè (doſim enim perfectam ignoro) in pleureſi, obſtructionibusq́ pectoris, pituita, morbo gallico, cum aquis appropriatis, &c. exhiberi ſolet. Sunt qui ſcabie Gallica infectum tridui vel quatridui ſpacio, curari poſſe affirmāt hoc modo. Patientem dolio includunt, (vt caput ſolum promineat) ſcabello perforato inſidentem, cui maſſam ferri ignitam leuiter ſubijciunt, ac prædictum pûluerem ſuperſpergunt, vt fumus eius totum corpus ambiat, infernasq́ partes ſubintret, iubéntque patientem tribus horis ita ſudare, ſi ferre poſſit, ſed ſi nequeat, crebrius hunc ſudorem repetere. Ita omnem luem hoc fumo tot dierum ſpacio tolli, quotquot huic ſudori operam dederit. Expertum autem ſe, mihi retulit nobilis quidam Thuringus equitum magiſter, &c.

Stimmi liquatur in crucibulo maiuſculo, & ſuper ignē tenetur, horis aliquot (x. fortè, non

non expressit Gesnerus:)tunc finitur refrigerari:rursus liquatur vt prius, & refrigeratur, id repetendum puto, ter, quater, nec opus teri (vt puto) super marmore, & sic vapor eius paulatim consumitur, & color tandem mutatur in croceum: sicq; subtilis omnino & leuis puluis croceus fit, qui fortior est, quàm vitrũ seu gemma stibij. Satis est ij. vel iij. eius grana exhiberi. Puluis est gemma stibij trita, crassiusculus est, nec ita leuis & croceus: cuius grana vij. & plura dari possunt.

DE ANTIMONIO PRAEPARATO iudicium doctorum, deq; eius vsu.

DE Antimonio, præparato, quod instar vitri splendet, sic quidam iudicat, ex literis ad Gesnerum. Antimonij præparati & rubri essentiam ad iudicium vocaui, & inuenio, vitrum hoc, non illud esse veterum Philosophorum, de quo multa scribunt, quamuis ex eodẽ fiat, quia magis terrestre & crassarum partium est, ideoq; licet aliquas vires & facultates eius experiamur, eas ipsas tamẽ quas veteres suo illi vitro ascribunt, minime possidet. Philosophorum enim vitri quidem nomen obtinuit, sed vitrum non est, quin potius saccharum quoddam naturale, & dulce, crystalli instar pellucidum, & frigore, vt glacies, coagulatur. Huius præparatio non eadem est., apud omnes, ideóque non

eadem quoque facit. Quod si ratam huius & certam haberemus præparationem, thesaurus esset maximus.

De vsu Antimonij, vt ipse est expertus, sic Gesnerus scribit. Antimonium præparatum (vt Matthiolus docet) dedi anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo tertio, 22. Ianuarij, melancholico, qui manum sibi consciscere proposuerat, iuueni carnoso, nempe grana v. ferè, trita cum paucula conserua rosarum, & vino in bolo: vesperi media tertia (cum iam tres aut quatuor dies, minimo cibo vsus, decumberet, & caput vix leuare posset, nisi cum vertigine quadam, & dæmones se videre sibi immaginaretur, timidus & anxius subinde, & Deum suspirijs inuocans) hora vna post, iusculo pingui dato, vomitus processit, & aliquot deinde, simulque sedes: verum cum maxima molestia circa ventrem & cor, & cum summo capitis dolore, qualem se in vita nunquam expertum aiebat, (sed augebat nimirum malum, latens in eo melancholia, & quod cum sitis maxima esset insequuta, nimium aquæ cum vino bibisset) cœnam detractauit, nihil dormiuit: anxius subinde tota nocte, vomebat adhuc paulo post octauam. Dabam rob. de rubo idæo, de ribes, de cotoneis. Rosas cum vino & aqua calefactas, præcordijs imponebam. Postridie mane datum ei, licet nolenti, iu-

iusculum

ſculum eſt, poſt quod dormiuit ad horam ferè, & meliuſculè habere cœpit. Appoſui etiam capiti (fronti) linteum madidum aqua lactucæ, roſarum, oleo roſ. & aceto: quod cùm dudum facere iuſſiſſem, neglexerant. Oleum de vitriolo dediſſem, ni melius habuiſſet, & fortè nymphææ conſeruam, vel ſyrupum. Eadem nocte, dari iuſſeram aliquid theriacæ nouæ poſt mediam noctem, ſi vomitus non remitteret, aut non dormiret, ſed nimis parum dederunt. Nota vero. Ego digitos tantum lambens dum miſcerem medicamentum, duabus poſt horis, capitis dolorem quaſi vertiginoſum ſenſi, & plurimum ſputi è ventriculo, cum aliquo inferioris ventris dolore, dextri præſertim: vomitum mihi prouocaui, abſinthiatum bibi, melius habui. Antimonium illud pulchrum crocei coloris, & vitri aut gemmæ inſtar translucidum, fragile dentibus erat. In hoſpitali hîc, alteri cuidam inſano dedit Geſnerus, ſtibij præparati, vitri inſtar lucentis, & nihil fumantis, grana vj. & cum vomiturus videretur, parum panis deglutiuit, ſic deſcendit, nec niſi moleſtiam aliquam in ventre fecit. Sedes quatuor tantū habuit. Poſtridie dicebat, ſibi caput mirabiliter affectū fuiſſe. Item grana vj. ſtibij præparati opaci & fumantis parum, dedit Geſnerus hydropico, qui poſtea magnos præcordiorum dolores

patiebatur etiam poſtridie manente adhuc dolore, ſupra, infraq́ꝫ purgauit, modica tamen quantitate.

Scribit ad Geſnerum nobilis quidam, egregius antimonij præparator, ſe plus quàm 400. hominibus cuiuſcunqꝫ ſexus & ætatis, hoc ſuum antimonium exhibuiſſe, citra omnem non ſolum noxam, ſed fœliciſſimo quoque ſucceſſu. Exhibuit Curiæ Rhœtorum quinque viris peſtilentiali febre correptis, quos ſanitati reſtituit. Is aſſerit præſentaneum eſſe peſtis remedium: quibus verò offertur antimonium, ijs neque ante eius aſſumptionem, neque poſt, vena eſt ſecāda. Huius antimonij ſui miſerat partes aliquas, triplici coloris differentia, inter ſe diſtantes, ex quibus, quod rufo colore præditum fuerat, reliquis præferebat: propterea quod longiori in igne mora, vt colorem acquirat, virtus exhalat. Verum quod ita maiori igne coloratur, maiori quoque doſi eſt exhibendum. Exhibuit idem rubri antimonij, cuidam robuſti corporis viro, grana quinque: qui verò ſunt mediocris valetudinis, & mulieribus, offert grana quatuor. Debilitatis verò tria. Si vero validiſſima quis complexione fuerit, ſex grana tutò offerri poſſe, neque hanc doſim excedendam putat. Vbi neceſſitas vrget, qualibet diei parte exhiberi poteſt; media quin etiam nocte, dummodo cibus differatur ab eius aſſumptione per horas quinque

aut

aut ſex, & ante aſſumptionem per horas duas aut tres ieiunarit. Verum vbi neceſſitas non ita vrget, commodiſſimum exhibendi tempus fuerit, mane per horam vnam ante ſolis exortum. Exhibeo inquit hoc antimonium contra omnes febres, hydropem, icterum, dyſenteriam, mulierum melancholiam, catarrhos, capitis dolores, morbum gallicum ſingulariter, aluum aſtrictam, pectoris & ventriculi pituitam & repletionem, anhelitum fœtentem, venena, inſaniam & alios infinitos morbos, hæc ille. Contra epilepſiam: Recipe pulueris antimonij, ſanguinis draconis, caſtorei, ana drachmas ij. miſce fiat puluis ſubtilis, pueris etiam ſub lingua ponitur.

De eiuſdem vtendi modo, ſic etiam annotauit Geſnerus, ex aliorum ſententia. Præparati ſtimmeos doſis eſt in robuſtis, granorum quinque vel ſex pondere: in mediocribus vero trium vel quatuor, è ſaccharo violaceo vel roſarum. Pueris natis annos quatuor, quinq; vel ſex, datur granum vnum & ſemis, in rob. ebuli vel ſambuci. Aniculis granum j. cum lacte. Operatur autem intra horam, vel ſeſqui horam. Poteſt etiam grauidis citra noxam dari (de quo valde dubito.)

Qui ſumunt antimonium præparatum, ſumant ſtomacho ieiuno, & cibum poſt ſeptem vel octo horas demum guſtent: paulo

vero poſt aſſumptionem, ius cicerum calidum bibant, in pauca quantitate. Contineant ſe intra parietes per dies duos, & à potu quoque eo tempore ſibi temperent. Aliqui ſtibij tritiſſimi & calcinati tantum, cinere ſeu calce vtuntur eodem modo, ſed tutius videtur, vt aliquoties fundatur.

Morbis conuenit, primo quidem peſtilentiæ, & qui ea ſunt infecti, ijs quam primum offeratur: quin etiam præſeruationis gratia ad purgandum exhibetur. Eſt præterea ſingularis medicina, contra hauſta venena. Deinde competit ijs, qui diuturno capitis dolore vexantur. Tertio catarrhis ad pulmonem deſcẽdentibus. Quarto doloribus ventriculi, & eius debilitati. Quinto hydropiſi. Sexto aſthmati prodeſt, & difficultati anhelandi. Septimo paralyſi particulari. Octauo epilepſiæ, Nono, febribus quartanis. Decimo melãcholicis & delirantibus & inſanis. Vndecimo, quorum corpora ad elephantiaſim inclinant, & ſcabie mala affecti ſunt. Parant nonnulli ex ſtibio pilulas, ad hunc modum.

℞ aloes ℥ ſ. cinnamomi ʒ ſ. caryophyllorum ℈ ſ. maſtiches ʒ ſ. roſarum, liquiritiæ ana ʒ ſ. miſce & fiat maſſa cum aqua roſarum. Accipe huius maſſæ iij. cicerum magnitudinem, & permiſce ei gr. iij. ſtibij præparati, & cum aqua roſarum aut vino ſubigendo in pila, faç duas aut tres pilulas.

Secretum quoddam cuiusdam magistri, in cura polypi, cum antimonio præparato. ℞ pulueris antimonij præparati, fac tentam quam inunge vnguento apposito, post inuolues tentam in dicto puluere, & impone in nasum super polypum, id quod pluries expertum est.

Post vsum antimonij, ad confortationem ventriculi, quidam his sequentibus medicamentis vti solent. ℞ vini aromatici, Hippocraticum dicitur, partes duas, iulepi sequentis, partem vnam. In his simul mixtis, intinge panem tostum: cui asperge, pulueris electuarij trium santalorum, & tantillum mentæ & absinthij siccorum. Iulepus est talis. ℞ partes tres aquæ vitæ extractæ per membranam madefactam oleo anisi, aut alio bene olenti, & per vaporem tantum balnei Mariæ destillatæ, aquæ rosaceæ partes duas. In aqua vitæ infundatur per noctem, aliquid caryophyllorum, & misceantur, addendo saccharum. Galli solent offam, aut ius aliquod post antimonij vsum, exhibere, cum iam quis vomitum sentit, vt facilius vomat. Ex literis cuiusdam insignis Medici ad Dominum Gesnerum.

Quartanarijs omnino tuto exhiberi testatur quidam empiricus, eiúsque iam aliquot propria experimenta refert. Hydropico aliquando proprio affini, idem exhibuit, & magno successu. Tamen neque hunc quidem

periculo caruiſſe initio, affirmat. Cuius cum cauſam requireremus, reſpondit, non ſatis paratum habere poſſe antimonium.

In ſumma tuto antimonium ſumitur, inquit quidam, hoc enim medicamenti genus, eam habet à natura facultatem, vt nullum benignum & vtilem in corpore humorem adoriatur, ſed noxios tantum expellat, idq; aut per ſudorem, cui, ſi quidem appareat, locus dandus eſt, aut per vomitũ, aut per ſeceſſum.

Mirificè quidam Antimonij vſum extollunt, & ſuperare omnia reliqua remedia, in ijs qui peſtilentia ſunt infecti, putant: verum ego, inquit vir doctiſſimus in literis ad D. Geſnerum, qui tam benè præparatum, quam illi habent, habeo, in multis male periculum factum ſcio. Nam illius vſu, cor grauiter affligi, quod præcipuè in febribus peſtilentibus adficitur, certum eſt.

De Antimonij vſu, ſic alius quidam ad D. Geſnerum ſcribit. Aurum vitæ, & præparatione & vſu, per omnia reſpondet. Antimonium vſu, ſed non præparatione, quod hyacinthum (non) referat, reſpondet. Nunc primum præparaui, ac præparationem eius, quidam, vtpote perfectam, approbarunt. Eorum itaque authoritate, & propria præparatione confiſus, cuidam gra. iij. exhibui, poſt duas horas cum dimidia, ſexies vomitum, ter aluum mouere, nec vllum poſt ſe reliquere incommodum.

De

De Antimonio præparato, eiúsque vſu, ſic quidam alius doctus ad Geſnerũ ſcribit. Mitto hic tibi vel minimum fruſtulum ſtibij præparati, prout D. Matthiolus ſuper Dioſcoridem docet, cuius inſignes enumerat vires, de quibus ſi certo conſtaret, quis obſecro me fœlicior eſſet? qui hoc pharmaco à diuturno illo meo & ſæuo morbo liberari poſſem, vt ibidem hiſtoriam cuiuſdam flatuoſi ita curati, recitat. Puluerem huius ego hactenus plus quam viginti varijs ægrotis exhibui, in quibus omnibus, primo quidem vomitum, deinde verò aluum, ſatis copioſè & haud inclementer etiam (ſicut Matthiolus eo in loco aſſerit) concitauit. At quamuis quidam ex ijs poſtea melius habuerunt, nullus tamen omnino à morbo liber euaſit. Ideò nũ ſæpius fortaſſis exhibendum ſit, iam ambigo. Nobiles noſtri valde commendant, cum in tam parua quantitate ſumptum, tam egregias in euacuando exerat vires. Soleo cum ſuauiſſimis conſeruis ſuccisq; hoc venenum permiſcere, ita vt ſine omni nauſea, facilè id deuorare queant. Ego ipſe quoq; tandẽ vſus ſum, duob. tantũ granis, cum aliâs tria exhibeam, & certè ſine aliqua ferè moleſtia: primo vltra ſemilibram porraceæ bilis, cum tenaciſſima pituita euomui: poſtea nouies ſatis copioſè egeſſi, at morbus inde nihil remiſit, imò deterius aliquot poſtea diebus habui, quod mihi hypochondriaca melancholia af-

fecto) ab omnibus purgantibus medicamentis accidere solet, siue vehementia siue mitiora fuerint, &c. Quod si aliquis ad vomendum facilior sit, & ad expurgandum difficilior, aut saltem mediocris, huic tutò hoc stibium propinare poteris duorum vel trium granorum pondere. In ijs verò qui difficulter vomunt & lubricum aluum habent, aut debilioris naturæ sunt, vt picrocholi, non abest periculum, id quod ego studiosè hactenus obseruaui. Hæc ille.

Rursus alius quidam Medicus, de antimonij præparati vsu, ad Gesnerum scribit. Antimonium ad te mitto, quemadmodum petiuisti, igne præparatum & puluerisatum, non potui autem integrum nunc habere: mitto autem geminum, alterum quod ad nigredinem vergit, est illud ipsum quod hic multis fuit sæpe exhibitum. De eius vsu innoxio possum testari, sed arbitror alterum esse adhuc melius & præstantius. Qui eo vtuntur, ferè in pillularum forma exhibent, facta incorporatione cum idoneo serapio. Exhibent verò paulò ante cibum, ita vt cibus medicamenti assumptionem mox sequatur, ita retineri affirmãt, & operationem eius esse potentem. Reijci verò vomitu plerunque, si longius sit inter assumptionem medicamenti & cibi interuallum.

DE OLEO SVL- *furis.*

Sulfur

SVlfur licet aridum, ſiccumq́; aſpectu appareat, proindeq́; nihil penitus humoris, è quo aliquid extrahi oleoſi poſſit, in ſe cõtinere videatur: vſque adeò ſiccum tamẽ non eſt, calidumqúe, quin ex elementorum mixtione, humiditatem quandam, eamq́; pinguem, per quam nimirum hac forma conſtet, adiunctã contineat. Deſtillatur autem ex eo oleum, aliquando abſolutè & per ſe, nullis alijs admixtis ſimplicibus : aliquando verò permixtis ei corporibus etiam alijs.

Oleum ex ſolo ſulfure, vt aſſerit Braſſauolus, vi ignis & glaciei mirificè extruditur. Sed optimum eſſet, ſi quis, inquit, ſulfuris reſudationem haberet, quæ in locis ſulfureis ex montibus tanquam flos exudat, imò flos ſulfuris appellari poteſt & debet, nam vti ros, ita ſudor ſaxa exit. Cum illuſtriſſimum ducẽ noſtrum 1535. Neapolim ad Carolum Imperatorem comitatus eſſem, inquit, Baias inuiſi, & Puteolana loca, vbi inter montes pulcherrima adeſt conuallis, in cuius medio feruentiſſima ebullit aqua, & in angulo alio adeſt ebulliens fouea, huius conuallis ſolum cyaneum viſitur, montibus vndiq́; cingitur: aderant pueruli quidam, quos vidi montes digitis tangere, digitosqúe in os imponere, & lingere, quid facerent interrogaui, reſpondêre quòd ſulfur edebant, & quod dulciſſimũ erat, cœpi tunc florem illum guſtare, qui à lapidi-

bus vti ros desudabat, & dulcissimum esse reperi, eo mane nihil aliud in prandio edere voIui, quàm panem & florem illum sulfuris dulcissimum, & hoc est illud, ex quo perfectissimum conficeretur oleum. Et rursus alibi, inquit idem. Oleum sulfuris destillari potest, tum ex apyro, hoc est, sulfure ignem non experto, tum ex eo, quod ignem est expertum. At verò optimum esse coniiciendum est ex flore sulfuris oleum: ex sulfure verò ignem experto, depurato scilicet, ac à lapidibus & terra vi ignis defæcato melius: ex eo verò, quod ignem non est expertum, bonum. Sulfur seorsim ac simpliciter sic destillatur. Paretur ante omnia ex vitro aut terra inuitreata forma campanæ amplæ, ad formam ferè campanæ, qua reliqui liquores destillantur: ea liberè in aere, vt nihil quicquam ea parte qua dependet contingat, ex filo seu corda suspendatur. Sub hac campana, vas aliud, angustius tamẽ campana, terreum aut ferreũ collocetur, cui sulfur tritum imponẽdum est. Distet verò campana à subiecto vase tantum, quòd fumus exiens, ignem non suffocet, sed liberè in campanam recipiatur. Mouendum verò aliquãdo erit sulfur, vt liberius ardeat. Animaduertendum autem est, oleum non ita cito in campanula colligi, vt destillet, sed id aliquando altero demum die apparere, & ex quinqꝫ libris sulfuris, vix vnciam olei colligi. Est autem sulfur tritum non simul & semel

mel copiosè affundendum, sed paulatim. Atque si hoc modo perrexeris, colliges oleum rufum, obscurū, quod seruari debet in vitro. Hoc quoq; oleum, inquit Leonh. Fierauant. lib. 2. Capric. tantæ est efficaciæ, & virtutis, vt vix quisquam satis credere possit, si effectum non vidisset. Ego, inquit, nunquam eo sum vsus, quin non miracula viderim, præsertim, vt idem testatur, si per os exhibeatur. Dari verò potest cum appropriatis aquis, aut syrupis liberè, ad grana quatuor, ad sex, neque vlterius tamen. Potest coniungi cum omnis generis electuarijs, & pillulis, quoniam hoc modo multò fœlicius operationem propriā perficiet. Confert omnibus morbis tam calidis quàm frigidis, &c. Sed & efficacissimum idem hoc oleū est ad dealbandos dentes, exiccat enim vehementer. Vtitur eo quidam magni nominis, in Gallicis vlceribus & virgæ, licet enim primò mordicet, postea tamen dolorem & vlcus aufert. Ardor eius extinguendus est albumine oui conquassato, & iniecto, aut cum vnguento de cerussa, aut butyro loto. Valet & ad vlcera praua gingiuarum, & oris in pueris, ad gangrænas, ad verrucas (quod ego in meipso sum fœliciter expertus) & alios contumaces morbos. Ad fistulas ani & cæterorum membrorum, oleum sulfuris per siringam inijcitur, & ardor, si quis fuerit, vti supra, extinguitur: replet verò fistulas, ex puluere ellebori albi, & est bonum.

Olei sulfuris descriptionem Matthiolus quoque habet, huic ferè similem, nisi quod vasorum quædam sit differentia. Ampulla lata vitrea in caudam oblongam exiens (vt in templis suspenditur) ponatur in arena vel cinere, in aliquo vase ligneo, vt stabilis maneat. Tum à marginibus ampullæ, suspendatur vasculum ferreum (fortè altitudine trium digitorum) rotundum aut quadrangulum, in quatuor locis perforatum, vbi inserta sint fila ferrea, quæ imponantur marginibus phialæ, ita vt vasculum ipsum nusquam tangat phialam, præterquam philis: & super phialam suspendatur calix longus & profundus, vt minimum, pedem, qui fumum ascendentem recipiat, vnde iterum destillet per imas margines calicis in subiectam phialam. Oportet autem subinde dum sulphur vritur, nouum cochleari infundere, & laminam (cuius pars ima ad magnitudinem & figuram articuli pollicis accedat) ignitam apponere, atque sic nouum semper sulfur infundere, donec ℔. j. aut ij. consumantur. Quod si sulfuris oleum sic non succedat, fortè quòd sulfur nimis aridum fuerit, calix qui fumum receperat inuersus, ponatur in locum frigidum & humidum, & post biduum colligetur.

Sulfur, inquit quidam, non destillat à vase vitreo superius suspenso, sed adhæret lateribus. Infundatur igitur parum aquæ vitæ in

vitrum

vitrum, ita vt omnes partes vitri tantum madefiant, deuoluendo aquam vitæ ad omnes partes vitri. Deinde vitrum totum operiatur orbe ligneo, interposito folio papyraceo, ne quid euaporet, & in locum frigidum & humidum ponatur dies aliquot, donec omnis materia in fundo resideat, & destilletur per alembicum vitreum. Vel si tota materia sit clara, in aliud vitreum vas clarum, oblongum ponatur, & separetur, vt olea separantur.

Alius modus è sulfure viuo, quem quidam Medicus mihi indicauit. Primum calcinari sulfur modicè debet, sed cautè ne vratur, aut inflammetur, ita vt ferè in puluerem redigatur. Postea destillato id per ascênsum, facilè enim ascendit. Cæterum difficile esse hoc oleum parare, affirmabat, nec posse se describere, sed opus esse præsenti inspectione. Ad Gesnerum missum fuit alicunde paruum frustulum sulfuris sublimati, ex quo oleum fuit extractum: quod non aliter astringit, quā oleum Vitrioli, & est aqueæ potius substantiæ, quàm oleaginosæ, quod miror. Ex epistola quadam ad Ges.

Rursus ad Gesnerū à veteri amico, & viro docto, de eodē sulfuris oleo sic est scriptū. Sulfur ignem nondum expertum in lebete fictili accēdatur, & supra lebetē capitellū, vt vocāt, seu campana (vitrea nimirum) luto incrustata collocetur in tripode, vt halitum sulfuris

excipiat, qui ibi densatus in oleum, per canalem seu nasum campanæ extillat in vas subiectum, recipiens nominari solitum.

Alia ratio. Quidam alia ratione conficiũt. Ad partem vnam sulfuris triti, addunt partem alteram silicum in puluerem itidem redactorum. Hanc mixturam in retorta ad leuissimum ignem apponunt, & oleum optimũ eliciunt. Quod oleum quibus in morbis vsurpetur, & quo cum exhibeatur in singulis, quaq; mensura & quomodo, breuiter ostendendum.

Vsurpatur hoc oleum in morbis frigidis quorũ causa sunt humores vel frigidi vel putrefacti, aut in quibus flatuum adest copia: vt in febrĭbus putridis, tertianis, quotidianis, quartanis, in peste, in vulneribus, in vlceribus maximè cauis & sinuosis, in affectibus plerisq; cerebri, oris, dentium, ventriculi, hepatis, lienis, matricis, vesicæ, intestinorum & articulorum, ijs videlicet qui ex humoris abundantia, aut putrefactione proueniunt.

Datur autem pauxillum huius olei, cũ destillatitio liquore vel decocto herbæ conuenientis, pro cuiúsque partis & affectus qualitate. Mensuræ modus hic est, Gallinæ penna in oleum intingitur, atq; inde mox extrahitur, & quod adhæret pinguedinis seu olei pennæ, id in liquore, seu decocto diluitur, & datur bibendum ægroto.

Quibus autem coniungatur in singulis affectis

affectibus: In febre quidem quotidiana, in vino decoctionis rorismarini aut mentæ paulò ante accessionem. In tertiana; cum decocto centaurij in vino. In quartana, cum aqua buglossi. In peste, cum vino decoctionis rhaphani, cui admixtum sit parum theriacæ & mithridatici. In vlceribus & pustulis oris, penna aut gosipium oleo madens loco vlcerato admouetur leuiter, ita contactu olei aliquoties repetito, persanatur malum. Epilepticis, in decocto betonicæ & pæoniæ propinatur. Tussientibus; cum semine vrticæ & hyssopo coctis in vino. In anorexia, quæ redundantia phlegmatis existit, cum aqua absinthij. In dolore ventriculi & coli ex flatu, cum aqua chamæmali. In hepatis frigiditate & hydrope, cum aqua iridis; chelidoniæ & melle. In obstructionibus & dolore lienis, cum aqua tamaricis. In morbo Gallico, cum aqua fumiterræ & florum genistæ. Contra vermes, in aqua graminis aut absinthij. In dolore matricis; cum vino decoctionis betonicæ & matricariæ. In vrinæ suppressione, cum vino decoctionis allij. Ad podagram frigidam, cum aqua chamæpityos. Atq; in his omnibus idē vtendi modus est, is videlicet, qui supra est expositus, de penna oleo imbuenda, & mox diluenda in idoneo liquore. In vulneribus autem & vlceribus, locus affectus oleo linendus est, cum penna leuiter. Dens cum dolet; eodem leuiter attingendus est. Sed si pariter

omnes doleant, decoctũ mentæ calidum, cui immixta ſit olei guttula vna atque altera, ore continendum eſt.

Oleum ſulfuris, Romani cuiuſdam medici, ex quodam lib. manuſcripto ſecretorũ, tranſlatum ex Italico. Oleũ ſulfuris facilè quidem & citò cũ vitrea campana paratur, ſed melior modus & perfectior hic eſt. Pulueriſetur ſulfur ſubtiliter, & de pumice tantundẽ piſtetur, quę duo miſceantur ſimul & ponãtur in retortam, cui adiunctum ſit ſatis amplũ & magnũ recipiens, & bidui ſpacio, leuiſſimo igne oleũ ſulfuris deſtillabis, quod Italis dicitur oleum, Da grata, ouero, De regeſtro. Additur autem pumex, ne ſulfur aſcendat, ac etiam citius vapores ſurſum mittat. Eædem penè facultates aſſignãtur ei, quas modo ſupra recenſuimus, niſi quod in pauciſſimis hanc diuerſitatem notauimus. Valet ad vulnera, accipiendo puluerem ex folijs quercus, pimpinellæ, agrimoniæ, conſolidæ maioris, hyperici, quibus omnibus benè contuſis, decoquantur in vino, & colaturæ admiſceatur pauxillũ huius olei, aut ſaltem quantũ ſatis ſit pro malitia, & magnitudine plagæ. Cum hoc decocto lauetur vulnus recẽs aut inueteratum vlcus, & ſubitò curantur. In morbo Gallico poſt ſufficientem purgationem, valet oleum eodem modo, quo ſupra. Atq; hæc quidem, & alia ſupra ſcripta, quæ huc referenda, perlubentur experta à medico Imperatoris Bononię, & ab alio Romę.

Oleum

Oleum sulfuris odoriferum, & potabile, quod sanat & curat ferè omnis generis morbos, vtcunq; pertinaces & malignos ex lib. Italico secretorum Fallopij. Sulphur puluerizatũ crassiusculè, ponitur in vas terreum, cui per spacium duorum vel trium digitorum supra suspẽdatur campanula seu capitellum nasutum, cui accommodetur recipiens, in quo sit musci aliquid dissoluti in aqua rosarũ. Quibus peractis, accenditur sulfur, & fumus in capitellum recipietur. Priusquam autem sulfur destillet, in capitelli parte interiori generabitur quasi tunica quædam, aut pellicula (neq; enim quicquam prius destillaret, quã ita pellicula intrinsecus fuerit nata) semper addendo aliquid sulfuris, vbi prius fuerit absumptum. Hoc oleum ita destillatum, fit suaue, odoriferum, & gustu acidum valdè. Iam vt potabile fiat, & per os sumi possit, fiat iulep ex melle, eo quo ex saccharo quoq; fit modo, & huic instilletur tantũ de oleo sulfuris iam facto, quantum videbitur tum ex vsu esse, tunc verò ne nimium acescat. Hac potione prouocabitur sudor & vrina, dissecat & digerit omnes prauos stomachi humores, omnes febres, quæ cum frigore inuadunt, sanat, lapides renum dissoluit, omnis generis vlcera sanat, si madefiant hoc oleo, quandoquidem ex natura propria calefacit & exiccat. Atq; hæc omnia oleum sulfuris, eo modo paratum, prę stare, certo experimento & infallibili cõperi,

Alium modum, per destillationem nimirum, docet idem author, lutatis scilicet & sigillatis iuncturis, procedatur lento igne semper augmentando mediocriter. Hoc modo destillatum oleum, est maximarum virtutum. Primo expellit omnis generis apostemata interna corporis, ad superficiem, si accipiatur de eo tribus vel quatuor diebus de mane ℥ j. (vide ne nimium pro vice vna) cum iusculo, aut vino, aut simili liquore. Valet ad asthma, ad tussim, ad catarrhum, hepatis malas dispositiones, ad omnis generis scabiem, & maximè contra pestem. Vulneribus & vlceribus est thesaurus.

Alius modus. Accipiatur vas aliquod ferreum, quod cum alembico sigillari, possit, altum sex digitos aut paulo altius, idq; parte inferiore per duos digitos, habeat foramen amplum trium digitorum, per quod sulfur immittatur. Huic vasi imponatur alembicum perlutatum cum luto, deinde per foramen inferius accendatur sulfur, & ardeat tandiu quandiu voles, & effluet liquor guttatim. Et hic modus licet sit fastidiosus, est tamen minimè contemnendus.

Fit quoq; ad opera Chymistica oleum sulfuris per descensum, hoc modo. Sulfuris citrini vel viui triti pars vna in testa terrea lento igne liquefiat, & misce cum eo tandundem aluminis rochæ etiam ad ignem liquati. Postea tere simul & mitte in descensorium sub

terra

terra locatum ad foueam aptam, sibi desuper adhibito igne, & quod collectum fuerit, vsui serua. Diod. Euchyont.

Oleum sulfuris sic componitur. ℞ sulfuris calcinati ℞. ij. infundatur in aceto, quòd quatuor vel sex digitis supernatet acetum in cucurbita, hinc in fimo equino sepeliatur quatuor hebdomadis, post destilletur igne forti, tunc ascẽdit spiritus sulfuris cum aceto, quod iterum sepeliatur in fimo equi per duos aut tres dies, post in vase lato, non stricti orificij euaporetur acetum, tunc manebit spiritus & oleum sulfuris in fundo. Idem oleum iterum sepeliatur in fimo ad octo dies, post destilletur per alembicum, & tunc vltimo in fine abscondatur per mensem vnum, & sic purificabitur oleum sulfuris. Est enim magnæ virtutis, exhibeantur guttæ tres ad summum. Item fimus equi semper est renouandus.

Oleum naphtæ, id est sulfuris incombustibile, quod est inceratiuum spirituum (an incensiuum) & clarificatiuum, sic fit. ℞ naphtæ, id est, sulfuris cuiusuis citrini vel viui partem j. salis armoniaci partes v. hæc duo tere & commisce. Postea adde sibi de oleo cõmuni parum, & distempera ad modum farinatæ siuæ salsæ spissæ. Postea pone in cucurbita, & lento igne destillabit humor magnæ virtutis ad multa. Perfecta verò prima destillatione, adde ei de sale communi partes v. calcis viuæ

partes quinq;, tunc facta farinata iterum pone ad destillandũ, & sic facito quater, & omni vice proba cum candela vel aliter, donec non comburatur. Nam cum tali oleo naphtæ, inceratur Mercurius sublimatus & arsenicum sublimatum, & fit clarum valens ad album vehementer.

Oleum sulfuris citra destillationem, contra dolorem podagræ, hoc modo fit, ex libro manuscripto. Recipe sulfuris viui ℔. duas. vitellos ouorum, num. xxv. terantur simul & ponantur in patella ferrea, & lento igne coquantur, & quando incipit ardere, inclina patellam ferream ad alteram partem, & quid liquidius est effluet, & habebis quod quæris.

Oleum de sulfure citra destillationem, sic parat Brassauolus, accipe sulfuris citrini, terebinthinæ ana ℥ iij. vini boni ℥ iij. olei rosacei ℔ j. bulliant lento igne ad vini consumptionem, quod relinquitur, est oleum de sulfure.

Aliter & quidem citò sic fit. Accipe lixiuium forte clauellatum, aut etiam ex calce extincta confectum, ita vt ouum ei innatet. In hoc lixiuio decoquatur sulfur tandiu, quoad pinguedo in superficie lixiuij, apparuerit, & fæces fundum petierint: tum despumãdo quasi, pinguedo auferatur.

Aut coniiciatur sulfur tritum in feruentem aquam, decoquatur, donec terrena pars resideat, oleosa verò in superficie natet.

Aut recipe olei seminis lini partes ij. mitte in ipsum partem j. sulfuris viui, & simul optime tere, & dimitte sub fimo per duos dies, in vase bene obturato, eritqúe clarum & pulchrum.

DE OLEO VITRIOLI

De faciendo oleo Vitrioli, ex Valerio Cordo ferè.

OLeum Vitrioli, quod à quibusdam Oleum vitæ appellatur, aut Melancholia artificialis, quodqúe nonnulli volunt auri potabilis speciem facere, propterea, quod minera vitrioli, species sit mineræ auri, à Chymistis pariter & medicis expetitur. Est autem etiamnum hodie in frequenti omnium penè Medicorum vsu, ideóque tanquam res secretissima occultatur & supprimitur. Est autem nihil aliud, quam aluminosa qualitas & substantia, ex vitriolo per artem extracta, modicéque sulfuri mixta. Nam ipsum vitriolum ex quo fit,

triplici conſtat mixtura, videlicet multo alumine, modica ærugine, & pauco ſulfure. Aluminoſa enim aqua in metallis, per æris venas & Marchaſitam deſtillans, ærugínoſam qualitatem acquirit, & ſulfuri, quod Marchaſitæ ineſt mixta, paulatim cõcreſcit, aut induſtria ad ſpiſſitudinem coquitur. In deſtillando autem aluminoſus & ſulfureus vapor tantum aſcendit, æruginoſa qualitate in fundo retortæ relicta: quo fit, vt hoc oleum aluminis, & non æruginis ſaporem habeat. Eſt autem duplex hoc oleum, auſterum videlicet & dulce. Auſterũ duplici conſtat mixtura, hoc eſt, alumine multo, & modico ſulfure. Dulce verò ſimpliciter ſulfure conſtat. Nihil enim aliud eſt, quàm liquidum ſulfur, ex auſtero oleo extractum. Quapropter guſtu nequaquam alumen, ſed ſulfur æmulatur. Faciendũ autem eſt vtrunque maxima cura & diligentia, adhibitis, apta fornace, retorta & receptaculo: ſiquidem aptitudo inſtrumentorum, vt aſſerunt Chymiſtæ, magiſtrum parit. Hactenus Cordus. Cæterum hoc loco, quid nomine olei vitrioli veteres Philoſophi intellexerint, hoc ne oleum noſtrum, cuius deſcriptiones ſumus daturi, an verò aliud quippiam, quod modo præparandi ſaltem differat, non materia ex qua, non ſine ratione quidam huius artis peritus dubitat. Cum enim præter alias eius, penè innumeras facultates, etiam corrodendi vim in ſe contineat, (id quod etiam

ex eo

ex eo manifestum fieri potest, quod non nisi optimo vitro Venetiano seruari possit, & labia cancrosa, oleo illinita ab eo cōsumantur) non potest non periculosus eius esse aliquando vsus. Itaque existimarim (inquit) ab antiquis alio modo præparatum, multoq; subtilius & sine corrosione fuisse, atque in balneo Mariæ destillatum. At quoniam hic modus est incognitus, cœperūt posteriores alias atque alias ad imitationem excogitare præparationes. Neque enim ignoro, quantopere ad perfectionem horū, præparationes conferant, vt nimirū purum & innocuū, ab impuro & nocuo separetur, & subtile & penetrabile, à grosso & immobili. Quocūq; igitur modo res quælibet potest fieri subtilior, clarior, & magis spirituosa, eò maiores vires ostēdit in actione. Feces enim elementorum simplicium, actiones impediunt. Ideóque veteres Philosophi, mentionem faciunt reductionis ad primam materiam, ad quam vbi ventum fuerit, res extremam subtilitatem acquirit, & maxima quoq; in opere practico præstat. Itaque non dubito, quin tale oleum vitrioli, quod extremam præparatione subtilitatem fuerit adeptum, in actionibus suis sit futurum non perfectissimum solum, sed etiam minime nocuum: quo verò in præparatione artifices fuerint negligentiores aut remissiores, eò etiam intra corpus assumptum esse venenosius. Igitur quo minus erretur in eius præ-

paratione & destillatione, quouè fiat oleũ per fectius, tria hęc sunt diligẽter ante omnia con sideranda. Primo quale vitriolum sit eligendum, tum quomodo coquatur, & tandẽ quis calcinationis modus. Videtur enim, quod ea regula, quam in antimonij præparatione pro positam habent, etiam vitrioli oleo accõmodari possit. Antimonium (inquiunt) præparatum, si optimũ quæras, optimè calcinato, qua si innuant, non posse, nec rectè, nec tuto antimonium exhiberi, quod optima ratione, venenosam qualitatem non deposuerit.

ELECTIO VITRIOLI
ex Cordo.

CVm plurimæ sint vitrioli species, indicãdum omnino est, quæ nam species eius, huic operi potius cõducat. Et quamuis ex omni & quocunq; vitriolo oleum per destillationem elici possit: multũ tamen olei, & ex omnibus præstantius, ex Cęruleo aut viridi destillatur, quoniã plurimũ fugitiui sulfuris obtinet, quo adiuuatur, vt facilius oleum ascendat. Notandum etiam est, melius esse factitio, natiuum, & maximè Vngaricũ. Præterea eligendum quod magnis racemis constat, & maioribus cubis est concretum. Quod autem fra ctum minutim ac puluerulentum est, quasi inutile est reijciendũ, quemadmodum etiã quod solis, aut aëris iniuria candorẽ & puluerulentã canitiẽ contraxit. Fallop. Rom. Germanico præfert, quod illud aliquid ferri in se contineat.

COCTIO VITRIOLI ex eodem.

QVoniam vitriolum multum in se habet aquei & excrementitij humoris, qui oleum diluit, & non nisi longo tempore, ac magnis molestijs per destillationem ab oleo separari potest, compẽdiaria eã inuenta via est, qua breui temporis interuallo, ea humiditas absumi queat, ne longa mora artifici fastidium pariat. ℞ igitur prædicti vitrioli ℔.xij. conijce eas in ollam magnam, nouam, & optimè crematam, ollam impone fornaci profundæ super ardẽtes prunas. Vbi liquefieri et ebulire cœperit, spatula agitetur, vt integrum liquefacto commisceatur, donec & ipsum liquefiat, bullire deinde finito, vsque quo nullam prorsus bullam amplius excitet, & donec totum densetur, deinde extractam è fornace cum vitriolo ollam, refrigerari permittito, loco neq; humido, neq; vẽtoso, sed sicco & tepido. Postquam refrigeratum fuerit, ex olla eximito, & considera, an superficies eius vndiq; rubescat. Rubedo enim signum est perfectæ coctionis, vt facilius calcinari possit.

VITRIOLI CALCINATIO, ex eodem.

EXemptum olla vitriolũ, in minutas partes confringe, & in mortario subtilissimè tere, deinde tertiam aut quartam eius partem

in recentē ac robustam ollam conijce, ac rursus in profundam fornacem, sicut ante, demitte, & aliquandiu vrito, donec rufius fiat, mox ollam ab igne depone, & moue eam, vt videas an satis calcinatum fuerit vitriolum. Nam si in olla fluctuat, argenti viui aut liquefacti plumbi modo, & saltantes bullas ei aculet, satis vstum esse intelligas. Tunc in magnam & recentem ollam prius calefactam effunde, & effluet quasi sit liquidum, aut ad modum argenti viui. Quod autem reliquum est vitrioli, similiter sigillatim vt calcinetur, vras. Cū vstum fuerit, commiscetur rursus optimè in mortario, modestè agitando, ne puluerem excites, nares & fauces offensurum. Vbi hæc omnia executus fueris, Vitriolum in bilancem ponito, & animaduerte pondus ipsius. Nam si sex libræ, hoc est medietas eius quod primo coxisti, superfuerit, benè omnia abs te sunt administrata.

DE FORNACE facienda.

PRimo fornax apta est extruenda ex lateribus in planum positis, quò enim crassioribus parietibus constiterit, eò ignis fortior est, & diutius caliditas conseruatur. Fiat etiam quadrata & æqualitrr vndique crassa: spacium internum concauum, ferè duorum spithamorum habeat latitudinem, non tamen omnino, sed dempta tertia parte spithami,

mi. Extruatur autem hoc modo. Prima & infima cauitas, habeat altitudinem semipedis, cui per transuersum imponantur ferramenta satis crassa, vt ignitis carbonibus non flectantur. Secundum spacium seu cauitas super ferreum craterem constituta, ob dem rooſt, habeat duum pedum altitudinem, & ex anteriori parte foramen, per quod carbones iniiciantur. Hoc incipiat lateris transuersi crassitudine super craterem. Per medium deinde spacium, in ipso medio inspicienti fornacem, per transuersum infigatur ferreus axis quadrangularis, crassitudine pollicis, qui impositam retortam sustineat. In latere deinde sinistro fornacis, relinquatur meatus, per quem retortæ collum exeratur.

DESTILLATIO VITRIOLI.

POstquam fornacem extruxeris, eligito retortam capacem, aptamque ante omnia, ex vitro Venetiano, aut saltem Hessiaco factam, prius vndique luto obductam, in eam coniicito totum vitriolum, (exempli gratia, ℔. vj. vt supra à principio) ita tamen vt aliqua pars retortæ relinquatur vacua, quò facilius à vitriolo spiritus ascendere queant: mox transuersam fornaci supra ferream trabem itidem perlutatam, vna cum fragmento testaceo perlutato, immediatè inter vtrumque ponendo, retortam impone, ita vt in medio fornacis retorta collocetur. Rostrum

eius seu collum extrorsum, modicè pronum promineat, meatus autem qui collū recipit, luto obstruatur. Postea accipe tegulas quinque, & facito ex ijs tectum supra fornacem, sub quo retorta lateat. Tectum luto vndique obducatur, quatuor pro fumo foraminibus relictis in singulis angulis, singulis, ea amplitudine, vt crassissimus pollex liberè intromitti & exeri queat. Fac etiam quatuor conos ex luto, quibus foramina obstruantur. Quo facto, applica retortæ orificio receptaculum grande, è vitro Venetiano aut Hassiaco, quo enim maius ipsum fuerit, eò liberius spiritus recipiet, si vero paruum, periculum est, ne spirituum copia distentum, rumpatur. Infunde etiam in retortā aquæ clarissimæ vncias xvj. aqua enim citò spiritus ad se recipit, & prohibet ne confringatur receptaculum: & diligenter perlutetur in iunctura, cauendo diligenter, ne quid in receptaculum incidat, tingitur enim inde in rufum colorem oleum. Cum omnia hæc absolueris, dimitte per integram noctem lutum exiccari, ac si qua, fatiscunt rimæ, luto illinantur: mane deinde placidum accende ignem, ex puris & magnis carbonibus, aperto vno superius foramine, per quod fumus exeat, augeaturq; successiue ignis vsq; ad vesperam, quo tempore aperiendum est secundum foramen. Et attende diligenter, an appareant spiritus qui è retorta egrediuntur

ac si

ac si quis candidum efflaret fumum. Nocte sequente vigili cura cauendum, ne ignis remissior fiat, sed acrior, paulatim tamen: ita deinde auctum ignem in vigore teneas, ac altera die tertium aperi foramen, augendo sigillatim ignem, vsque quo etiam retortæ collum candescat: sequenti secunda nocte auge ignem, & post mediam noctem aperi quartum foramen. Cum ita in summo vigore ignis fuerit constitutus, videbis spiritus egredi, veluti conglomeratas nubes, qui cum cessare voluerint, aperi omnes fornacis aditus, & sine intermissione carbones ingere, vsque quo etiam receptaculum candescat, studiosé cauendo ne quicquam frigidum aut humidum super retortam aut receptaculum incuria aut casu decidat. Peragenda hæc sunt in loco clauso, quo neque imber neque ventus ingrediatur. Conseruandus autem ignis est, donec nulli prorsus spiritus in vitriolo relinquantur, quod visu facile percipi potest. Cum autem nulli amplius egrediuntur, sine vt per se extinguatur ignis, ac totum opus, integrum cum nocte diem quiescere ac refrigerari finito. Postea aufer cum contento humore receptaculum, & repone donec oleum ab aqua segregabis, tum confractam retortam inspice, & vide an caput mortuum nigrum sit, hoc enim signum est perfecti operis.

SEGREGATIO INFV-*sæ aquæ.*

QVoniam in receptaculo, continetur vnà cum vitrioli oleo, aqua, segreganda ea est, vt vitrioli liquor syncerus reponatur. Segregatur autem per destillationem in balneo, aut cinere subtili, tutius tamen est in balneo. Quapropter totum humorem qui est in receptaculo, in cucurbitam vitream Venetianam aut Hessiacam infunde, superponendo alembicum ex simili vitro factum, quæ benè luto circumlinatur. Sub balneo deinde accenso igne paulatim, sine aquam exire, donec pertransiuerint octodecim istæ vnciæ aquæ, quas infudisti. Quod si vitriolum non benè calcinatum fuerit, plus aquæ egredietur, quamobrem videas vt 18. istæ vnciæ sint boni ponderis. Cum hoc peregeris, refrigeri balneum finito, & aquam quæ destillauit abijcito, quod vero in balneo in cucurbitæ fundo reliquum fuerit, purum est vitrioli oleum. Habet tamen plerunque rufum colorem, ideo secundum sequentem modum, rectificandum est.

RECTIFICATIO OLEI.

ACcipe retortam Venetianam, antea luto optimo vestitam, in eam infunde, quod in cucurbita continetur oleum. Retor-

tam

iam pone in minorem fornacē in capellam, quæ pura & lota arena repleatur, & quemadmodū antea in balneo, ita nunc in arena destilla, paulatim ignem acuendo, vt per interualla delabantur guttæ. Retortæ orificio applica receptaculum ex eodem vitro factum, ac cōmissuram luto optimè claude, ne quicquam expiret. Vbi totum è retorta destillauerit, refrigerari sinito, & postea aufer, & infunde seorsim in purum vitrum Venetianum, quod habeat angustum orificium, ac repone ceu præsens in multis morbis remedium, hoc est austerum vitrioli oleum, cuius vires & naturam nunc indicabimus.

VIRES OLEI.

MErum ac non dilutum, neq; debet neque potest intra corpus sumi, nam propter nimiam acrimoniam, ignis modo, interanea aut quicquid attigerit, adurit. Omnia enim corrodit præter vitrum, & pinguia veluti ceram, picem, & liquidorum etiam oleorū colorem immutat, præsertim olei macis; cui si misceatur, sanguineū reddit colorem. Si etiā in duobus vasculis contineatur, quantumuis frigidum, & repente sibi ipsi misceatur, adeò incalescit sua sponte, vt manibus vix teneri queat. In terram effusum bullit, quemadmodum melancholiæ species, vnde etiam Melancholia artificialis appellatur. Quemadmodū enim melancholia, ita etiam hoc oleum ven-

triculum confortat, & ad cibum inuitat ac stimulat, frigidum ventriculum calefacit, phlegma omne consumit, crassos & viscosos humores incidit, colicæ ac dysenteriæ opitulatur, sitim ac feruorem interaneorum in febribus extinguit, singultum prohibet confestim, & nauseam ac cibi abominationem auertit: sed temperandum est cum alijs quibusdam. Quare exemplum vnum aut alterum apponemus.

℞ olei macis, terebinthinæ claræ ana gutt. xij.
aquarum anisi, fœniculi ana ℥ ij.
syrupi liquiritiæ ℥ j.
Olei vitrioli guttas iij. vel iiij. Misce omnia optimè, & gustato, si acetositatem habeat, quæ dentes non in stuporem trahat, benè est: si non est acetosa potio, instilla adhuc vnam aut alteram guttam, & consule palatum, ac propina secure aduersus calculum. Vel.

℞ syrup. de menta ℥ j.
aquæ cinnamomi ℥ iij. ß.
olei cinnamomi guttas ij.
olei vitrioli guttas iij. Misce, da secure, ad ventriculum debilem. Aut.

℞ syrup. ex succo aut infusione violarum ℥ j.
aquæ cinnamomi, ℥ j. hordei ℥ iij.
Olei vitrioli guttas iij. aut iiij. misce & contrahet puniceum colorem, & saporem vini austeri, cinnamomo aromatisati, propina cõtra calores & sitim febricitantium.

DE OLEO VITRIOLI AVSTERO, *quomodo dulce fiat.*

A Principio huius capitis de oleo vitrioli, dictum à nobis est, oleum vitrioli austerum, duplici mixtura constare, videlicet multo alumine, & pauco sulfure. Quare cum ex austero oleo, dulce extrahitur, nihil aliud fit, quam quod sulfur ab alumine segregatur. Est itaque dulce vitrioli oleum, nihil aliud quam oleũ sulfuris, aut ipsum sulfur in liquidam substantiam redactum, & hoc proprie oleum dici potest. Est enim pingue & vnctuosum, quemadmodũ etiam ipsum sulfur, quod in oleo & non in aqua liquescit. Sequitur autem modus segregationis.

MODVS SEGREgationis.

R Ecipe vini ardentis acerrimi, & ter sublimati ℥ vi. olei vitrioli austeri tantundem, misce in Veneriano vitro, & pone in cucurbitam paruam angusto orificio, & luto optimo orificium claude, dimitte ita per integrum mensem aut duos. Deinde effunde in cucurbitam, cui sit immediate annexum alembicum, hoc est, ein kolb mit einem angeschmeltzten helm, cuius figuram subijciemus, pone deinde in paruam fornacem ac dimidiam eius partem cinere obrue,

postea applica recipientẽ & luto iuncturam claude diligenter, & extrahe ℥ vj. vini ardentis quas infudisti. Vt vero tutius hoc fiat, pone in balneum Mariæ, sic solum vinum, absq; oleo, ascendet. Cum extraxeris autẽ per balneum infusas vj. ℥ vini vsti, pone id quod residuum est in fornacem, vt arena mediam cucurbitæ partem attingat, ac nouo & vacuo recipiente, eoq; non magno applicato, luto iuncturam diligenter claude. Accende deinde modestum ignem, & sensim extrahe omnem humiditatem, quæ relicta est in cucurbita, donec nihil humidi amplius in fundo appareat, adhibita semper maxima cura & diligentia, vt ignem ita modereris, ne ebulliat vsque ad alembici canalem. Nam si hunc ebullitio attigerit, sedare non potes, neq; prohibere, quin in receptaculum egrediatur, ac totum oleum perdat, solet enim facillimè ebulire. Cum autem sensim extraxeris, aufer statim recipientem cum suo humore: tum videbis duo contineri in eo, aqueum videlicet humorem, & oleosum, ac pinguẽ. Segregabis autem vnum ab altero statim, ita vt nihil aqueum in oleo relinquatur. Nam aqua illa oleum corrumpit. Solet vero oleum plerunque aquæ innatare, maximè si infusum prius vinum, omnino per balneum extractum fuerit, sed statim poteris tactu oleum ab aqua discernere. Oleum enim pingue est, aqua minime. Segregatum oleum deinde vsui reserua.

FIGV-

FIGVRA CVCVRBITAE CVM *alembico immediatè annexo.* Ein kolb mit einem angeschmeltzten helm/die müß man in den glaßhütten bestellen zů machen/vß zerbrochnem Venedischem glaß/:c.



VIres eius quod segregatū est, sunt omnino eædē, quæ & sulfuris, sed omnia efficacius pręstat, quia propter liquiditatem facilius penetrat ad actiones proprias, quod sulfur non potest: quia impeditur à soliditate & spissitudine sua. Illud verò amplius potest sulfure hoc oleum, quod valet præterea ad omnes in corpore putrefactiones, & præcipuè ad pestem, ad educendum è pulmone in pleuritide & peripneumonia, & difficili tussi, pus, & crassos viscososq; humores. Tuto enim & absq; vllo periculo, intra corpus sumitur. Calculum neque in renibus neque vesica, coalescere finit, exulceratam vesicam sanat. Dosis eius est vna, aut altera guttula, aut tres, in vino modico temperatæ. Miscetur etiā rotulis, morsellis è saccharo factis. Diligenter autem reseruandum est, nam modicum fit ex

℔. j. austeri olei vitrioli, & facile propter aereã naturam, euanescit. Et hæc quidem omnia, aut pleraque saltem, ex Valerij Cordi libro de artificiosis extractionibus.


Vitrioli oleum, ad hunc modum paratur, secundum Falloppium in secretis remedijs, ex Italico translatis. Vitriolum Romanum (hoc enim, non Germanicum est accipiendum, quia continet in se de ferro, quod stomachum confortat, eique est familiare) in fornace reuerberationis positum, ad rubedinem calcinatur. Deinde posteaquam fuerit ita ad rubedinem calcinatum, ponitur in bociam, quæ forma testudinem, instrumentum musicum, referat, optimè ac diligentissimè perlutatam luto purissimo sapientiæ, eaqúe in furnum reuerberationis, eo modo est collocanda, vt collum bociæ extra fornacem promineat, & paululum deorsum sit inclinatum. Huic adaptetur recipiens, itidem in iunctura quàm diligentissimè clausum, sicqúe quatuor diebus continuis & totidem noctibus oleum vi ignis est eliciendum, quo ad nihil penitus supersit, quod destillari possit. Quo facto, apparebit nigerrimum, instar atramenti, quod in vitro diligenter clauso, ne perspirare possit, est seruandum. Atque hic modus facilis est, & optimus. Vsus eius talis est. Accipio iulepi violacei ℔. j. & ℔. alteram aquæ vitæ optimæ, aquæ rosarum

vncias

vncias tres, musci soluti duo carat, & drach. vnam olei iam dicti, & commixtis omnibus fit diuinissima mixtura. Etenim si detur cochleare eius patienti febrem acutam & calidam, continuò recreatur & refrigeratur. Contra sputum sanguinis, contra fluxus alui, contra venarum rupturas in pectore, & catarrhos datum, statim prodest. Atque horum omnium certissimam experientiam vidi, &c.

Alius modus. Recipe vitrioli quantum videtur, & calcina in olla, calcinatum in pulverem contunde, puluerem pone in retortam, & superfunde aquam fortem communem, vt imbibatur in loco calido, sine stare viginti quatuor horas aut amplius. Deinde pone in fornacem retortam, & superius tege, ac perluta, relictis quatuor foraminibus. Destilla primo igne lento, vt post quatuor musicos tactus, gutta exeat: cum aqua non amplius destillat, tum ignis amplificandus, vt spiritus exeant: id erit oleum. Deinde in balneo Mariæ, separa aquam ab oleo: eam aquam serua, donec iterum vis oleum facere. Postea oleum in retorta in fornace, igne magno destillando purgabis. Poteris album, rubeum, vel flauum facere, pro ignis magnitudine. G. Rascol.

Alius modus. ℞ aquam vitæ, & eam pone in alembico vitri benè lutato, & inter cucurbitam & operculũ, ponas quatuor membranas tenuissimas, & fac destillare aquam vitæ, ad dimidiam partem, vel minus. Postea ℞ vitriolum, & pulueriſa optimè, & pone in cornuta lutata, & fac destillare: aquam verò quæ destillabit, rurſus excipe & pone illam ſuper fæces imbibendo, & hoc facito quater, quoad non amplius destillet. Postea



rurſus tere, & ſimili vaſe impone benè lutato, cum aqua vitæ ſic præparata vt ſupra, ita tamen quòd aqua vitæ excedat, per duos digitos in vaſe prædicto bene clauſo, & maneat per ſex horas in igne lento, & hanc aquam ſeorſim ſerua, iterumq; aliam aquam vitæ impone, (ſex horis) vt ſupra, idq; tertio eſt faciendum. Postea accipe iſtas tres aquas, & destilla in balneo Mariæ, cum vitriolo ſupra dicto, & quod destillabit, abijce, ſi volueris, & inuenies oleum in fundo. Huius olei, cum quis acceperit, ſeptem vel octo guttas cum vino maluatico, vel alio vino albo, vel oleo roſarum, aut violarum, ante paſtum, conſeruat valetudinem. Cum aqua pimpinellæ mundificat ſanguinem, lætificat cor, & conſeruat calorem natiuum. Cum decoctione bugloſſæ & maſticis

vel

vel eorundem aqua, sanat vertiginem. Cum aqua saluiæ, valet contra spasmũ. Cum aqua maioranæ & basiliconis, valet contra tremorem cordis. Cum aqua fœniculi & sileris montani, sanat debilitatem visus. Cum aqua ireos, bonum est contra catarrhos à capite. Cum aqua vel decoctione rosarũ, compescit fluxum sanguinis narium. Cum aqua capillorum veneris, tussi medetur. Cum aqua citri, appetitum mouet. Cum aqua betonicæ, sanat omnes ructus & dolores stomachi: quod si verò dolor hic fuerit à causa calida, dabitur rectè oleum cum aqua rosarum & diarrhod. abb.

Oleũ vitrioli, ex relatione domini Georgij Haymberseri, ℞ vitriolum commune, q. vis, destilla aquam eius ab eo, per alembicum, vt scis: postea ℞ fæces, seu terram vitrioli è vitro, & calcinato valdè bene quàm potes maxime: tunc affunde aquam, quam prius à vitriolo destillasti, super terram vitrioli calcinatam, & pone in siccam cellam vinariam, & habebis verum oleum vitrioli. Sed terra vitrioli calcinata, debet prius benè conteri, & tũc aqua superaffundi. Cum hoc oleo, & cinnabrio, fac vt scis, ad congelandum mercuriũ. Ex libro manuscripto veteri Alchymico.

Alius modus. Vt facias oleum vitrioli, accipe vitrioli Romani subtiliter triti ℔. xx. & dissoluatur paulatim in vase non vitreato, supra carbones, & postquam fusum fuerit

fine vt tãdiu bulliat, quoad bené sit exiccatũ. Quo facto pulueriſetur diligẽter, & ponatur in aliud vas nõ vitreatũ, ſed bene coopertũ, ne quid immunditiei accedat. Deinde excitetur ſupra infraq́; ignis clarus & vehemẽs, ex carbonibus, vt vitriolum inſtar cinnabaris rubeſcat. Huius rubificati vitrioli, accipe ℔. xij. & imponas retortæ optimé perlutatæ, cum ſuo recipiente, ſimiliter lutato in iunctura: ac primo quidẽ die lento igne, ſecundo veró fortiori ex carbonibus tantũ, ac tertio fortiſſimo etiam ex lignis facto, deſtillabis oleũ vitrioli. Notandum autem eſt, quod in recipiente aliquid aquæ vitæ eſt ponendum, vt vitrioli ſpiritus retineantur. Ac poſt deſtillationem eadem euaporari debet, poſito nimirum recipiente ſupra carbones, ita eleuatur vapor fœtidus, & vbi nullus vapor apparuerit amplius, aut grauiter fœteat, tum oleum vitrioli purum relictum erit. Facultates huius olei ſunt pené innumeræ. Cum aqua tamaricis valet contra paſſiones ſplenis. Cum aqua rhaphani vel puluere tabularum marmoris, valet contra lapides, & omnem paſſionem renũ ac eorundem oppilationem. Cum aqua calendulæ ac verbenæ, valet contra peſtẽ. Cum aqua ſaluiæ & bugloſſæ, contra morſum ſerpentum. Cum aqua vitæ, eſt ſummum remedium ad ſuperfluitatem menſtrui: Eodem modo datum, tollit tertianam. Cum aqua pentaphylli & marrubij, curat quartanam.

Cum

Cũ aqua filicis, necat vermes. Cum vino mal uatico, vel cum aqua pimpinellæ, vſque ad quantitatem octo guttarũ bibita ieiuno ſto-macho, lætificat cor, mundificat ſanguinem, & lepram reprimit, conſeruatq́; & auget ca-lorem naturalem. Sumptum cum aqua fumi terræ, & aqua mirobalanorum, citrinorum, curat lepram. Cum aqua maioranæ, leuat do lorem capitis, & interficit pediculos capitis. Cum aqua bugloſſæ & meliſſæ, tollit dolo-rem capitis, hemicraneam, vertiginem & ſco tomiam. Poſt purgationem ſumptum cum a-qua liliorum alborum, purgat lethargum. Cum aqua rutæ, curat lethargum. Cum aqua fœniculi, vel apij, vel acori, confert memoriȩ, & prodeſt ad diminutionem intellectus. Cũ aqua lactucæ vel papaueris albi, prouocat ſomnum. Cum aqua borraginis vel bugloſſȩ, prodeſt melancholicis. Cum aqua nenupha-ris, & cum aqua myrtillorum, tollit phrene-ſim & apoſtema calidum, & prodeſt in pelli-cula cerebri. Cum aqua vĩtæ, poſt purgatio-nem, tollit apoplexiam. Cum aqua pæoniæ, tollit morbum caducum. Cum aqua menta-ſtri, valet cõtra paralyſim. Cum aqua ſaluiæ, valet contra ſpaſmum. Cum aqua baſilici & maioranæ, tollit tremorẽ cordis. Cum aqua trifolij, tollit dolorem corporis. Cum aqua fœniculi & ſileris montani, tollit omnem de-bilitatem viſus. Cum aqua ſigilli Solomonis valet contra ſurditatem & tinnitum aurium,

Cum aqua ireos, valet contra rheuma capi-
tis. Cum aqua capularum glandium & ro-
ſarum, reſtringit fluxum narium. Cum aqua
ſaluiæ & hyſſopi, valet contra paralyſim. Cũ
aqua morſus diaboli, valet ad ſquinaciam.
Cum aqua capillor. veneris & hyſſopi, valet
ad tuſſim. Cum aqua plantaginis, valet con-
tra pleuriſim, & eos qui emittunt ſanguinem
per os. Cum aqua cuſcutæ & cappill. Veneris
valet contra pleuriſim. Cum aqua roſarum,
aut vini granatorum, valet cõtra ſyncopem.
Cum aqua corticum citri, tollit debilitatem
appetitus. Cum aqua mentæ, valet contra de
bilitatem & frigiditatem ſtomachi. Cum a-
qua myrtillorum, valet contra dolorem ſto-
machi calidi. Cum aqua portulacæ extinguit
ſitim. Cum aqua beronicæ, tollit eructatio-
nem & dolorem ſtomachi, & ſi dolor eſt ex
cauſa calida, debet dari cum aqua roſarum,
vel puluere diarrhodon abbatis. Cum aqua
citoniorum, tollit vomitum, & ſi eſt cum ſan
guine, detur cum aqua plantaginis, vel cum
aqua burſæ paſtoris, & puluere diarrhodon
abbatis. Et ſi eſt de vena fracta in pectore vn
ge cum calce corticum ouorum, & ſanabitur,
dando mane ſingulis diebus per menſem con
tinuum. Cum aqua pulegij & puluere diar-
rhodõ abbatis, facta purgatione, valet cõtra
inflammationem ſtomachi. Cum aqua ſcabio
ſæ, tollit torſionẽ corporis, quæ venit ex cau
ſa veneni, & ſi eſt ex alia cauſa, detur cum a-
qua

qua rutæ & ſyrupo de nenuphare. Cum aqua rutæ, valet ad colicam paſſionem. Cum aqua verbaſci vel millefolij, valet contra hæmorrhoidas & alias paſſiones inferiores. Cum aqua abſinthij, valet aduerſus morſum venenoſarum beſtiarum Cum aqua endiuię vel eupatorij, valet contra omnia apoſtemata hepatis, & contra hydropiſim. Cum aqua pentaphylli, valet contra ictericiam. Cum aqua artemiſiæ, valet contra paſſionem matricis & aſthmatis. Cum aqua allij, tollit dolorem dentium. Cum aqua mentaſtri, vel aqua vitæ, tollit ſciaticam. Cum aqua caulium, tollit podagras frigidas. Cum aqua parietariæ & plantaginis, curat podagras calidas. Cum aqua agrimoniæ, valet paralyticis. Cum aqua eupatorij, tollit paſſiones ſplenis. Cum aqua roriſmarini, confortat ſtomachum. Cum aqua calamenti, valet ad catarrhum, qui deſcendit in pectus. Et tandem valet omnibus paſſionibus, ſi detur cum aqua appropriata paſſioni, & dicitur aurum potabile, & eſt pretioſius omni medicina, ſicut aurum præſtat reliquis mineralibus. Cum aqua betonicæ, valet contra iliacam & colicam paſſionem. Cum aqua naſturtij & millefollij, prouocat vrinam.

Oleum vitrioli parandi modus, à ſuperioribus non multum diuerſus & bonus, quem ab amico quodam accepit, qui affirmabat, ſe nouiſſe chirurgum, qui hoc ſolo ſibi quæſierit victum: translatum ex manuſcripto Ger-

manico. Sũt aliqui, inquit, qui ex vitrioli Romani aut Vngarici lib. 10. aut 12. in bocia perlutata, aut terrea inuitreata olla, quam in latus inclinant in ipsa fornace, iunctura cum suo recipiente diligenter perlutata, vi ignis oleum vitrioli eliciunt. Alij per ascensum vbi destillauerint, separant phlegma ab oleo, rursumqúe idem phlegma capiti mortuo affundunt, & denuo destillant vt prius, idqúe repetunt toties, donec vitriolum penitus factum fuerit inutile, nihilqúe olei contineat. Et licet his modis extracta olea, ad multa variaq; sint vtilia: ego tamẽ, vt intra corpus, aut quocunq; alio modo vsurpari oleum possit, ita in eius præparatione procedo. Accipio ollas nouas etiam non inuitreatas, quibus indo vitriolum, & igni admoueo, vt liquescat vitriolum. Potest tamen etiam, quamuis non ita necessarium sit, eidẽ aqua affundi, & spatula lignea agitari, & sic iuxta ignem exiccari. Hac prima calcinatione, à venenositate sua perpurgatur vitriolum. Tum rursus in puluerẽ redigo vitriolum, & per cribrum setaceũ subtile transmitto, vt exactè in puluerem redigatur, & si quid fuerit crassiusculũ, rursus tero, &c. Postea calefacio aquã, eamq; ita feruidã, in vase satis amplo & capaci existente puluere, affundo, atq; spatula lignea agito aliquoties, sicq; sino, vt per noctẽ quiescat. Mane post residentiã, aquã puriorem omnẽ, quo ad eius fieri potest, aufero, turbidã verò per fil-

trum

trum destillo. Fæcibus ijsdem post destillationem relictis, rursus affundo aquam feruidissimam, rursumq́; agito, separo, vt supra, idq́; tandiu repeto, quoad vitriolum nullam amaritudinem in se habeat, aut aquę cõmunicet. Hoc clarum ex vitriolo lixiuium aut aqua, iuxta ignem, tandiu coquatur, donec in vase, in lapidẽ coierit aut concreuerit, consumendo aquã. Huius decoctionis beneficio, tollũtur omnes phlegmaticę & crassæ humiditates, & quo penitius exiccabitur, eo subtilius, melius, ac præstantius fiet oleum. Vitriolum sic percoctum & exiccatum, rursus puluerizo, eiusq́; pulueris ℔.6.aut 8.in bociam terream inuitreatã, aut ollam mitto, atque in fornace ita in latus inclino, vt collum eius extra fornacem, per duorum digitorum longitudinem, promineat, & coniungatur cum recipienti suo, bene iunctura perlutata. His paratis, primo die, lento igne procedo, ita vt vix sentiatur, deinde verò paulatim ignem fortifico, per diem vnum aut alterũ. Etenim si ignis à principio fuerit vehementior, recipiens minimè erit ferendo, sed dissiliet. Apparebunt in destillatione spiritus candicantes, qui in recipienti conspici possunt. Illi enim indicio erunt, deficientis aut excedentis caliditatis. Cauendum autẽ est, ne spiritus cohibeantur à debili igne, valido enim igne promouentur. Est autem ignis tandiu seruandus, quandiu spiritus apparuerint. Vltimo debet fortissimus esse, etiam ex

flãmis. Vbi ſpiritus deficiunt, refrigeſcat per ſe, & infunde in bociã Venetianam vitreã, ibi per duos dies ſtet, vt clareſcat. Quo facto, oleum ſeparetur à fæcibus in aliud vitrũ Venetianũ in quo ſeruetur. Neq; enim quouis vitro, ſed fortiori cõſeruari poteſt. Vſus olei eſt multiplex. Peſtis tẽpore, ſumitur in ceruiſia, vino, aqua, carne, aut brodio calido, mane, ſic enim prȩſeruat ab aura venenata, & à veneno quoq;. Cõtra infinitos alios morbos, datur diuerſis modis, nunc guttȩ ij. nunc iij. plures aut pauciores, pro neceſſitate. Oportet aũt vt cũ liquore cui admiſcetur, probè miſceatur, agitando, nã ſua natura oleum fundũ petit. Modus autẽ in exhibitione olei ſit, ſaporis in acidũ mutatio. Bibitur in die bis, mane iij. vel iiij. horis ante cibũ, & veſperi à cibo. Quomodo autẽ ad particulares morbos, & cũ quibus liquoribus exhiberi debeat, lege in præcedentibus. Cõtra ſitim datur cũ aqua portulacæ. Ad ſynanchẽ & inflammationẽ oris & paryſthmiorũ, cũ aqua foliorũ quercus. Ad epilepſiã valet oleũ vitrioli, ſi vnà deſtillẽtur perſicorũ nuclei. Ad vẽtris dolores, cõferunt vinũ opti: rectificatũ, & oleũ oliuarũ purgatũ, cõmixta cũ oleo vitrioli & potata: purgat enim & ſanguinẽ mundificat, appetitũ excitat, & omnes futuros morbos abigit. Valet ad memoriã, & acuit ingeniũ, cum aqua fœniculi, vel apij, aut aqua liliorũ. Mẽſes mulierũ inordinatos, reducit in viã: nã abundantiã eorũ cohibet, defectũ verò promouet.

De facultatibus olei vitrioli, sic scribit quidam ex Gesneri amicis. Pręcipua eius vis est, Montano etiam astipulante, vt homines tardius senescere faciat, dentesq́ pessimos ac putrulentos, efficiat pulcherrimos, ac firmissimos, gingiuas etiam firmas reddat, si cū vna aut altera guttulá, quotidie dentes leuiter fricentur. Quo & Curtisana quædā mulier, dentes suos Venetijs ab omni immunditie ac prauitate, in plurimos annos, solidissimos retinuit & cōseruauit. Noluit tamen Montanus, absq aliorum simplicium additione, ad morborum curationem, & symptomatū remotionem vti: semper enim ad ea quę moderatiora, & tutiora essent, respexit, hæc ille. Ad morbū schorbugium (scorbuticum) quidam non sine maxima mercede, vsus est fœliciter.

De vsu olei vitrioli Arnoldi. ℞ theriacam optimā, adde paucas guttas olei vitrioli, stent simul mixta donec vtaris. Si quis decūbat, nō tamē ad mortē. ℞ huius mixturæ pondus aurei, aut si homo non imbecillis sit, pauló plus, & cū paucovino mane hora 4. mediocriter calidū propina totū: & si quid parū remanserit in fundo, id quoq vino ablutū bibatur. Inde æger in lecto bené coopertus & capite obuolutus, ita vt totius corporis nihil quā os emineat, per 4. horas iaceat, & sudat quantū potest, nec dormiat. Tū linteis mutatis, maneat adhuc in lecto (nō sudando) per 3. horas priusquā edat aliquid. Tunc edat aliquid, & bibat vinum vetus bonū.

Poſt hoc pharmacū medicus poterit etiam alijs medicamentis vti, vt purgantibus & cō-fortātibus. Natura huius medicinæ eſt, omnē morbum imminuere, & viā præparare ad ſa-nitatem, idq; cito & breui tempore, fac modo vt æger pareat, & bonam diætam ſeruet. Cu-randū vt quatuor prædictis horis rectè & co-piosè ſudetur. Ritè enim adhibitus hic potus, nunquam fruſtratur medicum. Cauendum ne æger cum ſumpſit, reuomat.

In colica, Benedictus Victorius ſic oleo vi-trioli vtitur. Recipit vini maluatici ℥ ij. olei vitrioli ʒ ſ. Experimentum mirabile, ſi detur in hora doloris ſine febri. Prodeſt etiam ſi lo-cus doloroſus inungatur cum oleo vitrioli, præmiſſo enemate. Ad anginam remediū ex-pertiſſimum, Alexij Pedemontani lib. 1. ℞ o-lei vitrioli Romani, guttas tres, quibus in vi-num iniectis, fiat gargariſmus. Eius guttæ ij. cum aqua ſaxifragiæ, vrinam prouocant. Ad vlcera mala tibiarum, aqua aluminis valet, cum modico olei de vitriolo mixta.

Contra febres, recipe vitriolum calcinatū, & pulueriſatum, ſuperinfunde aquam vitę, vt ij. digitos excedat, ſine vt quieſcant per triduū aut quatriduū, poſtea infunde aliam, & ſimi-liter fac, deinde abſtrahe aquam vitę, da ij. vel iij. guttas in aqua cōuenienti: ſex aut vij. dies oleo vitrioli madidum linteolum applicatū fronti, grauem capitis dolorē curaſſe, retulit quidā. Dolorē vētris & ſtomachi, leuat potio

olei

olei de vitriolo, cum ℥ ij. vini maluatici. Oleũ vitrioli aquæ iniectum, vt fiat acidula aqua, purgat. Quidam curauit eo colicam desperatam: & exhibuit in asthmate phlegmatico in periculo suffocationis, profuit cum vomitu. Hic aliquando sumpserat ℥ j. pituosis omnibus affectibus vtilissimũ, præsertim ventriculi. Ad verrucas tollendas, singulare: arbitratur quidam etiam vtile esse ad clauum, quanquam expertus non sit.

Oleum vitrioli nostrũ sic fit, Recipe de vitriolo meliori, quãtũ eius habere poteris, dissolue illud in aqua calida, postea permitte vt aqua rursus clarescat, & destilla per filtrũ, & quod destillatũ est, pone in vas cupreum, vel deuitreatũ. Post rursus in aliud vas vitreatũ pone, collocando intra carbones, vt vitrũ ad summũ rubescat: postea iterũ dissolue vt prius, per filtrũ destilla & exicca, quousq; bene rubescat, tũ teratur minutissimè, & triti vitrioli pone ℔. j. aut ad summum ij. in vas vitreũ seu bociã, & antequã imponas, infunde aquæ vitæ sine omni phlegmate cyathum dimidiũ in vitrum, ac tandem superaffunde puluerem vitrioli, & mitte bociam contra bociam in furno apto, & dato ei primo quidem ignem leuem, quousq; fumi albi comparuerũt, post augmenta ignem, & dato ei ignem flammeum, ad finem vsq; continuando. Post accipe omne quod destillatum fuerit, & in retorta destilla per arenã. At rursus quod destillauerit, iterũ

in retortam infunde & rursus destilla, idq́ꝫ tō ties, quo vsq́ꝫ nullæ fæces in retorta mansẽrint. Tum destilla in balneo forti, & separabitur quinta essentia, & phlegma & manebit oleum purum in fundo vasis: quod si non satis purum aut mundum inueneris, ponas iterum per se solum in retortam, & iterum destilla semel per arenam, & habebis oleum optimè rectificatum, quod serua, quia carum.

Olei vitrioli præparationem ingeniosam, probatam, nec non absolutam, integrãq́ꝫ, docet quidam magnus eius artifex, in sequentem modum, ex Germanicó trãslatum. Ad olei destillationem, ante omnia extruenda tibi erit fornax quadrata, eius amplitudinis, vt in ea collocari facile possit bocia magna perlutata, vitrea, octo aut decem mensurarum capax, magno & ampló ventre constans. Primo extruatur à terra fornax altitudine pedis aut circiter, deinde craticulam collocato ab hac iam dicta altitudine, circiter pedem vnum cum dimidio distantem. Tum per mediam fornacem ferrum oblongum, & forte, optimo luto perlutatum, & pertingat ab vno fornacis latere, ad aliud. Inter craticulam & ferreum baculum aut stylum, adaptato pigrum Heinricum fornaci, secundum latus, prout sequens figura, tibi depingit. Sit autem Heinricus piger ea magnitudine, vt caput penè ingerere possis. Quibus paratis, cõtinuetur fornacis extructio supra ferreum

bacu-

baculum per pedis vnius cum dimidio altitudinem, ac ita apertam relinquito, vsque quo vitrum, in quo vitriolum continetur, fornaci imponas. Et nota, istud latus versus pigrum Heinricum debere à craticula vsque ad summitatem esse apertum, quo ad vitrum fornaci sit impositum. Parata fornace, accipito vitrioli ℔.xxx. aut xl. pro magnitudine & capacitate vitri, & vitriolum pone in ollam inuitreatam, quam colloca in ignem, vt exactè calcinetur, ne quid humiditatis in eo relinquatur, & quoad puniceo colore tingatur, aut instar lapidis induretur: tum perfracto vase terreo, & refrigerato vitriolo, in mortario minutissimè pistetur, & puluerisatum, impone vitro huic magno cuius supra facta est mētio. Vitrum hoc vitriolo repletum, ea parte fornacis, qua aperta est, ponatur per transuersum supra transiens ferrum, deorsum collum vertendo, quantum potes, ita tamen ne vitriolum effundatur, & collum promineat extra fornacem, ad dimidij pedis longitudinem, quo recipiens commodius postea luto adaptari queat. Quo facto, partem fornacis apertam, à craticula, ad summum vsque claude, vitrum simul diligenter luto, fornaci coniungendo. Ad summitatem vbi perueneris, in vno quatuor angulorum facito foramen magnum, oui magnitudine, cum suo operculo, quod admoueri & remoueri possit, reliquis

angulis, itidem fiant ventilia, minora tamen vt digitum maiorem tantum capere poſſint. Dehinc fornax paulatim eſt contrahenda, & in acutum effomanda ita, vt in ſummo foramen quoque ea amplitudine relinquatur, quæ manum intromiſſam, liberè admittat, cui operculum quoque fabricandũ, quo claudi poſſit, aut aperiri. Poſteaquam fornacis extructionem, vna cum bocia, ei indita, ita perfeceris, rurſus alio opus eſt vitro magno, capaci octo vel decem menſurarum, idque collo bociæ, quod extra fornacem eſt exertum, accommodandum, more vaſorum recipientium, ita vt collum alterius ſatis profunde in recipiens ingrediatur, & vtrunque ſimul, diligenti ſtudio, & optimo luto, coniungatur, vt moris eſt. Totam hanc fornacis & vaſorum deſcriptionem ſequens figura ob oculos ponit.

Vbi notandum pigrum Heinricum, non debere ita exactè craticulam attingere, ſed ſatis eſſe, ſi carbones eò deferat.

1. Porta, per quam aer ſubingrediens, ignẽ fouet.
2. Craticula, cui carbones incumbunt.
3. Piger Heinricus, carbones deferens.
4. Locus, quo repoſitum eſt oblongum ferrum, ſuſtinens bociam.
5. Collum bociæ prominens, deorſum inclinatum.

6. Re-



6. Recipiens illud magnum.

7. Ventilia, quatuor in fornacis angulis ſita.

Foramen magnũ, in ſummitate fornacis exiſtens.

Vbi hæc omnia præparata, calefiat fornax cum igne carbonum, & piger Heinricus magnis carbonibus repleatur: operculo impoſito claudatur, & omnia reliqua ventilia, exceptis tribus ſupra memoratis paruis. Oſtium quoque, quod ſub cratere eſt, vnitatę notatum, ex parte dimidia claudendum, propter aërem, ad conſeruandum ignem. Procedendo itaque primo, igne mediocri, mox ſtillabit oleum clarum: vbi olei color clarus, cœperit fieri obſcurior, & oleum vtcunque turbidum, ignis erit fortificandus, & ſequetur materia rubra, quæ propellenda eſt, fortificando paulatim ignem, ita vt etiam, per foramen, quod in ſummo exiſtit, carbones iniĳcias, & fornacē ĳs repleas ad ventilia vſq;, quæ aperienda ſunt, nec vllum clauſum relinquendum. Sic deſtillatio eſt continuanda, quandiu deſtillat, id quod fit 24. aliquando

30. horis, quibus continuè, sine vlla intermissione, destillatio absoluenda. Hoc enim modo, habebis oleum vitrioli perfectissimum. Itaque hic modus, non semel, vtpote verissimus, à quodam insigni artifice est probatus. Vbi notandum est, recipiens vas refrigerandum esse, alio vase aqua frigida pleno, cum epistomio, vt supra recipiens vas, continuè aqua frigida destillet: aut imposito huic vasi filtro, aqua similiter supra recipiens destillet, sicque refrigeretur recipiens, quod vi excedentis caliditatis, alioquin dissiliret. Post absolutam destillationem, & fornacis, vitrique refrigerationem, oleum in retortam effundatur, & balneo Mariæ rectificetur ab ignea, aut rubra materia, quorum vtrunque seorsim est seruandum. Alius existimat, consultius fore, vt, postquam rubra materia comparuerit in destillatione, recipiens mutetur, ne quo pacto verum oleum, aliena quadam qualitate afficiatur. Vsus huius olei est, contra quascunque febres: contra colicam, & stranguriam: contra lapidem aut arenulas vesicæ. Suffocationi vteri, pesti, lepræ, dysenteriæ, dentium dolori, tussi, pectoris apostematis, & pulmonum, ascendenti etiam & quasi suffocanti pulmoni, valet apprime. Hydropisim à quacunque causa curat, contra podagram, paralysim, &c. prodest. Sumi verò debent duæ vel tres aut quatuor guttæ pro vice in aqua vel vino, mane, aut vesperi.

Leon-

Leonhardus Fierauanti, lib. 2. secretorum lingua Italica scriptorum, modũ docet destillandi oleum vitrioli, qui à communi modo nihil omnino differt, nisi quod destillatio olei octauo demum die, aut decimo absoluitur, & à principio, vt videtur, ignem flammeum excitat, & oleum ipsum nigrum destillat.

Oleum vitrioli compositum. ℞ sacchari purissimi & albi ℔.iiij.rhapontici ℔.j.rhabarbari ℥ j.florum mercurialis ℔.j.pistatis & contusis omnibus simul fiat pasta. Postea accipe aquæ vitæ optimæ, ℔. iiij. & omnia simul in retortam conijce, quæ diligentissime sit perlutata, ac pone in fimum equinum calidum per sex dies, postea destilla per balneũ Mariæ, quoad nihil amplius eliciatur. ¶Tum fæces relictas in sacculo lineo, fortiter torculari exprime. Deinde accipe aquę fumiterræ, buglossæ, scabiosæ, ana ℥ vj. & cum his aquis lauato diligenter fæces expressas, & rursus torculari exprime, ac postea abijce. Ac eas quidem duas aquas, quas per expressionem collegisti, destilla per filtrum toties, quoad satis clara appareat. Postea cum prima aqua commisce, & simul omnes destilla in balneo Mariæ. Vbi autẽ ex tribus istis, vnam aquam perfeceris, pro qualibet libra aquæ, pone ʒ j. olei vitrioli finissimi, & serua in vase vitreo ad vsum. Hanc aquam paraui tempore æstatis, & maximo successu, sum ea vsus. Stomachum debilẽ restituit, sanat lienem, dolorem

capitis mitigat, & dentium, &c. Senes in vigore quodam conseruat, cuius ego experientiam certam vidi, in viris & mulieribus, sanitatem conseruat, qui ea fuerint vsi. Modus autem, & quantitas est, vt mane accipiatur vncia dimidia, frigida ita, qualis est, post cuius assumptionem, cibus ad minimum 4. horis tardetur, eoq; die, cibis boni succi vtatur.

Vitrioli oleum corrosiuum. Vitrioli Romani ℔.vj. salis cõmunis ℔.j.ſ. calcinentur simul tandiu, quoad rubere incipiant, tum amoue ab igne, & pulueriſa simul, ac diuide in tres partes. Postea habeas tres bocias similes testudini, optimè luto sapiẽtiæ perlutatas, & in vnam quamq; harum, pone vitrioli rubificati partem tertiam, & omnes tres bocias in vnam fornacem reuerberationis ponito, sicq; vi ignis, omnem substantiam extrahito, quæ aliquando nigra videbitur vt atramentum, & nõnunquam satis difficulter, nec statim procedit. Quod ita destillatũ fuerit, in vitro satis amplo seruetur, ne dissiliat. Atq; hoc liquore aperiuntur omnia apostemata, & mundificantur omnis generis vlcera putrida, saltẽ superficie tenus attingendo, & citò operationẽ facit mirabiliter. Cancros & cancrosa mortificat, & multa alia, quæ ipse inspexi, facit. Falloppius in secretis.

Aliter, ℞ vitrioli Romani ℔.vj. salis ammoniaci, sulfuris, cinnabaris, auripigmenti, aluminis rochæ ana ℥ vj. calcinentur omnia

vt prius, ad rubedinē, poſt redigantur omnia ſimul in puluerem ſubtilem, & poſitis omnibus in bocia (vt ſupra) per ſex dies continuos vi ignis deſtillato, cauendo ne iuncturæ alembici malè ſint clauſæ, &c. Hoc liquore quęuis membra poſſunt amputari, ſi in eo lignum ex olea arbore madefiat, & hoc ligno ſignetur locus amputandus. Et id quidem tantæ eſt efficaciæ, vt carnem aperiat, ac ſi raſorio diſſecta foret & operationem ſuam facit, ſine vlla ſanguinis effuſione, aut hęmorrhagia. Atque hoc cauſticum eſt ex ſecretis ſecretiſſimis totius Chirurgiæ, & à me ipſo pluries probatum, atq; ab aliis, vt ego ſæpe aſpexi. Idem.

Oleum vitrioli naturale & ſubtiliſſimum, dulce guſtu, quod pro miraculo habetur. ℞ vitrioli Vngarici ℔. iiij. tere ſubtiliſſimè & in bocia deſiccetur, deinde rurſus in aliam paruam bociam perlutatam impone fortiter conſtringendo, & impellendo. Tum ſuper infunde vini ſublimati, rectificati vſq; ad ſummum ℔. iiij. deinde repone ad digerendū dieb. 40. poſtea deſtilla, & videbis oleū vitrioli natare in ſuperiori parte vini ſublimati. Oleū verò vitrioli commune permiſcetur cum ſua aqua, ideoq; habet opus rectificatione, ex lib. man.

Oleum vitrioli, quod mortificat cancrū & fiſtulas, & præcipuè vlcera antiqua corroſiua, ſic fit. ℞ vitrioli Romani vſti in cacabo ad rubedinem ℔. j. pulueriſetur ſubtiliter, deinde adde olei oliuarum ℔, ſemis, pone in

bociam vitreatam, & sublimetur communi modo: tum destilletur cum bocia contra bociam, aut per alembicum, addendo parum aquæ vitæ, bene rectificatæ, vt ascendat, &c.

Fumanellus de oleo vitrioli contra cancrum, sic scribit. Extremis morbis, extrema remedia optima sunt: cum igitur cancer huius sit generis, licet ipsi extrema adhibere remedia, cuiusmodi est oleum vitrioli cuius hęc est confectura, vt sumatur vitriolum rubificatum, ignitum vtique & tritum, & in alembico positum, ingeniosè destilletur. Huius die prima detur ieiuno, gutta vna, cum vncijs tribus aquæ buglossi, & die secunda, guttæ duæ cum maiori aquæ quantitate, sicque addendo guttam & aquam, vsque ad dies quinque. Istis peractis, oleo prædicto canceris extrema siue margines liniantur, donec cancri materia radicitus eximatur. Hoc autem medicamentum, expertum non est à me, sed ab empirico habui. Cancrosos concoquens humores, constat ex succi fumarię, borraginis, scabiosæ de vno quoque ℥ iiij. endiuiæ, scariolæ, cuiusquę ℥ ij. epithymi, senæ, vini granatorum, ex singulis ℥ iij. sacchari q.s. fiat syrupus. Soluentia sunt, elect. hamech, pil. de lapide lazuli, pil. indę, sena, epithymum, aqua lactis cum sena ipsa macerata.

DE

DE OLEIS EX RELI-
quis metallis.

OLeum ex cupro, à Gallo empirico. Accipe æris adusti ℔.ij. subtilissime teratur, & ponatur in vitream cucurbitam optimè lutatam, & aceto imbibatur fortissimo, fac destillare per horas 24. & habebis oleum fortissimum coloris rubri & viridis.

Oleum Saturni commendatur in vlceribus inueteratis, faciei verò maxime (Sireion vlcera faciei vocat Theophrastus) cuius generis sunt, cancer, fistulæ circa nares. Noui mulierem cuius nasus ferè totus pessimo vlcere fuerat cõsumptus, probè curatam hoc solo oleo: adhibetur autem oleum tepore liquefactum, vel ad fornacem hyeme, ac penna illinitur, vnc.ſ. quidã vno coronato vẽdit. Dosis eius, gr.iij. Vsus, in colica, fistulisq́.

Oleum ex ferro, à Gallo empirico. Accipe limaturæ ferri q.vis, imbibe vrina postea calcina toties in fornace reuerberationis, donec impalpabilis reddatur, colorisq́ue sanguinei, tunc pone in cucurbitam vitream optimè lutatam, imbibas quoque vrina, & fac destillare more aquę fortis, per horas 24. semper ignem augendo: & habebis oleum spissum rubicundissimum. Experientia illius olei, rubificentur laminæ cuiusuis metalli, si extinguantur in isto oleo, statim accipient auri colorem.

Oleum ex chalybe, & lapide magnete eodem modo extrahitur, quo de ferro dictum est.

Oleum lithargyri, pro magno secreto est tenendum, quoniam mirabile est in delendis maculis & panis faciei; & subtiliat cicatricem, & rubedinem eorum delet, ex libro manuscripto antiquissimo. ℞ lithargyri puluerisati, quantum satis videtur, dissolue per decoctionem in aceto forti, pluribus vicibus successiue, deinde euapora acetum ad ignem, & remanet oleum nigrum in fundo, quod dissoluatur cum aqua calida per agitationem cum baculo paruo, & mundo, tunc destilla per linguam laneam, & remanet oleum in fundo, quod ab aqua separatum, est singulare.

Oleum quod fit de calce, est mirabile. ℞ calcis viuæ frustum integrum, & infundatur in oleo communi donec dissoluatur, & calx in puluerem redigatur: & postea pone in alembico vitreo & destilletur, & emanabit oleum quod vocabitur oleum calcinum, &c.

Oleum è bolo armenio, legitur alicubi apud Theophrastum Paracelsum.

DE OLEO SVCCINI FACIENDO, *ex præscripto insignis Medici Germani, qui totius etiam Succini historiam luculenter descripsit, vt aliquando videbitur.*

Oleum

OLeum ſuccini nihil eſt aliud, quam ſubtiliſsima, pinguis & aërea ſubſtantia, quæ ſuccino ineſt, extracta arte. Et quamuis non adeò difficile ſit elicere tale oleum, requiritur tamen ad eam artem, cura, ac aptitudo inſtrumentorum, quare maximè annitendum, vt ſequentia præcepta obſeruentur.

QVOD SVCCINVM *ſit eligendum.*

QVanquam non eſſet inconueniens eligere ad deſtillationem, & extractionem olei, puriſsimum, & quod maiorum eſſet partium ſuccinum, quia ſumpta puriore materia, purior etiam egreditur liquor, & vas inferius non tanta replebitur copia excrementitij humoris ac ſcoriarum, præterea & non tam facile igne reſoluetur, & vno impetu corruet, ſi maiorum fuerit partium, ſed pedetentim & tarde liqueſcet, vt quæ ineſt ipſi ſubſtantia ſubtilis melius à fæcibus ſecerni poſsit: tamen in defectu ipſius etiam pulueres, & ramenta ſumere licet, quia & ipſa reddunt oleum, ſi recte vaſi imponantur. Obſeruandum igitur, vt iniecto ſuccino in cucurbitam, imponantur lapilli ſilices, & deſuper rurſum ſuccinum, & ſic deinceps.

DE FORNACE ET INSTRVmentis ad destillationem succini necessarijs.

PLurimum interest habere instrumenta apta & idonea, & primum quantum ad fornacem attinet, sit ea rotunda, duorum cum dimidio pedum altitudine, latitudine verò ipsius diametralis sit duarum spithamarum. Extruatur autem vel ex lateribus, vel ferro luto obducto habens duo foramina rotunda, per quæ, (vt paulo post depingemus) canales instrumenti secundo loco positi exire queant.

Porro alia duo præparari tibi curato instrumenta, ex cupro intus stanno obducta, præsertim inferius, superius habeat figuram cucurbitæ, altitudine spithamæ vnius & dimidiæ, ex integra lamina compositum, & collum ipsius applicetur inferiori instrumento, illudq́ ingrediatur.

Paretur etiam ex cupro operculum rotundum, & foraminibus plenum, vt tectum eo succinum, emanare & destillare resolutũ possit. Inferius verò instrumentum recipiens succinum (est enim destillatio per descensum) sit rotundum, habens collum quod recipiat, & in se contineat collum cucurbitæ, capax trium vel quatuor mensurarum, habens duos canales, quorum vnus descendat, sitq́ inferior, alter verò descendat, & fiat hoc modo.

FOR-

FORNAX.

Foramen inferius, per quod exit inferior canalis.



Foramen superius, ad canalem alterum.

♂ INSTRVMENTVM superius seu cucurbita, in quam cõijcitur Succinum cum Silicibus.

Canalis inferior per quẽ oleum vna cum aqua egreditur.





Canalis superior per quẽ subinde affunditur aqua calida.

♀ INSTRVMENTVM inferius excipiens scorias & oleum.


CVCVRBITA *cum inferiori instrumento coniuncta, si sunt vtraq; imposita fornaci.*

Operculum perforatum quo obstruitur cucurbita.





FORNAX *cum omnibus ad destillationem necessarijs.*



In hac

In hac figura, omnia ad huius olei destillationem necessaria instrumenta, proponuntur. Fornacis structura ad dextram apparet, in cuius summitatis medio, cucurbita eminet. Habet eadem fornax ad dextram, prominentem sursum versus canalem, (qui canalis superior dicitur) ligneo cono obstructum. In eadem ad læuam, cõspicuus est canalis inferior, cui alius, per refrigeratorium transiens, attexitur. In medio apparet vas refrigeratorium, cum suo canali ad læuam, cum quo statim recipiens committitur.

DE DESTILLATIOne Succini.

POstquam fornacem & instrumenta tibi omnia paraueris, accipe inferius instrumentum, impone fornaci & exerito ambos ipsius canales, (vt vides factum in præcedenti schemate) atque illud in fornace optime munito lateribus & luto, fietque interseptum satis firmum, ne ab extra inspiciatur, & ignis ipsi incubando nocere possit, tantumque ipsi aquæ infunde, donec ex canali effluat. Postea positis alternatim & succino, & lapillis in cucurbitam luto vestitam, ita ne succinum, sed potius lapilli operculum attingant, tege cucurbitam ac operculũ clauis ferreis ad latera ipsius infixis munito, ne illud vi & impetu caloris excidat. Sed potius onus

ſufficere queat, & impone cucurbitam inferiori inſtrumento, ac locum, vbi coniunguntur obline luto, ne aliquis vapor exire poſſit. Similiter & canalē aſcendentem obſtrue, ligneo cono, vt extrahere eum poſſis, ſi affundenda eſt aqua calida, quod fiet, ſi parum ipſi inerit, & oleum exire nequiuerit. Canali inferiori appone alium canalem ſtanneū, vel ex cupro confectum, tranſeuntē vas aqua frigida repletū, quæ vbi calefacta fuerit, aliam frigidam affunde. Illi verò canali receptaculum adiungito, in quo ſit ♓.i. aquæ frigidę puriſsimæ, ſatis magnū & capax aquæ cū oleo. Sit aūt vel vitreū vel figulinum, munitū vitro, non cupreū, quia faciliimè oleum contrahit viredinem ex ærugine quæ cupro ineſt, omniaq́; optimè & diligentiſs. obſtruantur. Hæc vbi facta ſunt oīa, circa cucurbitam prunis ardentibus accende ignem placidum, ſuppeditantē ex omnibus partibus æqualem, in principio calorem, & auge eū ſucceſsiuè, vſq; ad veſperam (vno enim die ea deſtillatio finitur) donec tota cucurbita tegatur & obruatur ignitis carbonibus. Et obſeruandū eſt, vbi cucurbita quaſi excandeſcit, abſolutam eſſe deſtillationem, quare ignis remoueri poteſt, ſtent tamen ſic per integram noctem ſine igne, vt per ſe frigefieri poſsint. Poſtea exemptam cucurbitam, reperies vacuā à ſuccino, lapillos qui ipſi adhuc inſunt nigros quaſi fuligine obductos. In fundo vero inferioris

inſtru-

instrumenti cernes feces, vel scorias picem referentes, oleo innatante per canalem cum aqua ad receptaculum delato, quæ vtraq; reseruanda sunt, donec rectificetur oleum. Et hæc sufficiant de priori destillatione.

DE RECTIFICATIONE.


VEniendum iam ad secundam & postremam destillationem quæ fit per ascensionem, & est rectificatio olei, id est, puri ab impuro segregatio. Peragitur autem sequenti modo. Accipe cucurbitam vitream, atq; in eam infunde aquã cum oleo, vt venter ipsius repleatur vsq; ad collum, & imposito ipsi alẽbico similiter vitreo, balneo cõmitte, & omnia optimè communire debes, ne calor eam perfringat, & calida aqua est affundenda. Siquidem vitrum calefactum subitam frigefactionem perferre nequit, sed rumpitur. Quibus peractis, applica alembico quoq; receptaculum vitreum, & exibit oleum purissimum pauca aqua permixtum, quæ segreganda est ab oleo, instrumento vitreo, quale est Valerij Cordi, quo semper est vsus, vel ipsius defectu, alio infundibuli formam referente. Innatat enim hoc oleum aquæ.

Potest autem hæc destillatio quoque fieri per arenam eodem modo, obducta tamen cucurbita luto, ne calore frangatur: sed melius & purius fit per balneum.

Instrumentum Valerij Cordi. *Segregandi instrumentum aliud.*



4. Est spacium vacuum.
B. Canalis per quem in spaciũ vacuum aer ingreditur.
:. Spacium olei & aquæ.
^. Canalis per quem aqua egreditur,



DE EXTRACTI ET RECTIficati olei viribus & vtilitate.

APpellatum fuit olim hoc oleum sacrum, propter vires eius nimirum admirandas & arcanas. Habet quidem easdem, quas succinum ipsum verũ multo efficatiores. Nã quicquid efficaciæ & virium in quinque, sex. vel septem succini libris inest, in vnã libram facilè redigi potest. Quare plurimum confert Epilepticis, Paralyticis & spasmo laborantibus, & mulieribus patientibus suffocationes matricis. Confortat etiam fœtum in vtero.

De oleo succini, eiusq; virtutibus, sic quidam scribit. Superat sua facultate, inquit omnes aquas vitæ, quas vocant, omneq; aurum potabile, præsertim in apoplexia & epilepsia curanda.

DE OLEO EX *lateribus.*

OLeum benedictum siue laterinum habens in se multas virtutes ad ægritudines frigidas, vtiliusq́ꝫ balsamo virtute sua & subtilitate. ℞ laterum vel tegularum rubearum nouarum ab aqua intactarum, quantitatem quam voles, contunde in paruitatem cicerum, canabis, milij, aut etiam subtilissimè cribrentur. Postea mittantur in vase vitreato vel alio, & fortiter igniantur. Deinde projiciantur in oleo oliuarum antiquo & claro, si haberi potest, in vase terreo vitreato. Et dimittatur sic stare per vij. dies & plus, & si fracturæ sint grossæ, conterantur in puluerem subtilem, & in cucurbita magna pone, & superposito alēbico destilla lento igne. Et scias quod de ℔.j. olei ℥j. tantum exibit, cuius virtus naturalis maior est, quàm in balsamo naturali ad omnia curanda, & est calidius ipso, & propterea dicitur oleum benedictum, maximè ad morbos frigidos curandos, & quanto antiquius, tanto melius.

Probæ agnoscendi ipsum sunt, quòd oleum oliuæ tenet hoc oleum suspensum in medio sui: vel circa fundum non tangendo fundum. Vnde ostenditur ipsum calidius esse & magis leue. Illud verò quod non est laterinum, est graue. Et ideo si iacte-

tur gutta in ipſum, petit fundum. Et in hoc cognoſcitur eius grauitas & frigiditas. Item hoc oleum reddit fortem odorem & in colore eſt rubeum. Et gutta eius poſita in manu, ſtatim euaneſcit, & diſpergitur per totam manum. Et ſi ferrum liniatur eodem oleo, ſtatim ardet, & accenſum facilè non extinguitur. Quum autem perfecta fuerit huius olei deſtillatio, ſapienter aperi vas, poſtquam frigidatum fuerit, & extrahe puluerem laterũ, & iterum impone de alijs pulueribus, ſi vis plus habere de ipſo oleo, & deſtilla vt prius. Et deſtillatum bene, ſerua in vitro bene obturato cum cera.

Virtutes eius hic 44. annotantur, in frigida cauſa, interiori & exteriori. Prima reducit omnia membra aliquo accidente infrigidata, ſi membra læſa eo inunguntur. Item ad ſanandum vulnus, ſi herba appropriata aliqualiter in eo decoquatur. Item ad omnes manuum & pedum fiſſuras tempore hyemis. Item ad neruos infractos ex gutta, vel alia cauſa, & ad manuum & capitis tremorem. Podagræ & artheticæ frigidæ, collo dolenti & circumtenſo cum nec commodè flectitur. Item lapidem renum & veſicæ comminuit inunctum, & frequenter bibitum. Excoriationi quoq; veſicæ, intus & foris, quæ agnoſcitur per mordicationem virgæ inungendo. Item retentioni & difficultati vrinæ. Itẽ paſſionibus aurium ex frigiditate, vt ſurditati

& ſibi-

& sibilo & fluxui malorũ humorũ ad aures, panniculum ipso intinctum auri immittendo. Item cõtra vermes aurium ab intra natos vel extrinsecus ingressos. Item tortioni oris. Item acutæ tortioni ventris. Et matricum doloribus in omni ætate. Dolori quoq; sciatico, renum & spinæ dorsi, addi tamen possunt ei herbæ, flores & radices calidæ naturæ illis appropriatæ, vt saluia, pulegium, absinthiũ, serpillum, origanum, betonica, hyssopus, dipramnus. Item omni pustulæ & apostemati crudo non bene maturo, quia crudũ cito maturat, & maturum cito dissoluit. Cui si addatur radix lolij & vitellus oui & cepe album, coctum sub cineribus calidis, prodest vehementer, si superponatur. Item valet duritiei splenis propter infrigidationem nimiã, quia cito humectat & suauiter ipsum calefacit. Itẽ epilepticis & caducis, si cum eo nares patientium vngantur. Item oppilationi cerebri & nasi, propter causam frigidam vndecunq; venerit, siue oculi lachrymentur, siue nares sint plenæ phlegmate, si loca earum cum ipso inungantur, siue etiam per os sumatur. Item valet omni frigiditate capitis & cerebri, si cum eo vngantur calefacit, & mirabiliter confortat. Item vncta posteriore cerebri parte, valet obliuioni, & debili memoriæ. Item valet dentium dolori, vngendo gingiuas ex eo. Item valet frigiditati matricis bibitum, intus quoque & extra inunctum, & retentioni

intempestiuæ menstruorum. Item educit fœtum mortuum, aperiendo orificia venarum. Item valet sanguini coagulato ex percussione. Et sterilium mulierum malas exiccat humiditates. Item tussi frigidæ & oppletioni pulmonis, bibendo ipsum, & pectus inungendo, & valet tussi siccæ & molli, quæ vocatur strictura pectoris, & dissoluit illic congelatos humores, & canales pulmonum aperit. Inunctum quoque oculis lacrymantibus subuenit, si super palpebras fiat inunctio. Item valet inflationi ipsorum, dolori & rubedini per inflationem, vel abundantiā sanguinis in ipsis factā. Item omni morsui venenoso, vt scorpionis, araneæ, vespæ, apum, serpentis, si locus percussus ex eo inungatur. Item valet syncopi, & debilitati cordis, & stomachi, si ex eo bibatur cum bono vino. Item valet piscatoribus, si eorum retia talı oleo inungantur antequam vadunt piscatum, trahit & allicit pisces odore suo. Item valet contra potionem opij vel hyoscyami. Item dolori ani & lumbricis bibitum & inunctum, maximè si ei absinthium fuerit admixtum. Item valet sputo sanguinis, & mictui sanguinis. Et cui coagulatus est sanguis in capite, & causa fit apostematis generati, vel ex percussione, si locus ipso inungatur, sanat. Item valet creparis, si supra locum fit cum ipso inunctio & emplastratio, cum succo absinthij. Item contra scabiem duram, &

siccam

ſiccam capitis, inungendo. Item omni fiſtulæ. Item lapidi veſicæ & renum, ſi herbæ ad hoc appropriatę, ſcilicet ſaxifragia, milium ſolis, ſemen petroſelini, fœniculi, ſanguis hircinus, ei permiſceantur, & in potu tribuantur. Benedictus Deus, cuius immenſa largitas tot rebus humanæ fragilitati prouidit.

Si in oleo benedicto coxeris piper longũ, & grana paradiſi & pyrethrum, de quolibet ℥ j. caſtorei ℥ ſ. & cum hoc vnxeris (virgam puto) ad coitum facit.

Vt candela, neque vento, neque pluuia, extinguatur. ℞ bombacem aut ſtuppam, & madefac in oleo benedicto, & cum ſeuo aut cera fac candelam, quæ poterit in aqua ardere. Item ſtercus columbæ, cum oleo benedicto mixtum, & cum eo lignum linitum, & in ſole calido poſitum aliquandiu, per ſe accendetur. Item accipe calcem viuam, & ſulfur æqualium partium, & diſtempera cum oleo benedicto, & forma inde pilulas, quas proijce in vrnam aqua plenam, & exibit inde ignis.

Vt filum candelam ardentem extinguat, tunc circumuolue candelam, & linias ipſam cum theriaca bona, & extinguetur.

1. DE AQVA VITAE SIMPLICI ET COMPOSITA.
2. DE SVCCIS ET EXTRACTIONIBVS.
3. DE SALIBVS.
4. DE BORACE.
5. DE AVRO POTABILI, ET OLEO AVRI.

DE AQVA VITAE SEV VT *vocant, ardente, destillanda, deq́; eiusdem facultatibus.*

QVAE è vino, aut eiusdem fæcibus, destillatur aqua, aliȷs dicitur aqua vitæ, quòd vitam nimirum fulciat, seniumq́; remoretur: sed à qua mortis rectius vocari posset, si non ritè fuerit parata, vtpote quod talis plus incõmodi, quàm cõmodi afferat, vt refert author Pyrotechniç: aliȷs verò ardens appellatur, quod pilis capitis super affusa, vel panno, adhibita candela ardente, statim inflammetur, videanturq́; capitis pili vel pannus ardere, licet neutrum consumatur. Dicitur etiam ad extremã subtilitatem redacta, à Chymistis, Quinta essentia. Destillatur verò, ex generoso non nunquam vino, albo vel nigro: plerunque ex fęce cuiusque villi vapescentis, per turbinem seu metam furnariam prunis moderatè excalefactam, exprimitur, vt author est Lemnius. Cæterũ quando ex ipso vino aqua vitæ destil-

destillatur: audio, inquit Gesnerus, ex satis magna vini quantitate, parum aquæ ardentis destillari: ex fæcibus contrà, multum. E vino Alsatico, aqua vitæ non vsq; adeò bona destillatur. Porro vinum ardens, leuitate ferè reliqua omnia humida superat. Quum enim quatuor sint (vt idem Lemnius author est, lib. 2. cap. 34. de Occult. naturæ miraculis) quæ leuitatis, ac grauitatis, ratione inter se certent, vinum, aqua mel & oleum: horum omnium leuissimum, minimiqúe ponderis est vinum ardens, quod oleo admixto fluitat, summasqúe partes subit, oleo in imis subsidente. Est enim illi prorsus excocta terrea omnis concretio, totaq; illius substantia ignea, aereaq;, effecta est. Proximum huic leuitate est oleum, &c.

Quod si experiri velis, syncerane sit, an adulterina hæc quinta essentia: mantile aut linteum liquore illo madefacito, & flammæ admoueto, si confestim inardescat, illæso intactoq; linteo, efficacissima est. Inflammescunt si quidem sudariola aqua hac macerata, at non consumuntur. Flamma enim leniter modò peplo incumbit, nec penetrat, sed lambendo absorbet cognatum sibi ac familiarem, igneæq; naturæ liquorē. Quod si volæ manus non nihil imponas, admouerisqúe ardentem papyrum: ardescit quidem palma, at manus non vritur.

Illius vim mirificam, in multis rebus sum

expertus (inquit Lemnius) quamlibet enim asperum intensumqúe gelu existat, liquor is gelu nunquam congelascit, nec in glaciem concrescit aut cogitur, adeò vt atramentum scriptorium, tum pleraque alia, quibus guttas aliquot admisceri contingit, nunquam frigore constringantur, idqúe ob extremam caliditatem ac tenuitatem, quibus est imbuta. Commixtum sali hoc ardens vinum, & appositum igni, recepta flamma, astantis formam cadaueris similem efficit, Ringelbergius. Ouum decoquit, carnes coctas vel crudas à putredine conseruat, vbi in eadem intinguntur : vinum turbidum, si cum ea misceatur, clarificat & restaurat. Mustum clarum reddit : Vinum pendulum, acidumqúe, affusa restituit. Herbarum omnium virtutem si in ea ponantur, extrahit, præter violæ odorem, quem non retinet. Odor ipsius reptilia interficit, & venenum fugat, Vitalis. Est & hoc mirabile, quod à fide digno accepi : Si guttæ aliquot aquæ bombardis infundantur, vt cum puluere commisceantur, & postea incendantur, dissiliunt statim. Eodem modo etiam franguntur petræ : & audio sic factam viam, à Valle Tellina (puto) Mediolanum versus. Ex stillicidio illo, quod fit ex vino bis aut ter adustionem passo, mira excitantur, & vtilia. Panniculus enim illo infusus (vt modo etiam dictum) citra filorum læsionem, totus inflammescet : quod quartam adustio-

aduſtionem ſuſtinuit, in aëra ſi proieceris, nihil ex eo ad terram deſcendet. Piſcem ſi volueris meliorem ſaporem habere, in hoc vinaceo ſtillicidio eneca, & in eo eſſe finito: ita perdurabit ad compluſculos dies. Si hac ratione piſcem enectum ſale & pipere condias, nihil erit ſuauius, præſertim ſi ex optimo genere fuerit piſcis. Aqua ardente, quæ ſæpius deſtillata fuerit, ſi manus laueris, ardebunt quidem, ſed citra noxam, Gaudentius Merula Memorabilium lib. 4. Quod ſi inter deſtillandum, puluis ſulfuris viui permiſceretur, accenſa aqua vitæ, fortius arderet. Dolorem capitis ſedat, ſi ex materia frigida fuerit. Si bibatur ieiuno ſtomacho per biduum, cum pauca theriacæ quantitate, purgat caput, & exiccat eius humiditates. Qui biberit huius aliquid cum alio vino, mane, eidem confortat cerebrum. Tenebras oculorū pellit, & panos eorundem conſumit, & humiditatem exiccat. Auribus inſtillata, auditum reſtituit: linguæ impoſita, linteo in ea madefacto, ſermonem paralytico reſtituit, ſi aliquot horis continuetur. Quidam laudauere vini ſublimationem contra vermes, qui dentibus innaſcuntur, colluendo ea os. Ad id præfertur, inquit Alexander Benedictus, vinum Cretenſe aut Rheticum, validius enim quo ſæpius camino (alembico) vitreo aut æneo vaporatione perficitur. Raucedini confert, collo inuncta, & mane bibita. In

hydrope celebratur eius vsus ad hunc modum. Accipe aquæ vitæ mensuram dimidiam, calefiat mediocriter, vt sit quasi tepida, lauentur pedes, ac immittantur per quartam horæ partem, postea succo vrticæ fricentur plantæ pedum, & circa malleolos, & curabitur, vt nobis retulit Vitus à Rechberg. Aqua ex vino meraco sublimata, valet contra singultum ex vento aut frigore, Alex. Benedict. Germani eam, ardente etiamnum Syrio, mane bibunt vel delibant; pituitæ salutarem arbitrantur, idem. Ad lumborum dolores & ad tumores phlegmaticos, hoc à quodam rustico accepi. Habeas patinam aliquam, quæ ab igne non lædatur, eiq; impone pannum: patinam pone in sudatorium clausum, pannus madefiat aqua vitæ optima, ac postea accendatur (neq; enim pannus consumitur, si aqua vitæ fuerit bona) tum ingrediatur patiens balneum & statim sudabit, calorem enim vehementem facit: hoc fiat quinquies aut pluries pro ægrotantis viribus, & locus dolens aqua vitæ in qua flores spicæ nardi fuerint macerati, bene fricetur, & sanabitur. Ad vesicæ calculum, iubent bibere aquam vitæ, per spacium septem mensium, singulis diebus mane & vesperi, commiscentes vini non destillati partes duas; destillati verò vnam: & hoc modo comminuitur lapis & excernitur. Vulnera lota sanat, itémque cancrum & fistulas.

Vitalis

Vitalis de Furno, ex multis, has quoq; illi tribuit facultates: Apostemata rumpit intrinseca, & extrinseca, si bibatur, aut extrinsecus cum ea aliquoties liniantur. Oculorum maculas; eorumq; ruborem & calorem aufert, lachrymã etiam ab oculis fluentem restringit. Spleneticis valet & hepaticis, vbi sobriè potetur. Mercurium congelat, cuprũ dealbat, spiritus & corpora calcinata soluit. Vulnera curat, omnemq; guttam, cancrum, & fistulam, si potetur, aut locus vulneris abluatur. Intellectum acuit, sobriè sumpta, præterita ad memoriam reuocat, hominem super omnia reddit hilarem, iuuentutem conseruat. Salsum phlegma, guttamq; rosaceam curat. Narium fœtorem, gingiuarum, axillarúmque tollit. Apostema in gutture rumpit gargarisata. Melancholicis plurimum confert, ischiaticis, podagricis, & artheticis multum prodest. Hydropicos ex causa frigida, curat. Colicam passionem patientibus, plurimum confert. Cum calce sua in vino soluta, lapidem frangit vesicæ: cum suo salè verò soluta, renum lapidem frangit atq; fugat. Febremq; quartanam tollit, sobriè assumpta. Leprosus si nonnunquam de illa moderatè biberit, lepra non vltra ascendet. Prodest etiam conceptui, si prægnans de illa biberit. Si modicum de ipsa bibatur interdũ, aut in ore retineatur, ipsum rheuma curat. Oculos subuersos, quando palpebræ resoluuntur, illita curat. Audaciam

præstat, si pusillanimis aliquis aut formidolosus de ea interdum potauerit. Hactenus Vitalis. De facultatibus præterea eiusdem aquæ, in genere, hæc scribit Leuinus Lemnius lib. de Occultis naturæ miraculis. Nullus, inquit, liquor, qui in aliquem vsum corpori humano adhibetur, est aqua vitæ, aut leuior aut penetrantior, aut qui omnia à putredine, aut corruptione magis præseruet ac tueatur. Cuius vsus sic inoleuit apud Belgas, vt liberalius, quàm valetudini commodum est, assumant. Necq; enim omnibus, aut quouis tempore, eius potus æquè salubris est: macilentis siquidem, siccæq; naturæ hominibus, demque æstate, vsus eius admodum perniciosus est, adurit enim corpora, atque humorem natiuum depopulatur. Obesis autem corporibus atque humidis, quiq; pituitosis humoribus redundant, nihil incommodat, nam & humores excrementosos concoquit, & corpora à lethargo, atque apoplexia, morbisque frigidis vindicat ac tuetur. Quapropter hybernis mensibus moderatum illius vsum concedo, nempe sesquidrachmam, quæ cochlearis mensuram implet, exquisitè sacccharo edulcatam, adiectóque exiguo panis primarij bolo, quo minus vi adurente cerebrum narésque feriat, aut hepati noxæ aliquid, penetrabili, feruentique calore inferat. Foris verò admotum, neruis ac musculis, membrísque algore oppressis auxiliatur, omnesq;


mnesque affectus dolorificos, qui in frigidis humoribus consistunt, compescit ac discutit vi calorifica, ac celeritate penetrandi. Quin & apoplecticis loquelam restituit, si seminis erucæ & aceti scillitici momentum illi commisceatur. Quod si id genus vini factitij, bis terue in alueum stillatitium immissum, ignis vi extrahatur, incredibilem vim penetrandi consequitur. Hæc Lemnius.

DE INSTRVMENTIS, QVIbus ad aquam vitæ destillandam artifices vtuntur.

IN destillatione aquæ vitæ, quoniam multi spiritus crassi, vi caloris eleuantur, necesse est temperare eos, & subtiliores reddere beneficio instrumentorum longorum, angustorum, & sinuosorum: nec solum refrigeratione opus, sed etiã in loco frigido, vbi aqua nimirum actu frigida permaneat, ne aliqua viscositas aut crassities, ad alembicũ perueniat, destillatio perficienda. Vnde factum est, vt ab artificibus varia sint inuenta instrumenta, quæ id præstent.

Aquam ardentẽ nonnulli per vesicam destillant, de quo consule Lonicerum: verum is destillationis modus, propterea quod aquam affundant, non omnibus probatur. Vtuntur autem hoc modo, propter compendium, ferè Pharmacopolæ tantum.

INSTRVMENTVM AD Aquam vitæ, ex vini fæcibus, destillandam.



A. Fornax rotunda forma constans, aut etiã quadrata, parum enim refert.

B. Locus seu foramen, per quod aheno, ignis subijcitur.

C. Ahenum seu vas satis capax, continens fæces.

D. Operculum aheni. Id si, aliqua ex parte conuexum fieret, & in medio, vbi canalis egreditur, in acutum desineret, vapores multò melius sursum mitteret, quam si planum fuerit.

E. Oper-

E. Operculi foramen, in quod canalis insertus est.

F. Canalis æneus, seu fistula, deferens vapores. Sit autẽ hoc modo contorta, & sinuosa, ita enim, aiunt, aquam videri quasi sæpius destillari: aut fortè, vt vapores diutius contenti, facilius condensentur. Aliqui sinus aliquot faciunt in fistula, priusquam ingrediatur situlam, quod fortè minus probandum est.

G. Situla lignea continens aquam frigidam.

H. Subsellium, sustinens situlam aqua frigida plenam

R. Locus in subsellio, quo recipiens vas collocandum.

Possent iuxta hanc situlam, duæ fornaces extrui (ita quidam apud nos solet aquam ardentem destillare) quarum altera vicinior sit situlæ, altera remotior. In viciniore aheno, fæces primo destillarentur: in remotiore, secundo, vt subtilior & purior aqua fiat. Verum idipsum, minori negotio fortè fieret, si quæ secunda vice destillari debet, per longiorem fistulam destillaretur, per longiorem enim viam, spiritus agitati, magis attenuantur.

INSTRVMENTVM ALIVD.

1. Vas seu olla, materiam destillandam continens. Quidam apud nos ollam habuit 16. mensurarũ capacẽ. Ex ijs biduo, bis, teruè repetita etiam destillatione, mensuras tres extraxit.




2. Operculum.
3. Canalis seu fistula, quę sic καμπύλως fieri debet. Posset hæc eadem duplex fieri, vt aqua frigida infundi, & rursum calefacta emitti posset.
4. Situla, continens aquam frigidam.
5. Sedes, quæ sustinet situlam.
6. Recipientis aptandi locus.
7. Ignis, in circuitu, ex quolibet ligno.

Per tale instrumentũ aqua vitæ valde copiosa habetur, magis, quam ex vulgaribus, quoniam fistula ex operculo ollæ, recta ascendit, non vt in aliis obliq;, & fortę maior est quoq; quam in aliis.

INSTRVMENTVM ALIVD *pro aqua vitæ destillanda, ab authore Pyrotechniæ mutuatum.*

LIcet in dies singulos varia excogitẽtur instrumẽta, hoc tamẽ mihi semper visũ est esse cõmodissimũ, vtilissimũq;. Præparetur vas æneum stañatũ, è quo parte ea, qua vinum infunditur,



funditur, producatur fiſtula longa multis concauitatibusfabricata. Huic ad finem quatuor aut ſex vlnarum, ſit ſitula parua ex ære aut ligno extructa, eo modo vt fiſtula parte tinæ, ſeu ſitulæ ſuperiore, ſinuoſa, è medio eius egrediatur. Finis verò ſeu fiſtulæ extremitas recta, capitellum vitrum habeat adaptatum, cuius naſus in recipiens vas recipiatur. Hoc vas ita paratum in furnum ponitur, eíq; infunditur vinum, per egredientem fiſtulam oppoſitam epiſtomio, per quam etiam poſt finitam deſtillationem fæces expurgantur. Parte verò ſuperiore, ſitula ſeu tina poſita ſub fiſtula quæ à ſinuoſitate ſerpens dicitur, aqua frigida repletur, vt præſens figura oſtendit.

INSTRVMENTVM QVARtum *ad deſtillandum aquam vitæ, ita affabrè fabre factum, vt fiat etiam ſemel deſtillata aqua, potentiſsima.* Audio Florentiæ tale *in vſu eſſe.*



A. Locus cinerũ.
B. Crater.
C. Ignis.
D. Fornax longa, angusta.
E. Vas longũ, recipiens magnã copiam vini.
F. Iunctura arctissima.
G. Fistula, per quã vinum infunditur.
H. Via per quam vapores scandũt.
I. Nasus capitelli, qui recipienti inseritur.
K. Vas aqua frigida plenũ, refrigerãs capitellũ.
L. Arundo seu fistula qua scandit aqua frigida.
M. Hac emittitur aqua excalfacta.
N. Dolium oblongum plenum aqua frigida.
*. Instrumentum quo efficitur, vt aqua sursum feratur pulsando, sicut in quibusdam puteis. Hoc instrumento, pauco igne, magna quantitas destillari potest.

DE VARIIS MODIS DESTIL- *landi aquam vitæ, tum ſimplicem, tum compoſitam.*

AQua ex vino meraco ſublimata, inquit quidam incertus, nouum id inuentum eſt, per vitreum aut æneum infurnibulum ſublimare, in quo vilis materia ſubſtat: quod leue eſt, vapore continuato, ſublimia petit.

Aquam ardentem ſimplicem, ſic deſtillare iubet Vitalis de Furno. Accipe vinum bonum ac forte, purum, rubeum, pone in alembico, & deſtilla lento igne, ſicut fit aqua roſacea, & exibit per ſublimationem aqua ardens, quæ quo ſæpius deſtilletur, tantò erit ſubtilior & vtilior.

VT AQVA VITAE SEMEL *deſtillata, æquè bona ſit, eaſq; faculta- tes poßideat, quas alia ter, qua- terue aut etiam ſæpius deſtillata.*

SI aquam vitæ ſimplicem vel vinum ardens, vna deſtillatione, ita deſtillare volueris, vt in virtute ſit, ac ſi eſſet vigeſies deſtillatum, ſpongiam ſuper os cucurbitæ obducito, & alembico ſigillo Hermetis clauſo, appoſitoq; recipiente in balneo, deſtillato. Ita enim fit, vt ſpiritus vini in cœlum aſcendat, & rurſus cadat in terram, hoc eſt, recipiētem, aquoſitas verò omnis remaneat in ſpongia.

Hoc modo quidam Alchymista pro maximo secreto, vsus est. Contulimus, inquit Gesnerus cum aqua vitæ sine spongia semel destillata, & inuenimus nostram magis virtuosam: & rursus, cum alia decies destillata sine spongia, & nostra magis penetrabat, quam illa. Destillator quidam apud nos, affirmat, aquam vitæ semel tantum destillatam, valde insalubrem ijs, qui eam bibunt, habereq́; magnam putrefaciendi vim, quod ipsum hac probat, experientia: Si accendatur, inquit, aqua ardens, ac paulo post rursus extinguatur, quod reliquũ est, valde fœtere. Quæ verò aqua bis térue fuerit destillata, neq; fœtere, neque putrefacere.

De quintæ essentiæ per balneum Mariæ destillatione è vino. ℞ vini albi optimi mensuras quatuor, aut quinq;, secundum capacitatem vitri aut vesicæ, ita tamen vt tertia vesicæ pars sit vacua, vitro superpone alembicum, perlutetur cum albuminibus ouorum, cum farina & aqua mixtis simul, & super pannũ lineum extensis, reponatur ita in balneo Mariæ, deinde destilla lentissimo igne, die noctéque, ex quinque mensuris, mediam, & quod destillasti, vsui pro extractionibus reserua.

Aqua vitæ è vino ter destillata. ℞ libras viginti vini boni & crassi, & trahe de illis ℔. iiij. in vase vt scis: postea de illis quatuor libris, trahe duas libras: & iterum de illis duabus

bus extrahe vnam. Hæc aqua valet contra omnem guttam & maculam oculorum, & ad omnia vulnera, & contra catarrhum & fistulam, & ad alia multa est vtilis. Quod si iungas huic fel perdicis, tollit ardorem & caliginem de oculis: item posita in oculis, lachrymas tollit & restringit, si cum succo serpilli fuerit mixta.

Aqua ardens, accipe sextarium vini nigri vetustissimi, & ponatur in amphora magna amplum habente fundum, & strictum os, & apponantur vnciæ tres vtriusque sulfuris, vel vtriusque auripigmenti, armoniaci, tartari, salis nitri, lib. j. olei communis vetustissimi, & coquantur vsque ad duarum partium consumptionem, & tunc coletur totum & addatur aqua calida, & extrahatur per embotum, vt extrahatur aqua prima. Si hac aqua deliniatur candela, vel licinium, & imponatur sub aqua, non extinguitur. Item si super aspergatur capillo vel panno vel pileo, vt inflammetur, posteaquam consumpta fuerit, remanebit pannus illæsus & illud super quod ponetur, Rogerius tract. 4. cap. 7. vbi modum hunc destillationis ex præcedenti capite, plenius disces.

Aquam ardentem sic facias, recipe vinum nigrum spissum, potens & vetus, & in vna quarta ipsius disperges viuæ calcis, sulphuris viui subtilissime puluerisati, tartari de bono vino itidem puluerisati, & salis

communis albi groſſi, poſtea pones in cucurbita bene lutata, & deſuper poſito alembico deſtillabis aquam ardentem, quam ſeruare debes in vaſe vitreo, Albertus Magnus.

Aromatica aqua, quam vocant Aquam vitæ, vel Hippocratis, vel Balſamum: herbæ & radices odoratæ & aromata, in ſextuplo vini dies tredecim macerantur, inde vinum colatur, ſpecies contuſæ iterum adduntur vino, & deſtillantur. Aquæ deſtillatæ, ſaluiæ recentis ℥ ſ. iniiciatur, & cinnam. zinziber, caryophylli, nux moſchata, ſaluia cum radicibus, grana paradiſi.

Aqua vitæ ad varios ex frigore morbos: ad podagram, & dolores eius, ad dolorē iliacum & à capite deſtillationem, bis menſe pota: dentium, gingiuarum, & linguæ morbis opitulatur collutione: ventriculo benefacit pituitam congerenti, & coli dolori ʒ j. exhibita cum tantundem theriacæ ex vino. ℞ aquę ardentis ℔ j. euphorbij, bdellij, ſagapeni, ſpodij, piperis longi, cubebarum, opopanacis, cinnamomi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, pyrethri, cyperi, ſquinanti, ana ℥ j. omnia trita, diebus tribus in aqua ardenti macerata, deſtillatorio inſtrumento liquorem eximito, Bertapalia.

Aqua vitæ contra peſtem, ex lib. manuſcripto. ℞ caryophyllorum ʒ ſ. cinnamomi, zedoariæ, rad. valerianę, pimpinellę, tormentillę, florum roſarum ana ʒ j. ſantali citrini & rub.

rub.ſpodij,cort.citri,doronici, terræ ſigillatæ,diptamni,ſeſeleos,meliſſæ,maioranæ,enulæ campanæ,ſem.ſeſeleos,carabe, rhabarbari, nucis moſchatæ, macis, ana ʒ ſ. ſcabioſæ, florum borraginis, bugloſſi, anthos cornu cerui vſti, rutæ, coriandri præparati,ſpecierum liberantis,ſpecierum de gemmis,diacameronis,lætitiæ,Almanſoris,diarrhodon abbatis,diamargaritonis, hyacinthi,ſmaragdi, margaritarum ſplendidarum ana ʒ j.mithridatij, theriacæ Venetæ,boli armeni, ana ℈ ſ. foliorum auri & argenti ana numero vij. vini ardentis optimi ℔. viij. contundantur omnia optimè, & miſceantur cum vino ſublimato, ponantur in vas vitreatum, obturetur eius orificium optimè, ne quid exhalet, ſtent in infuſione tribus diebus, deinde deſtillentur lento igne ſecundum artem per balneum Mariæ. Datur de ea in peſte cum electuario appropriato.

Aqua frigidis morbis omnibus cōferens, morbo præcipuè attonitò, membrorum mollificationi, podagræ & articulorū doloribus. Aquæ ardentis ex optimo vino ℔. ſ. acori præparati ℥ ij. florum roriſmarini, florum ſaluiæ,ſing. ℥ j ſ.foliorum eiuſdem M.ſ.cinnamomi, xyloaloes, vtriuſque ʒ j.maceris cardamomi, corticum citri, caryophyllorum, croci, ſing. ʒ ſ.nardi ℈ j. zingiberis ʒ j. ſtœchados ℥ ij. moſchi, ambari, vtriuſque gr. vj. omnia ſimul diebus 5. macerata, exce-

ptis aromatibus, destillato, & aromata adijcito.

Aquæ generosæ, ad multos facientes affectus, quarum tam prima quæ stillatur, quàm secunda, vulnus recens vna die bis imposita, sanare fertur: cancro, fistulæ, phagedœnis, lupoue, & morbo, qui noli me tangere dicitur, sorixue vocatur, si semel in die lauentur, auxilium vtraqꝫ præstat: & si dimidium drachmæ, cum modico optimi vini potetur, lapidem frangit, educitque: ardori valet vrinandi, & quibuscunque locellorum, seu matricis ægritudinibusque: pari pondere cum pingui iure lassitudini lita auxiliatur, neruos sanat: conuulsionem etiam patientes, ter in die aqua ista, ablutos: pluresque alias infirmitates. Aqua vero ex ijs tertio destillata, sanguinis colorem præ se ferens, admodum preciosa est, de qua qui singulis diebus quindecim, medium sumpserit cochlearium, curabitur à lepra, paralysi, aqua inter cutem, arthritica passione, podagra, reliquisque huius modi morbis. Bibita præterea ad dimidium drachmę, vel saltem bis in hebdomada, cum cochleari aquæ boraginis per annum, senectutem retardat, & vires refouet, adeo, vt si quis morti propinquus fuerit, & modicum quid de huiusmodi sumpserit aqua, non tam festinè vita priuabitur. Modus autem hanc aquam conficiendi hic est. Sumantur zedoariæ, galangę, piperis longi & rotundi,

caryophyl-

caryophyllorum, zingiberis, ſem. iuniperi, corticum citri, citranguli, maliue medici, foliorum ſaluiæ, ocimi, roriſmarini, maioranæ, mentæ, baccarum lauri, pulegiæ, gentianæ, calaminthę, florum ſambuci, roſarum rubearum & albarum, nardi, xyloaloes, cubebarum, cardamomi, cinnam. calami aromatici, ſtœchados, chamedryos, chamæpithyos, melegetæ, maceris, thuris maſculi, aloes hepatici, ſeminis & foliorum matricariæ, ſem. arthemiſiæ ſing. ʒ j. ficuum, paſſularum, carnium dactylorum, amygdalarum dulcium, pinearum ſing. ℥ j. mellis electi ℥ vj. ſacchari ad duplũ ponderis omnia bene trita, in aqua ardenti ex optimo confecta vino, ad triplum omniũ pondus macerato & deſtillato.

Aqua odorifera faciẽ dealbans & oculos. ℞ rutæ campeſtris, fœniculi, foliorum verbenacæ, radicis betonicæ, foliorum roſarum, capillorum Veneris partes æquales macerentur per noctem in vino albo, odoro, & alembico deſtillentur. Fumanellus.

Liquor deſtillatus pro celeriter ſanandis vulneribus, ex Fumanello. ℞ aquæ vitæ ſiue ardentis ℥ iiij. theriacæ ℥ ſ. in alembico deſtillentur, & quod ſtillauerit vulneri imponito, & deſuper aridum ex aloe & myrrha (puluerem) & denuo linteolũ prędicta aqua madẽs.

Ad conciliandum ſomnum, ad quot horas libuerit. ℞ ſem. papaueris albi & nigri, ℥ ſ. vini albi, fellis leporis ana ʒ ij. aquæ vitæ

℥ iiij. infundantur in aqua (vitæ) per dies tres, poſtea per alembicum deſtilla. Gutta vna ſomnum conciliat ad horam vnam: duæ, ad duas, &c.

Compoſitio quædam Domini Geſneri; pro hydropico, vel aſthmatico, ℞ vini albi veteris ℔.ij.cinnamomi ℥ j.iridis florentinę ℥ ſ.iridis noſtratis ʒ ij.ſ.roſ.rub. ʒ iij. coriandri præparati ʒ j.ſ.fœniculi, zingiberis ana ʒ ij. radicũ aſari, ʒ iij.aſtrantiæ ℥ ſ. chamæleontis albi, bryoniæ ana ʒ ij.eſulæ corticum ʒ iij: ari ʒ j. elect. de ſucco roſarum ℥ ſ. macerentur per triduum in vitrea cucurbita lutata, deinde deſtillentur in cineribus, donec ſtriæ appareant in capello. Dato ℥ j.experiundo. At idem poteſt fieri cum ſero lactis per ſe, vel cum vino, addendo ſaccharum, vel mel roſaceum, cum dabis.

Aliquando iuſsit deſtillari vinum in quo Guaiaci ſcobs, baccæ iuniperi, & cinnamomi aliquid & roſæ maceratæ ſint.

Aqua vitæ D. Thomæ Finck ad multa. ℞ lauendulæ, ſaluiæ, ana quartar. iij. rutæ vnciam ſemis, zingiberis, nucis moſchatæ, caryophyllorum, cinnamomi, granorum paradiſi, ſacchari albi ana vnciam ſemis, macis, alkekengi, ana vnciam ſemis, olei oliuæ drach.ij.infunde in vini fortiſsimi, menſuram vnam & ſemis, per dies quatuordecim, deinde deſtilletur ſecundum artem, igne lentiſsimo.

Aqua

Aqua nobilissima destillata pro quodam magnifico, contra hecticam (phthisim fortè) ℞ vini sublimati de vino maluatico ℔. iiij. panem tritici calidum, in alembico bene occlusa stent per dies 14. Tum destilla per balneum. Postea ℞ specierum diamargariton, diambræ, diarrhodon abb. dianthos, diaplitis cum musco, lætitiæ Galeni ana ʒ ij. casiæ extractæ, sacchari candi ana ℥ j. succi de liquiritia ℥ ij. rorismarini ʒ iij. musci Alexandrini ℥ ß. Omnia in vase destillatorio stent bene occlusa per mensem. Tum fiat destillatio per balneum, & diuidatur aqua in duas partes, prima aqua nobilior est quam secunda.

Aqua vitæ alia, è Germanico translata. ℞ aquæ vitæ optimæ mensuras duas, destilletur vt scis, in vitreo vase in aqua. De duabus istis mensuris destilla dimidiam partem, deinde accipe cinnamomi ℥ ij. incidatur minutim, & in vitro cum aqua vitæ misceatur, vt per digiti latitudinem cinnam. cooperiat, stent simul horis 12. vel quindecim, vt aqua vitæ colorē rubrum aut sanguineū acquirat, quam in aliud vas infundas & claudas. Rursus eidem cinnamomo, affunde aliam partem aquæ vitæ, à dimidia mensura relictam, vt prius, idq; facies toties, quandiu dimidia hæc pars durat, semper effundendo, & quod effusum est, cum priori commiscendo, vt tandem aqua vitæ colore rufo non tingatur. Postea accipe ℥ ß. caryophyllorum minutim

pulueriſatorum, & ſimiliter pulueri huic reliqua aquæ vitæ medietas affundatur, vt prius. Quod ſi aquæ vitæ nihil amplius ſuperfuerit, accipe aquam vitæ rubram in bocia & impoſito capitello, deſtilletur tantum quantum ad macerandam materiam fuerit opus, nihil enim rubedinis aſcendit, ſed quicquid deſtillat album eſt. Poſtea accipias ℥ ſ. nucis moſchatæ cõciſæ minutim, & vt prius affunde aquam vitæ. Quo facto accipias aquã vitæ ex caryophyllis, & ex nuce moſchata, & cõmiſce cum aqua vitæ è cinnamomo. Tum accipe vini maluatici, aut optimi Rhenani menſuram vnã, & in olla inuitreata ponito, et adde ſacchari candi triti ℥ iij. & paſta cooperito ollam, & carbonibus impone, vt leuiter fundatur ſaccharum, poſt fuſum ſaccharũ, refrigeretur. Poſt refrigerationem, affunde aquam vitæ rubram, & commiſce in olla vt prius, aut vitro, melius enim obturari poteſt, & habebis aquam vitæ optimam.

Aqua vitæ nobiliſsima contra catarrhũ. ℞ hyſſopi, ſatureiæ, marrubij albi, enulæ, ireos, leuiſtici, betonicæ, ſaluiæ, foliorum trifolij (quod facit multos flores groſſos in modum nucis paruæ, in quibus eſt quædã dulcedo ad modũ ſacchari vel mellis in ſapore) ſingulorũ ℔. ſ. Trita omnia groſſo modo ponantur in vino potentiſſimo & electiſſimo, in vaſe vitreo vel alembico mundo, ita vt vinũ ſuper emineat vno digito. Deſtilla & ſerua, ſuper aurũ & gemmas valet.

Aqua

Aqua vitæ contra apoplexiam & epilepsiam, est autem velut aqua quædam balsami. ℞ zingiberis, caryophyllorũ, nucis moschatæ, granorum paradisi ana ℥ ſ. foliorum saluiæ, ℔. j. cardamomi, cubebarum, masticis, galangæ, rorismarini, lauendulæ, maioranæ, melissæ, betonicæ, ana ʒ ij. omnia puluerisata & contrita infunde in vini optimi ℔. ix. vel in vino destillato in vase vitreo, vt omnia cooperiantur, per dies decem, postea fiat destillatio. Valet ad paralysim, vertiginem, apoplexiam, spasmum, ad memoriam & caput, & ad stomachũ frigidum: carnes & pisces ea aspersa non corrumpuntur. Vinũ corruptũ rectificatur : bibantur pro vice, tres vel iiij. guttæ, cum modico panis in eadem infuso, & postea comedatur, acuit ingeniũ. Et fricetur ea quoque occiput & alia loca. Valet etiam hydropicis, melancholicis, spleneticis: & oculis etiam est valde pretiosa.

Destillatio quædã mirabilis & delectabilis, quam quidã acquisiuit à quodã Crabatione, cuius experientiam & feci & vidi, inquit quidam innominatus. ℞ vini maluatici optimi & electi, mensuras sex, destilletur lento igne per alembicum nouem vicibus: postea impone ambræ griseæ, spermatis ceti, rhabarbari electi ana ℥ ſ. moschi ʒ ſ. pulueriſentur & ligentur in petia subtili, rara, & aquæ vitæ impone. Est hæc aqua mirabilis & maximæ virtutis. Valet pro regibus & principibus.

Aqua vitæ Friderici Cæsaris, ad omnes affectus. ℞ aquæ vitæ mensuram dimidiam, maluatici mensuram integram, cinnamomi ℥ iij. caryophyllorum ℥ j. zingiberis ℥ j. ſ. nucis moschatæ ℥ j. zedoariæ Venetianæ ℥ iij. ſ. granorum paradisi ℥ j. ſ. galangæ ʒ ij. cubebarum ℥ ſ. rorismarini ℥ ſ. hyssopi totidem, althææ totidem, rad. benedictæ ℥ j. saluiæ ℥. j. laudendulæ ℥ ſ. omnia iam dicta manibus rumpantur, & terantur, ponanturq́ in bociam vitream satis amplam, quæ capere possit mensuras tres vel quatuor. Præterea sacchari cādi ℥ iij. passularum Coninthiacarum ℔. ſ. passularum quartarium j. ficuum quartarium j. camphorę ʒ j. aquæ rosarum cyathum dimidium, aquæ florum sambuci totidem, & totidem aquæ endiuiæ, omnia hæc in vitro clausa, insolentur per dies octo ante festum Iohannis, & totidem post id, postea aquam colatam reserua. Hac vtaris vbi opus fuerit, hoc est, in maxima debilitate corporis & virium prostratione accipias cochleare vnum, & experieris mirabilia: hac sola aiunt sustentatum Cæsarem Fridericum.

Aqua vitæ composita mirabilis, & contra grassantem pestilentiam sæpissimè probata, descripta à D. D. Mag. ℞ rutæ domesticæ iam iam decerptæ, saluiæ, lauendulæ, libanotidis, rorismarini, rad. tormentillæ, pimpinellæ, valerianæ, bistortæ ana ʒ ij. baccarum iuniperi, lauri, ana ʒ j. ſ. terræ sigillatę,

boli

boli leuantici ana ſcrupulos iiij. radicis pſeudo dictamni, ſeminis ſancti, benedictę, caryophyllatæ, helenij, gentianæ, rhapontici Dioſcoridis, ciambet (an Zurumbet) ana ʒ iij. ſ. coriandri præparati, acetoſæ, baſilicæ, pimpinellæ ana ℈ ij. ſ. trium ſantalorum ana ʒ j. florum borraginis, bugloſſæ, roſarum rubearum ana pugill. ij. rad. ben. albi, & rubri ana drach. j. corticis arantiorum acetoſorum, citri, mali granati ana, contuſis & inciſis groſſo modo, deſtillentur ſecundum artem per alembicum in vino ſublimato, & rectificato ad ſufficientiam quantitatis ad ℔. viij. poſtea recipe Niberis (an piperis albi) bulledini, cinnamomi, granorum paradiſi, maceris, nucis moſchatæ, cardamomi ana vnciam ſemis, ſcrupulos iiij. croci drach. ij. galangæ, cubebarum, caryophyllorum, calami aromatici, ana ſcrupulos iiij. ſpecierum elect. liberantis, cordialium, contra peſtem ana drach. iij. diamuſci dulcis, de gemmis, ana drach. j. ſ. inciſis & contuſis infundantur in præſcripto deſtillato vino, ſtent in loco tepido per horas 48. deinde deſtillentur ſimul per alembicum luto ſapientiæ perlutatum, aromatizentur poſtea muſci alexandrini gr. xviij. ambræ gryſeæ gr. xij. croci ſcrupulũ ſemis, vel gr. vj. in ſyndone rubra ligata, projiciantur in vas, & benè obturentur, ad vſumque ſeruentur.

Aqua destillata ad omnes fistulas, Theophrasti. R aquæ vitæ optimæ ℔. iiij. aquæ rorismarini, saluiæ ana ℔. ij. ſ. ſacchari albi, ℔. v: misce & destilla per alembicum, certissimum in fistulis & vlceribus internis.

Aqua vitæ ad articulares dolores, & thoracis grauitates, & ad timorem casus in ægritudines cerebri, quales epilepsia, apoplexia, paralysis, vertigo & huiusmodi, ex consilijs Bened. Victorij. Radicum acori ℔. ij. pæoniæ ℔. ſ. galangæ, zedoariæ ana ℥ j. ſ. iuæ, centaureæ minoris, saluiæ, maioranæ, stœchados, betonicæ, rorismarini, pulegij, calamenti, polypodij, polij, folij, ana M. j. rosarum rubearum, baccarum myrthi, ana M. ſ. omnia hæc crasso modo contundantur, atque in ducentis libris vini albi potentis & odoriferi fundantur spacio temporis trium dierum, demum vinum coletur, violenta & forti facta expressione, & in vitreo alembico vinum ponatur, & destilletur aqua, cui adde nucis myristicæ, macis, caryophyllorum, cinnamomi, masticis, zingiberis, de quolibet crasso modo rupto, ℥ j. trahe moram per diē naturalem, demum per alembicum iterato destilla aquam, & vsque ad nonam destillationem eandem destillabis aquam. Remanenti vero aquæ ex nona destillatione permisceto foliorum auri numero centum, foliorum argenti numero quinquaginta, omniũm fragmentorum, ana ʒ ij. margaritarum ℥ ſ. omnia pulueri-

pulueriſanda in ſubtiliſsimum conduces puluerem, & iterato vicibus duabus eandem deſtillabis aquam. Vltimo verò deſtillatam aquam cum muſco & ambra aromatizabis, & ſic habebis diuinum elixir vitæ. Modus vſus eſt, mane priuſquam ventrem impleat, diluat ſibi omnes ſpondylos colli atque thoracis muſculos, & pleroſque artus ſibi madefaciat. Quippe per tres ante matutinum cibum horas, ſorbeat potum hunc. Aquæ ſaluiæ, endiuiæ ana ℥ ſ. elixir vitæ guttas quinque, miſce, & potui dato.

Aqua ardens deſtillata compoſita contra peſtem, è Guaynerio tract. de peſte. Virtuoſa, inquit, exiſtunt multa contra peſtem, ſed in infinitũ virtuoſior eſt, quæ ſequitur aqua. Tanta eſt enim inter cor & ipſam cõuenientia, vt in nõ perceptibili quaſi, tempore attrahatur ab ipſo, attractáque mutatur in breui, & in ſpumoſam ſubſtantiam conuerſa, non ſolum à complexionali virtute: verum etiam tota forma omni peſtilentiali veneno reſiſtit, ac ipſum perimit indilatè. Et ideo tanta eſt eius excellens virtus, quod eius vſus hominẽ non ſolum præſeruat à peſte, imò ab ipſa deprehenſum, celeriter liberat: cuius hæc eſt permixtio. ℞ rad. tormentillæ viridium ſi haberi poſſunt ℔. j. radicum herbæ tunici & diptamni ana ℔. ſemis, radicum enulæ campanæ vncias iiij. acetoſæ cum ſeminibus ſi haberi poſſunt ℔. ij. vel acetoſæ ℔. j.

& ℥ viij. & ſeminis eius ℥ iiij. buglosſi & borraginis, cum eorum floribus, roſarum rub. ſylueſtrium ana ℔. j. pimpinellæ, ſcabioſæ ana ℔. ſemis, ſucci limonum ℔. j. theriacæ finæ ℔. ſ. aquæ ardentis factæ cum vino optimo & pluries reiteratæ vncias ij. terræ ſigillatæ, & boli armeni ana ℥ ij. ſantalorum alborum & rubeorum, ſpodij, ben albi & rubri, margaritarum ſplendidarum ana ℥. j. ſ. oſsis de corde cerui vnciam j. raſuræ eboris vnciam ſemis, croci drach. iij. camphoræ drach. ij. foliorum auri vnciam ſemis: primo accipe folia auri, & ea cum cardone aut forfice diuide in fruſta minuta quantum poteris, vel ipſa ſuper porphyrio cum melle diu ducas, quia in puluerem non perceptibilem tactu ea rediges: poſtea pone ea in aqua ardenti, benè obturando ampullam ne reſpiret: & ſic dimitte per dies quindecim. Deinde accipe margaritas ſubtiliſsimè tritas, & ipſas pone in alia ampulla cum ſucco limonum quæ benè obturetur, & dimittatur per tantundem temporis: poſtea cum optimo vino radices benè lauentur, vt à terra ſint mundæ, demum in vmbra à vino deſiccatæ, in mortario conquaſſentur, & ſimiliter herbæ, flores & roſæ cum ſeminibus. Quo facto, omnia iſta in vaſe quodam terreo vitreato ponantur, in quo poſtea pone theriacam cum illis pulueribus & alijs rebus. Deinde cum his pone illam aquam ardentem cum folijs auri,

auri ac etiam succũ limonum cum margaritis, taliter vas sigillando quod nequeat expirare. Postea facies foueam in terra in loco humido, ad profunditatem trium pedum, & solarium dimidij pedis ex viua calce in fundo foueæ constituas. Tum illud vas in medio colloca, cum fimo equino seu vinacijs circundando & cooperiendo, super quod vnam vel duas situlas aquæ postea affundas, & sic sepultum postea per dies xij. naturales dimitte, omnibus tribus vel quatuor diebus fimum vel vinacias renouando], quibus completis, extrahe, & totam materiam illam accipe, & pone in vesica vitrea, & desuper alembicum taliter sigillando ne respiret, & cũ igne mollium lignorum lento, sine fumo, aquam extrahe, & in ampulla taliter ad rostrum alembici liga, ne respiret. Extractam verò aquam iterum proijce super fæces, & vt prius iterum destilletur. Tertiò verò ponatur in alembico sine fæcibus, & iterum in balneo Mariæ de nouo destilletur, demum in ampulla benè clausa vsui reseruetur. De aqua accipe cochlear vnum paruum per se, vel cum alia confectione vel puluere. Hæc nanq; aqua spiritus multiplicat, ipsos clarificat, membra confortat principalia, ipsaq; disponit, vt impressionem cuiuscunque pestem inducere potentis, nequaquam recipiat, etiam factæ pestis mirabiliter impressioni opitulatur. Dum enim res illæ sepultæ permanebant, in eis quædam

est facta fermentatio. Demum per destillationem in eis noua introducta est forma, per quā non ratione quatuor qualitatū: sed quia tale, vt loquuntur authores, cuilibet pestem inducere potenti, opponitur corruptiuè.

Aqua vitæ composita, ad omnes corporis morbos, Recipe nucis moschatæ, floris moschatæ, caryophyllorum, cinnamomi, zingiberis, cubebarum, granorum paradisi, stœchados, granorum pæoniæ ana ℥ ſ. granorum sinapis, lauendulæ ana ℥ j. cinnabaris (an sanguinis draconis) coriandri, anisi, basiliconis ana ℥ ſ. gagatis (malin, inquit Gesnerus, succini) rorismarini ana ℥ j. maioranæ, cardamomi, fœniculi, liquiritiæ, hyssopi, spicæ nardi ana ℥ ſ. florum borraginis, liliꝗ conuallium, melissæ, capitum seminum rosarum, ana ℥ ſ. visci quercini, ossium de corde cerui, ligni aloes, croci ℥ j. saluiæ M. j. Modus parandi hic est. Accipe mensuras vini boni quadraginta, destilla per alembicum in balneo Mariæ: in prima destillatione recipe mensuras duodecim, quas iterum destilla, donec nihil amplius sit in ampulla, quam quod cortice nucis capi posset, illud reijcias, quia phlegma est, vinum vltimo destillatum, destilla iterum quinquies totum & pedetentim, in balneo Mariæ, sic erit parata aqua. Recipe postea supra scripta simplicia omnia, partim minutim conscinde, partim in puluerem contunde, quæ scilicet contundi

possunt

possunt, & infunde vini destillati tantum super ea, vt quatuor digitis vinum reliqua excedat, quę omnia simul relinquas per tres aut quatuor dies, donec aqua coloretur. Dein vinum infunde in aliud vas vitreum, & tege optime, ne quid euaporare possit. Super fæces verò affunde vinum recens, & ita relinquito septem vel octo dies, donec vinum omnium infusorum substãtiam extrahat. Tum vinum à fæcibus separa, & pone totum vinum in vitro, & destilla per alembicum in balneo Mariæ, vt nulla humiditas in vitro remaneat, & habebis præcedentium rerum quintam essentiam, quam serua diligentissimè, ne ab aere contingatur. Deinde destilla vinum ex illis simplicibus extractum per alembicum, & mediam vini partem accipe, & hæc erit vera vini illius quinta essentia. Alterã verò partem quæ in vitro remanet, abijce, est enim aquatica solum humiditas. Tandem quinta vini essentia, cum aliarum rerum quinta essentia, iũgatur, & colorabitur ac si esset aurea. Tum accipe muscum Alexandrinum, ambram griseam, ana ℥ j. rhabarbari ʒ ij. colligentur in linteo panno paro, & impone in vitrum, & confectum erit, claude tamen diligenter, ne euaporet.

Aqua vitæ miræ confortans, &c. dissoluẽs ac coagulans ferrum & cætera metalla, &c. ℞ nucis moschatę, galangæ, cardamomi, granorũ paradisi, cubebarum, macis, zingiberis,

cinnamomi, omnia puluerisentur, & cum vino albo fortissimo commisceantur, contundantur omnia simul ad pulticulæ consistentiam, ac postea lento igne destillentur, & extrahes aquam claram & puram. Huic aquæ si commisceas oleum, oleum descendet: sin cõmisceas camphoram, tum habebit omnes virtutes quas habet camphora. Quod si hæc camphorata aqua, commisceatur cum aqua communi, eam constringet vt lac, & si coletur per pannum, remanebit ista aqua coagulata, ex qua deinceps poteris facere candelam, & ardebit instar ellychnij. Aqua ista prodest in frigidis corporis ægritudinibus, coquit enim, conseruat carnes à putrefactione, consternatum lætificat, virtutes omnium herbarum ad se trahit: pota rumpit apostemata: coagulat & constringit mercurium: ab oculis aufert lachrymas, rubedinem, & calorem, iuuat & spleneticos. Vulnera à putredine conseruat, medetur fistulæ & cancro, emendat causas frigidas & paralysim, auget & acuit intellectum: memoriam iuuat, si tempora, ea vngantur. Hominem facit hilarem & iucundum, cõseruat iuuentutem & sanitatem, tollit oris fœtorem & gingiuarum. Ex nouo, facit vinum vetus, contra venenum munit hominem, aufert dolorem, & surditatem aurium. Potæ guttæ singulæ in vini optimi & albi cyatho, memoriam conseruant mirabiliter, si id fiat cum iturus es cubitum. Tempora ea quater in se-

in ſeptimana vncta, tempore hyemali, memoriam conſeruat.

Aqua vitæ pro quodam nobili, recipe ſpecierum diambræ ℥ j. dianthos ℥ ſ. radicum pyrethri ℥ ij. piperis longi ℥ vj. anacardi ℥ j. ſ. xyloaloes ℥ j. trita infundantur in aqua vitæ ex vino maluatico deſtillatæ ſepties ℥ viij. ſtent in infuſione per dies octo bene occluſa. Poſtea deſtillentur per balneum.

Aqua vitæ ad tertianas, Theophraſti, ℞ aquæ vitæ pro denario, albumen vnius oui, conquaſſentur ſimul optimè, vt redigantur ad pulticulæ formam, dato ante paroxyſmũ, per horam vnam aut alteram, adde aliquid croci, &c.

Aqua aurea, valens in apoplexia, epilepſia & ægritudinibus neruorum. ℞ foliorum & florum saluię, ℥ ij. nucis moſcharę, caryophyllorum, zingiberis, cinnamomi, granorum paradiſi ana ℥ j. caſtorei ℥ j. corticis citri ℥ iij. ſpicæ nardi ℥ j. olei laurini ℥ j. contundantur omnia benè & ponantur in menſuram vnam vini albi optimi, & ſigilla benè in bocia clauſa, quæ dimittatur quatuor diebus in putrefactione, poſtea deſtilla lento igne.

Aqua alia priori non diſſimilis, faciens iuueneſcere. ℞ foliorum & florum ſaluiæ electorũ, quant. iij. zingiberis, caryophyllorũ, nucis moſchatæ, granorum paradiſi ana ℥ ſ. omnia ſubtiliſſimè puluériſata, pone in menſuras duas vini fortiſſimi, in bocia benè clau-

sa diebus quatuordecim, postea apponitur alembico, & destillatur lento igne secundum artem, aquam serua in vitro clauso. Valet ad apostemata intrinseca frigida, potata cum appropriata aqua, statim rumpit. Valet & ad telas oculorum clarificando & deponendo, acuit visum, & ophthalmiam frigidam sanat, cum penna parum immissa, oculos valdè clarificat. Valet etiam ab extra & intra, accepta & potata, valet etiam contra contusiones & percussiones. Podagram & dolorem extremitatũ curat. Vnctione facta cum ea, contra dolorem capitis, contra apoplexiam & catarrhum, & omnem cerebri frigiditatẽ, valet contra hydropisim potata, confert stomacho, valet contra tussim cum aqua appropriata. Credo ego quod iuuentutem conseruat, si omni die parũ de ea accipiatur. Valet etiam contra scabiem omnẽ, cum ea linita, & contra morsum canis rabidi: contra eius maniam, ponatur supra morsum, & detur ad potandum.

Aqua vitæ secundum Aristotelem. ℞ cinnamomi, zingiberis, caryophyllorum, nucis moschatæ, piperis longi ana ℥ ſ. dactylorum ℥ ſ. cubebarum, granorum paradisi, macis, amygdal. galangæ ana ℥ ſ. saluiæ ℥ xij. terantur, post imbibantur in maluatico, in cucurbita diebus octo, post destillentur igne lento secundum artem.

Aqua vitæ alia, ℞ radicis cum herba ellebori nigri præparati (an in malo cotoneo) ℥ iiij.

℥ iiij. florum citranguli, florum stœchados, citrini, florum prassij ana M. iiij. & est pro prima destilatione. Pro secunda destillatione, ℞ rhabarbari electi ℥ ſ. vel ℥ i. florum borraginis, buglossæ ana M. vj. passarum vuarũ ℔. ſ. auriculæ muris, florum primulæ veris, herbæ ellebori nigri præparatæ ana M. ij. florum citri vel melissæ M. vj. angelicæ florum aut foliorum M. ij. florum origani M. viij. liquiritiæ rasæ ℔. ſ. destillentur. Item, recipe vini rectificati ad vltimum, mensuras quatuor, funde super prunas species, & stent per dies octo, omni die mouendo bis vel ter, destillatio fiat lento igne, ita fiat secundo & tertio. Post mellis electi despumati, olei oliuarum ana mensuram semis, ponantur cum vino sic destillato, & destillentur simul lentissimo igne: tunc tollit fœtorem vino & dulcescit vinum, & tollit fœtorem herbarum & ardorem. Si vis melius habere, impleatur vinum floribus stœchados citrinæ, & iterũ lentissimo igne destilla. Post recipe istius aquæ vitæ mens. ij. sacchari albi ℔. j. & sic correctũ pulueriſetur subtilissimè & imponatur prunis, semper agitando, quousque saccharum totum dissoluatur in eo, & fiet 29. diebus. Post ℞ cinnamomi optimi ℔. j. pulueriſetur subtiliter, & impone per octo dies vel vltra, omni die agitãdo semel vel bis, postea coletur & exprimatur fortiter per torcular. Si placet pro maiori aromatisatione adde mosci, ambræ ad

placitum. Est mirabilis efficaciæ in defectu cordis, miscendo cum electuarijs & medicinis cordialibus, sicut scis.

Aqua vitæ aromatica, seruiens omnibus stomachi morbis frigidis, ex Capric. Leonh. Fierauanti lib.2.cap.56. ℞ nucis moschatæ, caryophyllorum, galangæ, cardamomi, cubebarum, macis, cinnamom., zingiberis, croci, thuris, ana ℥ j. pistentur grosso modo, & misceantur: ponantur hæc omnia in bociam quam optimè perlutatam, quibus commisce aquæ vitę finissimæ, ℔ .vj. stent simul diebus octo, destillentur postea per cineres cum suo capitello & recipiente, & destillabit aqua rufa. Curat, vt dictum est, stomachum, & vulnera sine dolore quoque sanat, memoriam iuuat, tussim emendat, tristitiam pellit, &c.

Aqua vitæ mirabilis in apoplexia & epilepsia, valet sumpta mane & sero, melius tamen si mane accipiatur. In sero accipiuntur tres vel quatuor guttæ cum mica panis, confortat cor & etiam cerebrum, & omnes vires cerebri & corporis. Exiccat omnes humiditates præternaturales, & alias quoque superfluitates, siue sint ex causa calida siue frigida, conseruat calorem naturalem in suo temperamento. Infra triginta annos existentes non frequenter ea vtantur, nisi multum sint aggrauati multis humiditatibus frigidis: senibus autem & frigidis valde competit. Virtus huius aquæ, non potest satis exprimi, valet ab

extra

extra & intra. Contra pestem accepta cum theriaca eadem die. Inuncta ad nares valde confortat. Et est summa medicina contra apoplexiam & epilepsiam: est mater omnium medicinarum, confortat matricem, & vterum omni tempore: si superfluit, restringit, & similiter prouocat.

℞ saluiæ ℔. ſ. absinthij ʒ ij. florum origani ʒ vj. betonicæ ℥ ſ. rorismarini ℥ ſ. maioranæ ℥ j. pulegij ʒ ij. rosarum ℥ j. ſ. hyssopi ʒ ij. satureiæ ʒ ij. petroselini ℥ j. ſ. radicis petroselini ℥ j. polypodij, pimpinellæ, ana ʒ ij. lauendulæ ℥ j. tormentillæ ℥ ſ. bistortæ ʒ vj. valerianæ ʒ ij. astrantiæ ʒ j. vel ſ. radicis benedictę ℥ j. rutæ ʒ vj. baccarum iuniperi ℥ j. zingiberis ℥ j. ſ. nucis moschatæ, macis ana ℥ ſ. caryophyllorum ʒ vj. cinnamomi ʒ vj. cubebarum, cardamomi ana ʒ ij. galangæ ℥ ſ. granorum paradisi ʒ j. piperis longi, nigri an. ʒ ij. croci ʒ j. calami aromatici ℥ ſ. zedoariæ, corticis baccarũ lauri ana ʒ ij. foliorũ lauri ℥ ſ. coriandri ℥ ſ. anisi, liquiritię an. ℥ j. ſ. theriacę ʒ ij. manus Christi, sacchari candi ana ℥ ſ. cimini, carui, diptamni ana ʒ ij. rhabarbari ʒ j. nigellæ cort. pomi arantij ana ℥ ſ. conseruæ rosarum ℥ j. psydiæ ʒ ij. vel iij. mellis ℔. ſ. vltimo imponendo musci ʒ vnius partem decimam sextã, ambræ gryseæ totidem, camphoræ ʒ ſ. sacchari albi ℥ j. vini sublimati quinquies de vino, & non de fæcibus mensuras tres. Radices & herbæ grosso modo contusæ imponantur

in cantharo bene clauſo tribus diebus : quarto die ſublimetur totum. Poſtea ſpecies contritæ imponantur non cribellatæ, & ſtent decem diebus in cantharo bene clauſo, omni die, aut ſaltem altera moueantur. Deinceps totum ſublimetur in vitro ſtricti colli, cum recipiente clauſo, & cum extillarit album, vel fœtens, tunc ſatis eſt. Extum impone hæc quatuor, muſcum, ambram, camphoram, & ſaccharum contuſum, alia tria non contuſa, ſtent ſimul tribus vel quatuor diebus, omni die mouendo ſemel vel bis cum lignea ſpatula à fundo : tunc iterum ſtent tribus vel quatuor diebus, donec reſideāt, tandem quod clarum eſt, effunde, colando per ſyndonem in vitrum. Vltimo verò cum turbatur, rurſus commiſce, & iterum reſideat, tunc iterum cola, ſicut prius, & ita continua, donec quod clarum eſt, totum habeas, quæ omnia ſimul miſce ſeruando in vaſe ſtanneo, quoniam vitrum deſtruet, & ſeruetur in loco non calido, & virtus eius durat duobus vel tribus annis, aut etiam vltra. Vbi ea vti volueris, accipe ſeorſim aliquantulum eius, reliquum iterum claudendo. Reliquias poteris exiccare in vmbra ſuper panno, & tunc totum impone duabus menſuris vini clari & boni, decem diebus in cantharo obſtructo, poſtea deſtilla, & ſublimatum ſerua in vaſe obſtructo, & erit aqua nobilis, licet non ita vigoroſa, ſicut pri-
ma,

ma, valet enim vngendo exterius vel in panniculo superposita, in multis infirmitatibus. Primò debet fieri ignis fortis ex carbonibus donec calefiat ita, vt digito admoto sustinere valeas superius, tunc igni subtrahatur, & sic pergas lento igne, vt si attingas, sustinere valeas, ne ignis sit neque nimis lentus, neque fortis nimis, ne materia exiccetur in olla. Notabis etiam, sæpe digito degustandam guttam, sic senties enim, quando facultas eius minuatur, vel odor mutetur in fœtidum: si enim ita, tunc muta recipientem, vt supra est dictum.

Vinum sublimatum D. Ambrosij Iung, pro nobili, recipe interioris cinnamomi ℥ iij. zingiberis, caryophyllorum ana ℥ j. sandali rub. ℥ ij. macis, nucis moschatæ, piperis nigri, galangæ, cubebarum, cardamomi, anisi, fœniculi, coriandri præparati, specierum aromatici rosati, diambræ, dianthos, maioranæ, basilici, florum lauendulæ, anthos, spicæ nardi ana ℥ ß. Tere omnia grosso modo, & adde rosarum rubrarum M. ij. ß. vini maluatici ℔. iiij. vel ij. sublimati ℔. xj. vel vj. aquæ rosatæ moschatæ ℔. j. ß. aquæ caryophyllorum, cinnamomi (scilicet aquæ) ana ℥ ij. sacchari candi triti ℔. iij. Stent omnia in infusione per dies quatuor. Postea fiat omnium secundum artem decoctio, & clarificetur modo solito.

Aqua vitæ, magnum ſecretum magiſtri Eduardi, ℞ cinnamomi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, zingiberis, zedoariæ, galangæ, piperis longi & nigri, granorum iunipe- ri, corticum citri, corticum arantiorum, baccarum lauri, foliorum ſaluiæ, baſilicæ, roriſmarini, macis, ſpicæ nardi, ligni aloes, cubebarum, cardamomi, calami aromatici, ſtœcados Arab. chamæpityos, myrrhæ, maſtiches, olibani, ſemin. foliorum anethi, ſemin. artemiſiæ ana ʒ j. ficuum ſiccarum, vuarum paſſarum, pulpę dactylorum, amygdalarum dulcium, pinearum ana ʒ j. ſ. mellis albi & puri ℥ vj. zuccari albiſſimi duri & optimi, ad pondus omnium prædictorum. Trita mixtaqúe deſtilla per alembicum vitreum ad minus quinquies.

Aqua vitæ ad arthriticos & contractos, recipe caryophyllorum, macis, ana ʒ iij. granorum paradiſi ʒ ij. piperis longi ʒ ij. nucis moſchatæ, zingiberis, lauendulæ, baſilici, hyſſopi, balſamitæ ana ℥ j. galangæ, anthos, ſaluię ana ℥ ſ. xyloaloes ʒ ij. muſci fini ℈ ſ. Trita omnia infundantur in ℔. iiij. aquæ vitæ ex vino maluatico deſtillatæ, per dies 14. poſt deſtillentur in balneo.

Aqua ad multos morbos difficillimos. Aqua ſanans cancrum, gangrenam, fiſtulam, ſinus, morbum attonitum, morbum comitialem, impetiginem, ſerpiginem, morbum articularem, podagram, omnemqúe neruorum

dolo-

dolorem, siue à causa prodierit calida, siue frigida, cuius modus est talis. Aquæ ardentis electæ ℔.x. aut xv. iuæ M.j. sagapeni ℥ ſ. cubebarum ℥ j. ſ. xyloaloes ʒ ij. myrrhæ electæ ʒ ſ. aloes hepatici ℥ ſ. aristolochiæ, ammoniaci, opopanacis, ladani electi, sing. ℥ ſ. sarcocollæ ʒ ſ. thuris ℥ iij. masticches ℥ ſ. gummi Arabici tantundem, santalorum rubr. ʒ ij. spicæ nardi ℥ j. galangæ ℥ ſ. croci ʒ ij. mumiæ ℥ ſ. gummi helemi ℥ iij. galbani ʒ ſ. styracis, caryophyllorum, vtriusque ʒ j. nucis moschatæ ℥ ſ. cinnamomi electi ℥ ſ. granorum paradisi seu amomi ℥ ſ. resinæ liquidæ ℔.v. terebinthinæ ℔.iij. sanguinis draconis, castorei, vtriusque ℥ ſ. ex eis stillatitio vtitor liquore, Fumanellus.

Aqua conseruandæ iuuentutis, Magistri Leonhardi Fierauãt, Capric. lib. 2. cap. 22. ℞ ligni aloes, caryophyllorum, zingiberis, galangæ, cinnamomi, macis, nucis moschatæ, piperis longi, calami aromatici, cubebarum, rhabarbari, granorum paradisi, cardamomi ana ʒ ij. rorismarini, chelidoniæ, mercurialis, cardui sancti, imperatoriæ, diptamni albi ana ℥ j. omnia ista infundantur in ℔. vj. aquæ vitæ optimæ, diebus octo, postea destillentur in balneo. Aquæ sic destillatæ, adde pro qualibet libra aquæ, sacchari fini, aqua rosacea dissoluti, ℥ ij. & mosci gr. viij. pro qualibet libra, & seruato in vitro diligenter clauso. Huius sumuntur quolibet die ad iuuentutis

conseruationem ʒ ij. digestionem enim adiuuat, calorem naturalem suscitat & auget, stomachum confortat. Humidas & frigidas materias consumit.

Aqua non ignobilis, multa præstans commoda. Ad arthriticos, morbósue articulares, destillationem à capite, iuuentutem cõseruat, vires, ingenium & memoriam præstat, arteriarum spiritus viuificat & puriores reddit. Aquæ ardentis, ter vel quater destillatæ ℔. iiij. florum rorismarini ℔. j. summitatum frõdium eiusdem ℔. ß. per diem simul macerata colliquato in duplici vase, cũ recipiente prodeceriori, parte eius tamen inferiori in frigida existente. Nominamus autem sic, ait Gal. quũ in cacabo, qui aquam calidam habeat, vas alterum consistit. Sumitoq; aquæ huius per alembicum destillatæ ℔. ß. nucis moschatę, galangæ, caryophyllorum, cardamomi, maceris, cubebarum sing. ℥ iij. ambari albi ℥ j. ligni aloes tantundem, castorei, spicæ nardi, vtriusque ʒ ij. leuigato quodlibet singulatim, & omnia simul componito, donec aliquod nanciscantur concrementum, & denuo simul destillato. Vsus ex triticeo pane, cum vncia prædictę aquę, quod superest bibendo. Valet nanque vt balsamum, Fumanellus, puto.

DE SVCCIS SIVE SVCCORVM *extractionibus, rerum simplicium, & compositarum.*

Succus

SVccus, qui Græcis propriè χυλὸς, & eius operatio χύλωσις dicitur, est, qui è rebus simplicibus vel compositis contusis, aut incisis, aut maceratis exprimitur. Exprimuntur autem aliâs succi, vel ex herbarum folijs & germinibus per se tritis, viridibus scilicet & succulentis: vel ex fructibus, veluti ex vua immatura, malis punicis, sorbis, mespilis, prunellis syluestribus, cydonijs, limonibus, &c. vel ex herbis pauco humore, eoq́ lento præditis, vt hedera, portulaca, cotylidone, semp viuo, &c. ex quibus nõ simpliciter succus haberi potest, sed affusa aqua, aut alio liquore, illarũ facultatibus simili, opus habent contritione aut expressione, vt expressæ vnà cum ipso humore, vis simplicis herbæ extrahatur: aut si tusæ calatho imponantur loco frigido, vt paulatim succus, in subiectũ catinum defluat. De his & similibus succorũ extractionibus, quæ in officinis, in vase angusti orificij, super fuso oleo, digiti crassitudine, aut sale insperso, sicut de omphacio constat, ad vsum medicum, asseruantur & reponuntur, nihil in præsentiarum dicemus, quemadmodum neque de alijs quibusdam, quæ in sole assiduè mouentur, exiccantur & inspissantur, vt in vmbra, vt acatiæ succus: in clybano vel furño, aut alio loco calido, sicco inclusi atque suspensi. Dicemus tantum de ijs succis, quæ ex radicibus & herbis siccioribus, aut pauco admodum humore præditis, aliquot diebus in

aqua aut alio quopiam liquore maceratis, postea per balneum Mariæ destillatur, vt aquea humiditate separata, ipsa rei infusæ substantia, pura & syncera relinquatur aliquantulum crassior: aut citra destillationem, coctione tantum in vaporem humore extraneo conuerso, substantia rei infusæ incrassescat, colata prius, aut per filtrum destillata tota aqua, &c. Et vsus quidem huius extractionis est, quod pauca quantitate assumpti succi, magna in corpore nostro præstet commoda. Etenim vbi de medicamentis in tota substantia dari solet, ℥ j. extracti succi sufficit ʒj. in quo certè ægrotis multum gratificari potest, præcipuè cum plerique ab assumptione medicamētorum plurimum abhorrere soleant.

Est autem hoc notandum in extractionibus. Si spiritus non fuerit satis purus, aut diligenter separatus, ita vt aliquid terrestreitatis adhuc contineat, virtutem seu facultatem rei extrahendæ huic terrestreitati permisceri, simulque ascendere, & euaporare. Spiritus verò syncerus hoc minimè facit, sed è re extrahenda descendit sine vllo odore aut sapore, ideóque facilè spiritus per balneum Mariæ separatur, cuius color non excedat gradum caloris qui est in vrina hominis. Oportet quin etiam aqua, qua fit ablutio, valde subtilis sit, æquè atque vini spiritus, ne mala qualitas aquæ simul ascendat. Proba verò aquæ est, si sine sapore aut odore fuerit.

Ex=

Extractiones herbarum & aliorum remediorum cum aqua ardente, perfectè in balneo Mariæ destillata, &c. vt ex rhabarbaro, agarico, elleboro, & guaiaco secundum Theophrastum.

ARtificiosæ rerum simplicium extractiones fiunt ad hunc modum. Primo sumo aquam vitæ optimam, vbi spiritu vini careo, quæ ad extrahendam herbarum facultatem est satis efficax. Accipe igitur saluiam, vel aliud quodcunque simplex, é quo succum extrahere proposueris, exponatur aëri sicco, versus Septentrionem præcipuè: vbi paululum exiccata fuerit, incidatur minutim & in vitrum, cuius orificium satis sit amplum, hoc est, duorum digitorum amplitudinem habens, vt inde vbi voles, quod impositum fuerit, rursus extrahere commode valeas ponito, eidemq́ affunde aquam vitæ vel vini spiritum, vt ad minimum per latum digitum herbam impositam cooperiat. Postea cooperi vas diligenter hoc modo. Fiat pasta, qua superius orificium per latum digitum circum circa oblinatur, cui chartam puram super imponas, sicqúe obstruas, vt postea tantum circa ampullæ os lateribus adhæreat. Imposita hac charta, rursus pasta chartæ, circa locum, vt prius, obducatur, ac rursus alia noua charta eidem adaptetur. Tandem ac tertio & circum circa, & supra. vndi-

quaque paſta inunge', & tertiam chartam, quæ vndiquaque adhærere debet agglutinetur, vt etiam ipſum orificium paſta & charta, operiatur. Demum cera totum coeperito, quanquam hoc non ita ſit neceſſarium. His ſic ritè peractis, collocetur vas ſpacio trium aut duorum dierum in loco calido: pro vt herba impoſita fuerit craſſioris aut tenuioris ſubſtantiæ, ita & breuiori aut longiori tempore erit maceranda. Poſt elapſos hos dies, ſpiritum in aliud vas effundas, rurſusq́ cooperias: herbas autem relictas exprime per pannum ligneum, quam potes arctiſſimè, & poſt expreſſionem, abijce. Tunc rurſus alias eiuſdem generis herbas recentes, & vt prius præparatas, in eundem ſpiritum infunde, macera, & exprime, idq́ eſt ter, quaterue ita reiterandum, pro vt extractionem validã aut debilem volueris. Quod ſi verò res, ex qua ſuccus fuerit extrahendus, fuerit magni precij, vt eſt rhabarbarum, lignum aloes, non ſemel ei eſt affundenda aqua vitæ, ſed ſæpe ac ſæpius, vt penitus quicquid inerit ſpiritus aut facultatis in aquam deponatur. Poſteaquam igitur vini ſpiritus, facultate herbarum abundauerit, ita vt quaſi proprium iam amiſerit ſaporem aut odorem, tum exprime herbas, & quod expreſſum fuerit, per filtrum diligenter & ſubtiliter exprimetur, & vtere vbi opus fuerit Aut facile erit ſpiritum vini à facultate herbarum per deſtillationem in balneo Marię ſepara-

ſeparare, extrahendo vel medietatem vel omnino, vſque quo ad extremam peruenerit aquoſitatem, aut quouſque incraſſeſcat vt ſalſa, aut ſuccus concretus, qui pulueriſari poſsit, pro vt tuo vſui ſeruierit. Nam vbi multa humiditas, in extractione fuerit, poſt vini ſeparationem, indicium eſt ſpiritum vini non vſque adeo ſyncerum fuiſſe. Vbi vero vini ſpiritus ſatis potens fuerit, & in fine deſtillationis nulla aquoſitas ſequatur, accipe eiuſdem ſimplicis, aquam deſtillatam, & affunde extractioni, & commiſce diligenter cum penna, vt ſpiritus adhuc in materia relicta, cum aqua affuſa commiſceatur, tum rurſus per alembicum aquam affuſam extrahe, idquę potes reiterare, dum nulli ſpiritus vini in extractione ſentiantur, id quod ſic cognoſci aut probari poteſt. Vbi nulla vinoſa permixtio ſpiritus vnà cum aqua elambicatur, ſed pura tantum aqua, tum ſatis eſſe, intelligas.

Cæterum conſulo & ex vſu etiam eſt, vt extractioni ſeu ſubſtantię herbarum, propria aqua affundatur, ſeorſim prius deſtillata, quemadmodum ſupra in extractione ſaluiæ monui. Eodem planè modo auferri vini ſpiritus poſſunt, affuſa ſcilicet aqua ſaluię deſtillatà in fine, & probè permixta, rurſumquę ſeparata. Et talis extractio eſt eximia, & conſeruatur in multos annos.

Ratio qua herbæ cuiuslibet succus haberi potest. In aqua herbæ alicuius destillata, impone siccam herbam puluerisatam, in infusione calida feruente, nec tamen coque. Deinde cola, in colatura deinde impone denuo herbam siccam puluerisatam eiusdem generis, et infundatur, coletur, hoc sæpius repetatur, tandem destilla in balneo Mariæ, pars tenuior dissoluatur in vaporem, quod residebit in fundo erit mellis consistentia & herbæ succus: & in recipiente aqua herbæ. Vel:

Herbæ cuius liquorem destillaturus es, succum exprime, & expressionis reliquijs vna cum succo, destillatis liquor erit efficacior & limpidior, vt audio, Gesnerus.

Modus pulcherimus, nec ita multum operosus, quo cuiuscunque simplicis, siue herbæ siue radicis, vera substantia, siue quinta essentia atque etiã aqua facile extrahi potest: Aptus erit hic modus, etiam fructibus diuersis, expressis scilicet succis & depuratis.

Accipias radicem aut herbam optimo tempore collectam, & in vmbra siccatam aut aere, eamqúe in vase mundo, affusa propria aqua per destillationem aliâs extracta, macera tandiu, quoad aqua colorem rei infusę acceperit, tum separa aquam in vas aliud seorsim, & serua obturatum. Radici autem aut herbæ aliam aquam destillatam affunde, & rursus cooperta stent, ad aquæ coloris mutationem, tum vt prius aquam separa, & cum

priore

priore commisce, hoc est repetendum donec aqua non amplius coloretur, & radix vel herba, nihil virium amplius obtineat. Quo facto, coaceruatas aquas in cucurbita, in balneo Mariæ, cum suo capitello & recipiente destilla, vt ascendat aqua omnis, & materia in cucurbita, incrassata sit vt pasta, aut pulticula. Quod vbi acciderit, materiam relictam crassiusculam è cucurbitæ fundo extrahe, & vbi in peluim aut vasculum mundum posueris, lentissimo calori admoueas, vt iuxta fornacem, aut intra cineres calidos, vt paulatim aliquot diebus superflua humiditas euaporet, & materia ipsa electuarij consistentiam acquirat, aut mellis etiam, tunc demum habebis optimam & pretiosissimam rei extractæ substantiam, seu quintam essentiam, cum qua paucissima etiam quantitate, plus efficies, quam magnis radicum aut herbarum aceruis. Seruetur in vase argenteo, aut stanneo obturato, quæ quo fuerit vetustior, eo etiam erit melior. Et nota vlterius, quod aqua per destillationem extracta, non minus valet, quam alię aquę herbarum aut radicum destillatæ.

Modus extractionum alius. ℞ radicem aliquam siccam, vt radicem petasitis, ea ad puluerem subtilem redigatur, & in cucurbita ponatur, vinum affundendo ad sufficientiam, cucurbita perlutata in balneo Mariæ ponatur, & extrahatur vinum. Vbi huius

vini cyathum mediocrem plenum extraxeris, ignis paulatim extinguatur, & vbi materia quæ in cucurbita est, refrigerata fuerit, affunde eam quam extraxisti aquam aut vinum, ac rursus in balneo destilla, idque facito tribus vicibus, si libuerit, aut amplius vsque quo omnis facultas per decoctionẽ in vinum fuerit deposita: Hoc facto manibus exprimatur lente, & expressum serua. Hoc est instar auri pretiosum. Vbi voles, in vitro soli exponatur, vt euaporet vinum, & sola oleositas in fundo relinquatur.

Extractionis modus alius, haud inelegãs, incerti. Accipe quintam essentiam tuam cui per horas 14. infunde rem tuam simplicem aut compositam, crassiusculè puluerisatam, maneat in infusione in loco frigido non calido: tunc quinta essentia tua attrahit ad se spiritum rei tuæ fixum, & assimilat, & cum videris quintam essentiam ex re infusa coloratam, tunc separa eam artificiose per instrumentum, & repone in vitrum, cera firmiter obductum.

Recipe iterum quintam essentiam tuam simplicem, & superfunde iterum rei tuæ prius infusæ (quæ separata nunc est, per instrumentum) maneat rursus in infusione, per horas viginti quatuor, in loco frigido, tandem denuo coloratam separa iterum per instrumentum à re infusa (vt scis) separatam

tam autem priori quintæ essentiæ coloratæ, adde.

Totius rei tuæ infusæ essentiam simplicem superfunde, & separa, donec à re tua infusa colorari nequeat amplius.

Accipe quintam essentiam tuam collectã, impone cucurbitæ longiori collo præditæ, cui superpone alembicum suum, perlutetur secundum artem, repone in balneum Mariæ, deinde destilla lento igne quintam essentiam, donec in fundo cucurbitæ videris mammillas consistentiam referentem, & habebis in fundo rei tuæ infusæ spiritum fixum permanentem, quem collige artificiosè in argenteum vasculum.

Modus extrahendi succos ex herbis, pulcherrimus & vtilissimus. Accipe saluiam viridem & extrahe ex ea per destillationem aquam: aut sumatur saluia siccata, cui affundatur aqua, à qua pars subtilior separata sit, crassior verò saluia affusa, maceretur aliquot diebus, postea destilletur. In aqua hac destillata maceretur rursus saluia exiccata, ita vt aqua duobus vel tribus digitis saluiam cooperiat, stent benè obstructa in cantharo, ne vel minimum respirare possit, in aqua temperatè calida. Postea exprimatur saluia, & dẽnuo saluia itidem exiccata in hac aqua maceretur vt prius, idqúe fiat ter quaterue. Quo facto separetur aqua, quæ ad aliam extractionem seruire potest, aut ad alios vsus,

Quod verò extractum est, in fictili euaporet in fornace aut alio loco calido, quo ad redigatur ad cõsistentiam, quæ operanti placeat.

Vbi volueris substantiam veram è rhabarbaro, elleboro, agarico, fraxini ligno, & alijs eius generis simplicibus, extrahere, tum procede, vt iam supra dictum est. Primo super affunde spiritum, sicq; relinque quousq; plus satis coloretur, tum effunde, cola, & spiritũ paulatim in balneo separa: eundemq; rursus rhabarbaro priori affundito, & aliquandiu in infusione relinquito in loco calido, quousq; calorem acquirat, tum cola, & rursus in balneo separa per destillationem: id autem tantisper est repetendum, quo ad spiritus à rhabarbaro non coloretur amplius. Id tum exprime fortiter, & per filtrum destilla, habet enim nescio quid tenacitatis aut lentoris à rhabarbaro, quæ in extractione est inutilis, & simul multæ vtiles partes fluunt; quæ non sunt negligendæ, ideoq; ad hunc modum destillare oportet, per filtrum.

Per rostrum seu nasum alembici, filo trahe filtrum digiti vnius latitudine, quoad præ nasi angustia, filtrum amplius non sequatur, cauendo tamen ne nimia violentia dissiliat vitrum: quo facto impone spiritum filtrandum in alembicum obstructum charta humectata. Spiritum per filtrum destillatum extractioni, quæ prius erat separata, rursus in vitro affunde (multum enim vitro adhæret,

hæret, ideóq; in primum vitrum, cui spiritus erat infusus, omnes spiritus rhabarbari percolandi sunt & ad separationem infundendi) non curando, quòd extractio vna, iam prius in vitro reperiatur, omnes enim extractiones necessariò coniungendę sunt, & ad extremum aquæ destillatæ permiscendæ, & rursus separandæ, quo ad aqua limpida extrahatur. Potest verò extractio fieri vel in sicco vel in humido, pro vt cuiq; placuerit.

E ligno fraxini non magno labore extractio fit, nam semel superaffunditur, & diebus quatuor maceratur lignum, post effunditur liquor, & aliud lignum recens imponitur vt prius, idq; faciendum bis terue, pro vt magnam aut paruam extractionis copiam requiris, postea per filtrum mundificatur liquor, separatur verò per destillationem.

Extractio turbith, agarici aut alterius medicamenti cathartici. ℞ catharticorum aliquod, vt turbith, vel agaricum, vel aliud cum suo correctiuo, puluerisetur sic, impone in sacculum ex albo serico, & pone vtrumque sacculum in alembici partem eam, quæ concretos vapores per nasum emittit: in fundum verò cucurbitæ infunde aquam vitæ rectificatam, quæ nihil phlegmatis porrò in se contineat, quam destilla per ea, quæ sacculis inclusa in alembico posita sunt, atq; ita extrahitur omnis facultas. Quo facto, bociam diligenter laua, ac rursus aquam extractam

in bociam infunde, in cuius orificiũ ſpongiam ponas, & appoſito alembico, aquã vitæ deſtillato per ſpongiam, & in fundo materia quædam relinquetur ſpiſſa inſtar mellis, quæ eſt vera ſubſtantia, & rei maceratæ extractio.

De agarico, turbith, colocynthide, rhabarbaro, berberi, ſumach, balauſtio, & aliјs vel laxatiuis, vel reſtrictiuis, vel odoriferis. ℞ agarici (vel cuiuſuis medicamenti) tere vt decet. Pone in vas vitreum in balneo, ſuperinfunde aquam ardentem, ſigilla, ſine per diem naturalem, vt diſſoluatur, tum extrahe colãdo per pannum lineum ſine expreſſione. Poſtea iterum pone in vas tantundem aquæ, vt prius, & circuletur in balneo horis 24. tum cola. Has colaturas pone in vas amplum ad extrahendum cum ſuo capello & recipiente, (ſi voles, aquam reſeruare quæ ad alia tibi ſeruiet:) & cum fuerit ad ſpiſſitudinem mellis vel opiatæ, extrahe, fac trochiſcos, & iјs vtere.

Rhabarbari extractio, ℞ rhabarbari electi ℥ iiij. puluerisa & infunde in aquas appropriatas, ſtet infuſum per diem & noctẽ, deinde fortiter exprime. Illam expreſſionem adiecto ſaccharo candi, quantum videbitur, leuiter in arena exhalando, exicca, ad craſſitiem electuariј.

Aut ſic. Infuſio rhabarbari commodiſſimè fit in ſuccis borraginis & bugloſſi. Poſt infuſionem in vaſe duplici per integrum diem decoquatur ad tertiæ partis conſumptionem.

ptionem, tum exprimatur. Expreſſus ſuccus ad iuſtam conſiſtentiam decoquatur mixtus cum ſaccharo candi. Sic in plurimos annos conſeruari poteſt. Feces poſt expreſſionem non abijciantur. Magnus enim vſus iſtarum in aſtringendo ventre, præſertim in dyſenteria. Ipſe vero ſuccus ſuauiſſimè lubricat ventrem, etiam in infantibus citra noxam.

Rhabarbari extractio, quã à Medico quodam accepit Geſnerus. Rhabarbarum eodem modo infundi poſſet, quo ellebori nigri radices, vt infra dicetur: ſed in aqua cinnamomi, & cum ſyrupo roſato ſolutiuo fieri debet ſuccus de rhabarbaro.

Agaricus in affectibus capitis & catarrho, melius facit, ſi cum infuſione & decoctione præparetur, quã ſi extrahatur, & ægrè etiã extrahi poteſt. Si tamen omnino ſuccũ extrahere velis, facias hoc cũ oleo aniſi in aqua fontana, vel aqua aniſi, cui oleum ablatum ſit.

Extractio ellebori nigri medici Cæſarei. Infundantur cortices radicis ellebori nigri excempta medulla, in aqua aniſi, de qua oleũ ſeparatum ſit, & ſtet in infuſione per horas viginti quatuor, vel quandiu libuerit, deinde bulliant ſimul, quouſq; extent radices, ad aquæ ſcilicet ferè cõſumptionem, coletur poſtea cum forti expreſſione. Vltimo decoquatur expreſſum, cum ſyrupo roſato ſolutiuo ad ſufficientem ſpiſſitudinem, reponatur in vaſculo terreo inuitreato, & vtere. Doſis eſt ℈ j.

vel scrupulum j. ß. purgat sine molestia humorem melancholicum. Valde hæc infusio D. Montano placuit, quia dicebat Hippocratem semper in exhibitione ellebori nigri, sumere quoque anisum, vtpote proprium eius correctiuum.

Extractio alia Ellebori, Hieronymi Herold. ℞ succi buglossi, borraginis ana ℔. ij. depurentur colenturq; vt purificentur, adde his radicis fœniculi, cichorij, asparagi, petroselini ana ℥ iiij. fructuum sebesten, iuiubarum ana ℥ ij. seminum frigidorum minorum ana ℥ ß. decoquantur in aquæ ℔. xvj. ad tertias, colaturæ adde succos suprascriptos, bulliant ad ignem paruũ: permisce postea rad. ellebori nigri veri ℔. iiij. coque donec radices emineant, fiat tandem colatura omnium, & decoquantur lento igne ad mellis spissitudinem.

Extractio solutiua, D. D. Magenbuch ℞ colocynthidis ʒ vj. ℈ ij. agarici ℥ ß. rhabarbari ʒ ij. cinnamomi electi ℈ iiij. azari, spicæ nardi, rosarum rubearum, masticis, ligni aloes ana ʒ j. storacis liquidæ ℈ iiij. vini maluatici mensuram vnam, fiat infusio, & extractio, vel destillatio sicut quintæ essentiæ.

Extractio solutiua alia eiusdem Doctoris cuius dosis est à ℈ ad ʒ ß. viro à ʒ ß. ad ℈ ij. vel ʒ j. ℞ pulpæ colocynthidos ʒ vj. & ℈ ij. turpeti albi & gummosi ʒ x. stœchados Arabicæ ℥ ß. diagridij ʒ iij. (alias ʒ vj.) agarici albi ℥ ß. rhabarbari electi ʒ iij. cinnamomi interioris

℈ v.

℈ v. rad. azari, ſpicæ nardi, florum roſarum rub. maſticis, ligni aloes, ana ℈ iiij. aloes hepatici ℥ j. ſ. & ʒ ij. ſtoracis liquidæ ℈ ij. gr. iij. inciſis & contuſis, infundantur in vino ſublimato, rectificetur, & fiat ſecundum artem electuarium.

Deſcriptio alia electuarij, prioribus ferè ſimilis, quod Norinbergæ vocatur extractũ, pro vt idem parare ſolitus fuerat. ℞ colocynthidis ʒ xiij. verarri nigri, ſenæ Alexand. ana ℥ ſ. agarici albiſſimi ℥ j. raued optimi ℥ ſ. aliâs ſumit eius ℥ j. cum rhabarbaro non ita præſtanti, diagridij ʒ xiiij. cinnamomi ʒ ij. & ℈ ij. turbith, ſtœchados Arabicæ ana ℥ ij. ſ. roſ. rubearum, ligni aloes, maſticis, ligni paradiſi, myrrhæ, rubiæ, azari, ſpicæ nardi, ſtoracis liquidæ ana ℈ v. fiat infuſio vel putrefactio per aliquot dies, nempe 10. 12. 14. cum eſſent. a vini, hoc eſt, aqua vitæ ter deſtillata, calida, & ſuccus deinde expreſſus vniatur cum aloes præparatæ ℥ iij. Præparauit autẽ aloen hoc modo. Inciditur in peluim ſeu cacabum vel ollam, aloes ℔. j. plus minus, addendo aceti roſ. & aquæ roſ. ana q. ſ. ita tamen vt aceti roſ. plus ſit, quàm aquæ roſaceę. Bulliant ſimul lento igne, duabus aut tribus ebullitionibus, deinde colato fortiter exprimẽdo. Colatum iterum bulliat lento igne ad cõſiſtentiam aloes, cum ſpatula agitando continuè. Vbi autem refrixerit, ſeruetur ad vſum. Species ſupra enumeratæ, primum te-

muiter inciduntur, deinde puluerisantur, atque his super infunditur aqua vitæ ter destillatæ q.s. frequenter interea agitãdo quotidie: deinde exprimatur per pannũ lineũ, grossum, forti expressione, deinde in alẽbico adiecto igne humiditas aquea extrahatur, donec, quod in fundo remanet, veniat ad consistentiam diacydonites. Quod si in eo adhuc quædam humiditas fuerit, ponatur super carbones ardentes in vase aliquo, quandiu videbitur, vt ea à calore absumatur, & euaporet.

Succus extractus è baccis iuniperi, ad duodecim annos seruari potest, si ritè sit confectus. Valet ad calculi præseruationem, expertus enim est eius vsus in multis, qui antehac grauiter laborabant, & multa prophylactica adhibuerant, à nullo tamen tantopere sunt, atque ab hoc adiuti. Calidũ quidẽ medicamentum est, ideoque renes fortassis nimium calefacere posset, vt aliquis existimarit, sed propter parandi modũ, qui calorẽ nonnihil frangere existimatur, non nimium poterit, Pituitam in ventriculo vel concoquit, vel consumit, vel educit, & ventriculum abstergit, ac roborat. Vsus eius non tam est ad morbos præcauendos, quam curãdos. Omne genus destillationum & catarrhorũ, vertiginẽ, lippitudinem, raucedinem, pectoris angustiã, tussim, colicã, matricis suffocationẽ, menstruorum suppressionem, syncopem, calculum, pestem curat. Quin etiam ab alijs adnumerantur hi morbi,

quos

quos hic ſuccus curare dicitur, mania, hydrops, fœtor anhelitus, epilepſia, tremor mēbrorum, apoſtemata interna. Caput & cor hoc ſucco mirabiliter recreãtur, & ſanitatem in multos annos conſeruat. In pręcautione accipitur ieiuno ſtomacho tribus anni partibus, ſine cuſtodia, autumno nimirum, hyeme & vere, ęſtate verò propter calorem & ſiccitatem, neceſſitati reſeruatur. Quod ſi tamen cœlum humidum fuerit, & calor moderatior, vti etiam in æſtate poteris. In morborum curatione, adhibetur omni tempore & crebrius, ſed per certa interualla, interiectis alijs, eodem ſpectantibus. Theriacam nonnulli Germanicam dixerunt, tum quod efficax ſit contra venena tum Germanorum corporibus amiciſſima, & maximè ſalutaris.

Succus de malis cotoneis ſimplex, & ſine omni admixtione parari eodem penè modo poteſt, qui & ipſe præſtantiſſimus eſt, & ſeruari quoque quàm diutiſſime poteſt, fitque propemodum de die in diem melior ac ſuauior.

De xyloebeno Thophraſti ab Hohēheim.
Primo elicimus tria genera medicaminū, liquorem, gummi, & alkali. Liquor qui erumpit, ſimilis eſt acaciæ ſucco: gummi, ei qui eſt albotim: alkali ſali gemmeo. Liquor eſt ipſiſſimus potus: gūmi vnguentū: alkali purgans & mūdificatiuū. Deinde liquor per incluſam deſtillationē, quemadmodū oleū extrahitur.

Cuius ℥ j. vel iiij præstant & efficaciores sunt integro talento, quod iuxta medicorum vulgus decoquendo è ligno scaturit. Tertio, liquori succedit gummi, scilicet ex eo ligno quod reliquum est, in hunc modum. Mitte xyloebenum in reuerberationem inclusiuam in secundo gradu ignis, & in viginti quatuor horis illico videbis gummi, quod eadem tenacitate cum styrace liquida à corpore separatur, & ad ipsam non sine mediocri fragrantia, (refertur.) Interea autem dum in calore singula existunt, corpus & gummi eliquetur, cuius ℔. j. & ℥ vj. efficaciores sunt, ducentis libris, quæ in elixando extrahuntur. Postremo elicitur alkali ad hunc modum. Corpus transmutatur in vltimam materiam, quæ alkali fons est, & origo, interueniente aqua fumiterræ, probè coagulata, haud dissimile anation aut entali, cuius ℔. j. & ℥ v. fortiores sunt quinquaginta libris, quæ per vulgatam viam præparantur.

Vsus, principio purga ægrotū in hunc modum. ℞ alkali xyloebeni ℈ ß. theriacæ Alexandrinæ ʒ ij. misce, dosis est ℈ ß. Et id ipsum non semel atque iterum, sed tertio aut quarto, pro ratione videlicet morbi. Præterea tanta vis purgandi, maximè podagricos, paralyticos, denique pustulosos humores, huic inest alkali, quantum neque in laxatiuis, purgatiuis & expulsiuis deprehendes. Hanc purgationē continuò sequatur Chirurgica sanandi ratio,

in hunc

in hunc modum. Principio quicquid apertum est, cum alkali munda, deinde gummi inunge in die bis, idq; tantisper dum singula solidæ cuti restituãtur. Porro si nihil adsit, quod palàm videas, illic vbi dolor delitescit gummi inunge. In hunc modum medetur podagræ, paralysi, deniq; morbo gallico. Vbicunq; autem aliter atq; à nobis prescriptum est egeris, cum empiricis oleum & operam, non sine priuato dispendio, perdes.

Viuendi ratio: Nolim hoc loco propriam viuendi rationem præscribas, sed oportet vino & cibo apprimè condito, ægrotũ foueas. Nam prædictorũ morborum diathesim, non in viuendi ratione, sed in remediorũ energia, sitam esse, sciendum est. Quare nihil est, quod hic decumbentem cœna perparca maceres. Nam hæc omnia superat, non vulgaris huius medicaminis vis.

De extrahenda substantia vera è myrrha, aloe, aut alijs similibus lachrymis pinguibus è quibus quidẽ extractio vera nulla fieri potest, sed tantũ resolutione destillationeq; quæ per filtrum fit, purificari possunt. ℞ exempli gratia, aloes, q.u. maceretur aliquantisper, in loco calido, in aqua aliqua conuenienter destillata, aut in rore, vsq; quo aqua coloretur, tum separetur hæc aqua, & noua affundatur, quę & ipsa, postquã colorem infusi receperit, effundenda, idq; continuandum tantisper, donec aqua amplius non coloretur. Omnes istæ

aquæ per filtrum sunt destillandæ, ac vbi fuerit aqua per destillationem separata, remanet in fundo materia, quam quæris. Huiusmodi extractiones à frigore congelantur, à calore verò soluuntur: & eodem pondere & dosi exhibentur, qua res à quibus extrahuntur, id quod in alijs extractionibus non fit, extractũ enim multò est potentius, quàm id à quo extrahitur.

DE SALIBVS FACTITIIS *& oleo salis.*

SAlium quoq; quæ ex simplicibus exuruntur, æquè ferè magnus in medicina vsus est, atq; salis fossilis aut communis, in communi hominum vita. Etenim quando à simplicibus crassum phlegma aufertur, quod nimirũ impedit, quo minus possint operationem perficere, cõuertuntur in materiam spirituosam, id quod longa destillatione, & filtratione fit, vt in igneam materiam quodam modo degenerent. Nec dubium est, quando ita in salem sunt conuersa simplicia, atque ita elementum ignis in ijs habet dominium, quin citius etiam penetrent, & actionem propriam perficere possint, vt prætere a tanto simplicium variorum aceruo, in remediorum compositionibus, opus non sit. Sed habent huiusmodi sales facultates aliquas, quibus purgantia reliqua destillata, ferè destituuntur. Omnis sal, inquit Theophrastus, purgat: at aquæ à purgantibus destillatæ, ea facultate carent, quia sal eis non

non accessit. Magna in omnibus, puto, acrimonia est, & vrinam resipiunt.

Verum ratio & modus, quo huiusmodi sales parantur, alius atque alius ab authoribus præscribitur. Quidam ita monent faciendos. Simplex collectum debito tempore, inde extrahatur sua aqua per balneum Mariæ, fæces reliquæ in fundo calcinantur in furno reuerberationis: cũ aqua propria fiat filtratio calcis sæpissimè: aqua filtrata ponatur in peluī ad solem, vel cinerem calidum, vt aquositas exhalet, & remaneat sal. Hoc autem fieri potest ex omnibus simplicibus.

Modũs alius extrahendi sales ex herbis, aut radicibus; aut ex alia aliqua materia è Germanico. Herbæ aut radices ad hunc vsum destinatæ exiccari prius debent, postea in olla comburi ad albedinem cineritiam. Huius cineris vbi satis magnam copiam habueris, impone vasculo, eique affunde aquam frigidam destillatam, aut aquam pluuiam puram & mundam, & stent simul aliquot diebus, frequenter agitando & mouendo, postea aquam subtiliter effunde, aut per sacculũ cola, & cineribus prioribus nouam aquam affundito, idq; toties, vt prima vice, repetito, quoad cinis nullam amplius in se acuitatem habeat. Quibus peractis, collectas omnes aquas in cucurbita, inter cineres aut arenam, euapora, sicq; in fundo sal relinquitur, quem serua, quia est res pretiosa.

An præstabit non omnino, nec subitò comburere herbas, vt è cinere lixiuium fiat, sed ad dimidium tantum, vt saporis, odorisq́ue de herba plus relinquatur, & empyreumatis minus? an ad vltimū etiam mastiches aliquid adijci poterit, aut gummi, aut aliud, vt glutinosum factum, melius conseruari, & in pilulas etiam formari possit? Ges.

An decoqui poterit cinis, vt absinthij, cum aqua eiusdem destillata, vel succo depurato eius & filtrato: vel herba eius sicca, ita vt infundatur, simul ebulliat aliquantum, deinde coletur, sic enim sapor odorq́; magis aderūt: poterunt etiam rosæ siccæ sic addi? idem. Notandum autem est, quod quidam præcipit, ne salium extractiones aqua feruenti, sed frigida potius fiant. Deinde extractum cinerem, rursus licet vrere, ac calcinare, rursumq́ue vt prius salem de eo extrahere, idq́; toties, quoad nihil in se salis deinceps contineat. Quod si sal extractus albedine careat, tum reuerberetur ad albedinem, quæ tria sunt notatu non omnino indigna.

In parandis salibus notabile etiam hoc est, vt filtro optime purgentur: quidam etiam viginti quatuor vicibus filtrant.

Hæc salia, quæ Theophrastus dicit esse vera alkalia, seruanda sunt in vitreo vasculo, ne eliquentur in aere, quod maximè accidit salibus, qui fiunt ex herbis (re[illegible]us) quæ plus olei in se habent, & subtiliores sunt. Indurescunt

ſales lapidis inſtar , aut qui optime filtrati ſunt, pellucent cryſtalli modo.

Salē hypericonis, in pleuritide aiunt probatiſſimum eſſe. Hypericonis plantam ſiccā in cinerem redige ſuper foco, cinerem projce in aquam feruentem, & decoquantur, & partes terreſtres ad fundum deſcendunt. Poſtea aqua in cucurbita in balneo Mariæ conſumatur, & remanebit in fundo eius ſal, quem exicca bene, de quo dato patienti in vino calido, quantum dimidio cortice nucis auellanæ contineri poteſt. De ſale hyperici pugillum vnum exhibuit quidam medicus in vino maluatico pleuritico, & teſtis eſt Deus, quòd liberatus fuit.

Salem abſinthij quidam in omnibus morbis ferè exhibet, ſed præ cæteris in peſte vtiliter offertur in vino, vt audio. Theophraſtus huius ſalis propinat tria tātum grana hydropicis, verum (vt puto) aliquoties repetit. Abſinthij ſal maximè vrinam ſapere videtur, nulla manifeſta amaritudine, Geſ.

Sal artemiſiæ vrinam quoque ſapit, ſed eſt candidus & purus, nec non, vt ſæuum quoddam pinguis.

Ex herba kali dicta, ſalem parant. Eſt autē kali herba duorum cubitorum ſine ſpinis, interdum valde rubens, ſapore ſalſo cum quadā grauitate ingrata, colitur apud locos ſalſos & ſeritur, vt ex ea parent ſalē alkali. Paratur autem ſic, vt retulerunt ij, qui eum parant. Fo

diunt fossam, cui transuersim imponunt ligna, quibus supponunt aceruum herbæ prædictæ, & accenso igne, efficiunt, vt in foueam stillet liquor ex herba, qui liquor tandem cōcrescit, & fit sal alkali, coloris partim nigri, partim cineritij, valde acris & salsus, vt etiam corrodat, Iohan. Bauhinus Medicus Geneuę.

Salem chamomillæ, exhibuit quidam in vino optimo, hoc est, salis huius pugillum vnū, in difficultate vrinæ, & subitò est liberatus.

Salē è baccis & ligno iuniperi, sic parauit Gesnerus. Accepi, inquit, virgulta iuniperi arida, vnà cum suis baccis, in magna quantitate, & in cinerem redegi (oportet autem exactissimè cōburere, aliqui in magna olla figulina noua, & in qua liquor nullus ante fuerit, comburunt.) Cum hoc cinere fiat lixiuium, cū aqua mediocriter calida: aut potest in vase ligneo cinis cum aqua relinqui, vt subsideat, ac postea aqua seorsim effundi, & cinis cū aqua turbida separari. His alia aqua affundēda, idq; aliquoties, quoad nullus sapor lixiuij in aquā deponatur, ac postea aqua decoctione consumenda, ad exiccationem materiæ, & eiusdem albedinem. Odore refert boracem et vrinam, acris est, & penetrans.

Modum conficiendi salis, ex aquis thermarum Aponensium in agro Patauino, quem tenuit & excogitauit Iohannes de Dondis, quo tantam salis copiam confecit, vt satis fuerit pro tota sua familia, & potuerit etiā dono

amicis

amicis dare, docet Gabriel Fallopius libro de Thermis, aquis & metallis. Sal autem quod cõficiebat ex ea aqua, erat magis ſapidum, & acrius, quàm ſal marinum, vel foſſile quodlibet. In lacuna ampla aquæ Aponitanæ locabat vaſa ex ſilice excauata, ad profunditatem quatuor digitorum, quæ vaſa, præterquam quod erant excauata ad eam, quam dixi, altitudinem, erant etiam quadrata. Vaſa igitur hæc collocabat in lacuna, ita vt aqua nõ poſſet in ipſa ingredi, ſed ſuperſtarent aquę, quantum eſt ſpacium duorum digitorum. Poſtea habebat plures ollas teſtaceas, quas explebat aqua illa: mox eas collocabat in quadratis illis vaſis, inibique relinquebat, quo fiebat, vt aqua illis ollis contenta agitaretur à calore & ebulliret, & ſenſim ac ſenſim euaporaret: & tandiu permittebat philoſophus ille, vt bulliret, quandiu appareret ſplendor quidam in aqua, & tunc effundebat aquam illam ollarum in excauata illa vaſa lapidea, in quibus concreſcebat ſal candidiſſimum, in ſumma ſcilicet vaſorum illorũ ſuperficie: in ima autem materia gypſea ab ipſo vocata.

Vrina pueri, ſi in alembico more aceti deſtilletur vſque ad ſpiſſitudinem picis, deinde phlegma eijciatur, poſtea vas optimè ſublimetur, habebis ſal volatile. Sunt nõnulli qui vtuntur ad aurum & argentum diſſoluendũ, & non pauci philoſophi ſuum menſtruum vocauerunt.

Ad menſes euocandos, quod ipſe ſum expertus, recipe radices chelidonij mundatas à terra ſine ablutione, q.u. tere diligenter in pila marmorea: pone in vaſe circulationis (vt ſcis) per diem naturalem, deſuper infunde aquam ardentem ſeu animam vini, vt de agarico & alijs dictum eſt, poſtea ſine per noctē in balneo Mariæ ſtare, demum mane extrahe ſine vlla expreſſione. Poſtea fac vt ſeparetur (exuperet) aqua ardens deſtillando, vt moris eſt, & colligatur, vt de agarico dictum eſt. Et cum tota aqua ardens per balneum Mariæ fuerit reſoluta, in fundo vaſis remanebit puluis citrinus (an ſalis inſtar?) quo vtere: pro qualibet doſi ℈ j. cum vino albo, loco & tempore neceſſario.

Puluis ex ſalibus ad ſeparandam omnem pituitam, ℞ hyſſopi, pulegij ana ℥ ſ. origani ʒ ij. ſeminis fœniculi ℥ ſ. carui ʒ ij. liquiritiæ ℥ j. ſalis vſti ℥ vj. ſalis abſinthij ʒ ij. ſalis iuniperi totidem, cinnamomi ℥ j. ſ. piperis longi ʒ vj. cardamomi, granorum paradiſi, caryophyllorum an. ℥ ſ. zingiberis ℥ j. miſce, fiat puluis.

De ſalium herbarũ oleis: ſal ita abſoluitur, ℞ ſalem, calcinetur igne fortiſſimo, calcinatum deinde ſuper porphyrio lapide, ſubtiliter pulueriſetur, pulueriſatum ſterne ſuper vitrũ: vitrum deinde cum puluere pone in cellam vinariam in loco humido, & ſal ſoluetur in ſubſtantiam oleoſam, quæ vulgò vocatur ſalſal.

Oleum

Oleum ſalis, aut vnguentum ſalis ad defluxiones tam calidas quàm frigidas, quas Germani vocant gſiicbte, accipe ſalis bonam quantitatem, teratur quã fieri poteſt tenuiſſimè, ac poſtea in ſartagine aſſerur ſine aliquo humore, vſq; quo fuſci colorem acquiſiuerit, quo facto, in mortario teratur, ad tenuis pollinis ſubtilitatem, eumq; deinceps cum oleo oliuarum ad vnguenti conſiſtentiam permiſce, ſine calore aut igne. Hoc vnguento vnge partem affectam in loco calido.

Sal armoniacus, à Gallo empirico. ℞ gummi Arabici albiſſimi ℥ iij. diſſolue in aqua communi, cui adde poſtea ſalis communis clari pulueriſati ℔. ij. coque ad iuſtam ſpiſſitudinem, poſtea iniice in quoddam vas, prius cum aqua communi madefactum, & fuligine vndique aſperſum & tegas quoque fuligine pulueriſata, & in loco commodo exiccetur.

DE BORACE.

Boracis confectio Venetijs vſurpata, ſecrétũ. ℞ lactis vaccini deſtillati ℔. ij. mellis deſpumati ℥ iiij. croci ʒ iij. ſalis nitri rafinati benè (id eſt, puri & ſubdulcis, nullam habentis amplius acrimoniam) ℔. iiij. Incorporentur omnia cum lacte (id eſt, diſſoluantur ad ignẽ) cum ℔. iij. aquæ capitelli fortis, de cineribus optimis, & miſce fortiter. Demum mitte in olla vitreata, in loco frigido (humido) per

menſem. Lapis deinde in fundo repertus, iterum mundetur, affineturque ſic. ℞ dicti lapidis ℔. j. aquæ ſimplicis deſtillatæ ℔. iiij. ad ignem diſſolue omnia ſimul, remoue ſpumam, & cum non fuerit ſpuma, euapora totam aquam (id eſt, eijce, aut effunde cum refrigerata fuerit) & habebis boracem finiſſimum.

Pro Borace faciendo, modus egregius, è libro Gallico manuſcripto. Accipe butyrum recens vnius menſis, aut circiter, ſalitum, lauetur ſæpius aqua clara diligentiſsimè. Huius butyri loti accipe ℔. j. olei tartari ℔. iij. miſceantur in ſole, & ponantur in patinam vitream aut figulinam inuitreatam, agitentur ſimul baculo fortiter: poſtea accipe ℔. j. aluminis rochæ finiſsimi & pulchri, ſalis nitri Alexandrini ℔. i. & miſceantur in ſole calido, noctu verò aëri exponantur, ſed ita ne compluantur, aut aqua tangantur, alioquin enim fruſtra fierent omnia. Et congelabitur eius ſuperficies inſtar cryſtalli, congelatum tolle, illud ipſum enim eſt quæſitus lapis. Fieri autem commodiſsimè poteſt menſibus Iunio, Iulio & Auguſto.

Borax quomodo fiat, qualis apud aurifabros eſt in vſu, qui ex Alexandria ad nos affertur, ex Italico. Lacti caprino deſtillato, inque vaſe vitreo poſito, adiunge alumen rochæ tritum, vt in aqua lactis diſſoluatur ſine igne. Ponantur in vrinale aut aliud vitrum,

ita vt

ita vt aqua ſupra alumen per duos digitos excedat, cooperiatur vrinale, & ſtet quinque aut ſex ſeptimanis, vel quouſque alumen appareat ſeorſim, quod ab aqua eſt auferendũ, & in vitreum vas ponendum. Quibus habitis, recipe ℔. ij. olei amygdalarum dulcium, & medullæ bouis, aut vaccinæ ℔. iiij. miſceatur medulla cum oleo, vt liqueſcat, & tandem coletur per pannum, & habebis oleum ſpiſſum. Huic oleo immitte prædictum alumen, ita vt oleum duobus digitis alumen obtegat, tum exponatur ſoli per tres menſes, aut quod melius eſt, diutius, & ſic facies boracis quantum voles, & ſcias quod eſt ſecretum magnum. Eſt autem verus borax, qui fit in Alexandria.

Aliter, ex eodem D. H. D. recipe alumen è fæcibus, quo tinctores vtuntur, & ex eo cum aqua capitelli ouum ſuſtinente, fiat lixiuium: deinde accipe paſtæ boracis quãtitatem, quã voles, & ponas in vas, cui lixiuium affundas feruentiſſimum ea quantitate, vt paſtam excedat, & cum canella incorporentur bene, tum ſtent, quoad fæces fundum petant. Quo facto, lixiuium ingenioſè ſeparato, ita vt ſupra dixi, vt paſta benè ſit ſeparata & purgata ab omni immunditie. Deinde cape omne lixiuium (& paſtam boracis impone) decoquantur in cacabo deſpumando. Spumam verò ſeorſim ſerua in vaſculo, quia in ea continetur oleum, quod inſtar lucernæ ac-

censum ardet. Vt verò iudicium facere posśis de perfecta coctione, instilla guttas aliquot marmori, aut supra vnguem, & siquidem con gelctur, satis est.

Aliter, ex libro aurifabri insignis apud nos. ℞ aluminis ℔.j. & grosso modo frangatur: gūmi Arabici mundi & clari qr.j. subtilissime puluerisatum, granorum frumenti, & hordei ana qr. ſ. & ponātur grana frumenti & hordei in vase terreo intus deuitreato, cooperiantur lacte vaccino tepido, ponantur in fimo calido per quinquaginta quinq; dies, & semper de septimo in septimum diem renouando.

Aliud. ℞ duas partes olei oliuarum antiquati, lactis vaccini recentis partem j. & misce totum ad inuicem, & pone in ampullam vitream, & pone intus aluminis rochæ incisi in frustis largis ad modum dactyli, tantum quod liquores prædicti eminent super alumen per duos digitos, & pone in fimo per quinquaginta dies, & quod fimus sit bene ca lidus, post sicca in vmbra, &c.

Pasta boracis. ℞ saponem album & raspa subtiliter, & misce cum melle, & coque in vase terreo donec deueniat tenerum, probatum.

Confectio boracis. ℞ aluminis rochæ ℥ ij. & resolue ℥ ij. salis alkali dissoluti, & pone in vase stanni super ignem lentum per mediam horam, deinde extrahe aquam, & misce cum

ea ℥ ij. ſalis gemmæ puluериſati, & totidem ſalis alkali, & mellis ℔.ij. & ℔.j.lactis vaccæ, tunc pone ad ſolem per tres dies, & inuenies lapides.

Aliter bonus ſic fit, perfectus ad omne iudicium. ℞ ſalis ammoniaci ℥ j.gummi Arabici ℥ ij.maſticis, aluminis rochæ ana ℥ ſ.ſalis nitri ℥ j.ſalis communis ℥ ij.tartari calcinati ℥ j.omnia trita ſubtiliter pone in vaſe vitreo cũ vrina, & fac totum bullire vt ſpiſſetur.

DE AVRO POTABILI, OLEO *auri, & puluere Solis, ſiue auro vitæ.*

VAriæ fuerunt apud antiquos Philoſophos de auri ſolutione, opiniones, atq; etiam adhuc de eadem inter doctos nondum ſatis conſtat, poſſit ne, tã pura & ſyncera ſubſtantia, qualis auro eſt, arte aliqua aut humana induſtria, vi & facultate ignis, in liquorem ſynceriorem, purioremqúe reſolui. Aliquot huius generis diſputationes & argumenta, nos hic ſubijciemus, prout inter Euonymi ſchedas inuenimus. Sunt autem ferè omnia à viris doctis, in vtramque partem per literas familiariter Geſnero, propoſita. Ac primo quidẽ partem negatiuam ſic quidam, vir doctiſſimus & magni nominis Medicus, tuetur. Si poſſet, inquit, oleum auri fieri, iam Alchymiſtæ haberẽt omnia. Non enim fit oleũ

vel aqua, niſi redigatur in ſpiritum & ſoluatur ſubſtantia perfectè mixti. Id an fieri poſſit, obſecro ad tuam Philoſophicam intelligētiam reuoces. Solui poteſt aurum, & quidem in adeò minutas partes, vt cum liquore in deſtillatione, vt vocant, aſcendat: remanere tamen auri ſubſtantiam certum eſt. Ac multa ſunt quæ ita ſoluunt aurum, vt in minimas portiunculas redigant. Aquam autem vel oleum, ex auro elicere, ἀδύνατον eſſe, ſciunt omnes ἐγχειρητικοὶ artifices. Ac credas mihi, nullum vnquam, qui hoc affirmauit, reipſa præſtitiſſe. Crœſo ditior eſſet, qui hoc ſciret. Lapidem & tincturas fieri poſſe non nego. Quæſo nugas paululum iſtas conſidera. Quomodo in vaſe aureo, operculo aureo ignito tecto, ex auro oleum fieri poſſet, ita, vt ipſum vas aureum non diſſoluatur? Somnium eſt, ſicut omnium ferè ſcripta Alchymiſtarum, qui tanquam nonnulli noſtri temporis homines, ſua phantaſmata, ſcriptis complexi ſunt, reipſa autem nihil quicquam experti: vt alijs vanitatibus & mendacijs, ſic iſtis quoque ſe oblectant Theophraſtei, & ex ſtultis inſanos facere ſtudent. Veriſimile eſt aliquid adiutum non diuina ope, feciſſe illorum Magiſtrum, verum iſta remedia, quæ diuulgant, vana ac falſa eſſe, nihil dubito. Obſcuritate autem implicant, ne peruerſitas deprehendi queat. Sed de his ſatis. Vnum hoc poſtremum adiungam, admodum impudentem

eſſe

esse oportuit eum, & inimicum nominis tui atq; hostem, qui tibi hoc persuadere est conatus. Hæc scripsit Medicus insignis ad Gesnerum de auri oleo. Idem ad eundem aliâs in hanc sententiam scripsit.

Περὶ ἐλαίου τοῦ πιστοῦ quid scribam? Oriosorum hominum speculationes sunt, quæ si ad rem conferantur, oleum & opera perit. In minimas partes redigi aurum potest, atq; ita ποτόν effici: vt autem in spiritum & oleum natura auri conuertatur, spes Alchymistica non veritas ipsa, ratum esse iubet. Cæterum quin aurum cõminutum in minimas partes, & redactum in prima sua elementa purissima, possit fieri potabile: (non tamen sub forma aquæ aut olei) possit etiam alia metalla admistione reddere meliora, & quasi transmutare, non nego, nec omnino nihil esse, quod de lapide Philosophorum dicunt, fateor. De aqua autem & oleo auri quod adferunt, illud falsum esse omnino certus sum. In eadem sententia videntur & Auicenna esse, Albertus Magnus, ac ipse etiam Brassauolus, quandoquidem aurum materia constas ita perfectè digesta, vt quasi contrario omni, aut substantia, aut excrementitia carere videatur, impossibile videtur, vi ignis sine alio adiutorio, aliquo modo in substantia alterari posse. Ac ipse Brassauol. De purgantibus, nõ modo vana, quæ de auro potabili & argento ferũtur, sed etiam venena esse affirmare nõ dubitauit. In hãc sententiam

multa plura afferri poſſent, ſed ea relinque-mus ad præſens. Vberior dicendi locus fortè erit in libro De lapidibus, gemmis & mineralibus, cuius ſchedas infinitas penè, indigeſtas tamen Geſnerus noſter, vt & has ipſas, reliquit.

Diſſolutionẽ verò auri, quo de arte Chymica perfici poſſit, plerique affirmant. Ac primo quidem nobis perſuadent, authoritate & libris venerandæ antiquitatis: deinde verò oculari noſtri temporis virorum celebrium inſpectione & operatione confirmant. In hanc ſententiam ſcribit vir quidam eruditus, & naturalis philoſophiæ ſtudioſiſſimus, ad Geſnerum. Fuerunt, inquit, apud me, duo, qui aurum puriſſimum ita tractarunt, macerando, deſtillãdo, putrefaciendo, ſoluendo, deſiccando, vt in liquidiſſimum humorem redegerint: in eo opere occupati fuerunt ſeptimanas octodecim, à nona Iunij vſque ad decimam quintam Octobris, idque tanta diligentia egere, vt nunquam eo tempore extinctus ſit planè ignis, eo tamen admodum lento vſi ſunt, in quo video præcipuè peccare noſtros Alchymiſtas: adfuere operi perpetuo, noctu vigilias partiti ſunt, & vaſa & inſtrumenta pauca adhibuere. Quod ſi quis liquor auri potabilis benè præparati eſt, hoc modo præparari poſſe aut debere crediderim, vt ab his, quibus ſpectator adfui, parabatur. Atque vt id credam, facit primum, quod aurum eò redigunt, vt ſuæ

aquæ

aquæ innatet, quasi purissima nebula imbrifera: idem trāsit in recipientem lento igne, & quod maximè sum miratus, tingit aureus iste liquor, colorem aureum reddens, chartam, lanam, aliámue rem admotam, qui color ita penetrat, vt minima guttula aliquot folia in Pindaro meo Græco penetrarit. Præterea, quod etiam ipsum verę resolutionis indicium est, albus auri soluti color est. Hæc & alia faciunt, vt credam hanc rationem soluendi verissimam esse, qua hi vtuntur, nec simile apud vllos alios Alchymistas hactenus vidi. Quod si vera sit solutio, facilis inde ratio est perficiendi liquorem. Illi in puluerem redigere abituri: sed is humido loco sua sponte, vitro etiam benè munito colliquescit olei modo, cuius rei experimentum fecere apud me. Hæc vt oculatus testis scribo, alioquin hæc tanquā ἀδύνατα, hactenus sæpe apud nostros & alios solebam confutare. Multa sunt in specie impossibilia, quæ certa via ac ratione facillima sunt. Audio hos ipsos curare morbos quosdam deploratos. Hactenus ille.

DE AVRO DISSOLVTO ET *potabili, eiusq; facultatibus, caput* VII. *Antonij Fumanelli ex lib. De compos. medicamentorum.*

NEc silentio præterire statui medicamentum, quod Chymicæ artis professores

ſummis extollentes laudibus, Aurum potabi-le vocant: vt ſaltem quæ ipſius ſit compoſitu-ra noteſcat. Cuius has eſſe facultates aſſerũt, quod bibitum cordi lætitiam præſtat, eiusq́ vires auget, & morbos repellit, ſenectutẽ re-tardat, humores auget natiuos, omnes cor-poris partes illæſas tuetur, lepram curat, ſan-guinem mundat, caſui confert capillorum, ſi cum endiuiæ ſumatur aqua, aut potius deco-cto: quod ſemel retuliſſe ſufficit, vt ſupra rela tum: capitis verò dolori cum aqua betonicæ, ſcotomiæ, & vertigini cum decocto bugloſ-ſi, & meliſſæ, lethargo cum ardenti, & lilij, me moriam corruptam cum fœniculi decocto, & acororum, potatum inſtaurat: melancholiam ſubmouet, omnémque amentiam cum aqua borraginis: facit ad morbum attonitum, cum aqua ardenti: & cum pæoniæ albæ radicis lu-na decreſcente collectæ decocto, ad morbum comitialem: ad membrorum verò mollitiem cum aqua ſaluiæ ſtillatitia, aut decocto ex ea, ad ophthalmiam, ſeu oculorum phlegmonem & dolores cum aqua fœniculi, atque ſileris montani, ſeſelisq́ Maſilienſis: ad deſtillatio-nes, ſeu rheumatiſmos cum iridis aqua ad fluxum ſanguinis narium cum aqua ſcabio-ſæ: valet & tuſsi cum aqua capillorum ven. in ſputo ſanguinis cum plantaginis aqua: in phthiſi cum aqua mellis, & lacte: in dolore, et abſceſsibus pulmonis cum aqua cancrorum fluuialiũ: in cordis tremoribus cum aqua me-

liſſæ,

lissæ, aut buglossi: in dolore ventriculi cum aqua mentæ, vel ipsius decocto, in calida dispositione cum rosacea, aut myrtillorum aqua: in dysenteria, & ventris tormine, fluoréue cum aqua plantaginis: in coli dolore cum ardenti, in vermium passionibus cum zedoariæ decocto, aut absinthij: in hepatis tumoribus, aut obstructione, atq; aqua inter cutem cum aqua scariolæ, & hepaticæ in causa calida, in causa vero frigida cum spicæ nardi decocto, aut cinnamomi: in ictero morbo cum aqua caprifolij, vulgo periclymenos nuncupari, aut sero caprino: in lienis passionibus cũ aqua fraxini, aut tamaricis: in renum passionibus, oppletione, & lapide cum tribulorũ marinorum, aut rhaphani, alkekengi, & pimpinellæ, aut puluere philantropos, seu apparinæ: in stranguria, & renum vlceribus cum caprillo lacte: in enterocele, intestinorúmue ramice, epiplocele, omentíue ramice, & epiploenterocele intestinorum, & omenti ramice cum aqua vtriusq; cõsolidæ: in mẽsium suppressione cum aqua sauinæ, aut matricariç, et in partus difficultate cum aqua artemisiæ: auxilium præterea sterilitati præstat cum aqua nepetæ, & lauendulæ: arthriticis, morbóue articulari, podagricis, ischiadicis, chiragricis, & extenuatis cũ aqua ardenti, aut paralysis, aut lauẽdulæ: pestilenti febri cum acetosç, vel buglossi, & scabiosæ: cancrenæ, fistulis, & psoræ cum aqua pedis columbini, aut buglossi,

vel acetosæ. A veneno præseruat, & veneno affectos, morsosqúe à cane rabido curat cum aqua tormentillæ, dictamni albi, & bistortæ, aut aqua rad. pęoniæ, febres quotidianas, tertianas, & quartanas in accessionis, seu periodi principio exhibitum cum aqua scolopendrij, vagas & erraticas, causumqúe cum serapio violato delet: vtqꝫ vnico dicatur verbo, asserunt aurum potabile cum aqua ardenti nobilem inducere effectum in corpore humano, omnesqúe ferè pellere morbos. De ipso autem in magnis morbis scrupulum aut semidrachmã exhibendam censent, in mitioribus scrupuli dimidium, in paruis ad duorum granorum hordei pondus, decuplum decocti ipsi commiscendo. Quod, quum pluribus doceant conficere modis, hic nonnullos adducam: si autem plura de eo quis scire cupierit, & quod Chymistæ solis fixionem in cœlo nostro dicunt, commentarium legat cœlum philosophorum nuncupatum, plurimas auri potabilis formas, & diuersas continentem, in quo & plures aquæ vitæ compositura respicere licet; de quibus veritas ipsa authorem appellet.

Auri potabilis conficiendi descriptio.

Prima. Foliorum auri electi quantitatem, quæ tibi magis opportuna videbitur, succi limonum optime depurati quod sufficit, in bociam, vt decet obturatam condito, ad cineris furnellum igne lucernæ supposito

diebus

diebus quatuor, pluribúsue, adijcitoq; aquæ ardentis quinquies destillatæ partem mediã.

Secunda. Aliam auri potabilis confectũ ram edocentes, sumunt foliorum auri in leuorem redacti: numero centum, salis super lapidem porphyreum triti. ℥ s. hæcq; commixta, aqua abluunt calida, & in cucurbitam vitream iniecta, collo procero, fabricatam, fundo, sapientię luto contecto, coopertorioq; imposito, & igne lucernæ tria habentis licinia substrato, vt dictum est, destillant, & si quid auri in vasis fundo constiterit, ad vsum seruant.

Tertia.

Alio aurum potabile conficientes modo, sumunt auri optimi partem vnam, argenti viui partes duas, quas nocte, dieq; simul maceratas; quousque aurum dissolutum fuerit sua vi destillant igne, donec vtiq; argentum viuum ab auro secretum est: auro autem in vasis imo, iam ad nigritiam tendenti aquæ buglossi ℔. s. adijciunt, vasisq; ore obturato ignem diebus tribus, & noctibus ad auri liquationem supponunt.

Quarta.

Sumatur auri de cemento ℥ j. & componatur cum ℥ j. argenti viui hispani puri: ponantur in cucurbitam vitream oleo communi superposito, & per duos digitos supernatante, & ad calidos cineres bulliat horis xxiiij. & quum infrigidatum fuerit, extrahe oleum, & quod reliquũ est, ablue cum aqua tepida, donec humiditas, & vnctuositas abla

ta fuerint, & ſiccatum in tenuem contere pul uerem, ponaturq; cum ſulphure in crucibulo ſuper carbones, & accendatur ignis, donec ſul phur comburatur: poſt accipe aurum, & te- re cum ſale aliquo tempore, & poſt cum mel- le ſuper porphyreum lapidem longa tritu- ratione: poſtea ablue cum aqua feruenti, do- nec aurum ſit optime mundum, & purum: & poſt accipe vrinam ſtillatitiam vicibus tri- bus: primo quidem deſtilletur ad medieta- tem: ſecundo ad tertiã partem: tertio ad quar tam: huicq; vltimo deſtillatæ in vas vitreum ad cineres calidos appoſitæ, adde ſalem tri- tum, & ſalem ammoniacum ad ignem ſuauẽ, donec in vrinam deſtillatam ſoluantur: hæcq; ſimul alembico deſtillentur. Aurum vero per filtrum, quod vrinæ præparatæ miſceatur, & ſalibus vtriſque, & ad mollem ignem poſitis, quod ſupernatat, vt oleum abluatur, donec ſalſedine priuatum fuerit, quæ in bocia vitrea cum aqua vitæ impoſita; tandem in aquam limpidam ſoluentur.

Quinta. Vitrioli rubificati ℔.j. ſalis ni tri ℥ix. cinnabaris ℥ vj. ſalis communis, ℥ iij. tere omnia ſimul, & extrahatur aqua acris, cum qua miſceatur aurum, vt ſupra præpa- ratum, & deſtillentur per alembicum, donec exierit aqua in colore auri, ipſum aurum re- manẽs in fundo vaſis ad formam mellis reda ctum commiſce cum aqua infra ſcripta. Cin- nabaris ℔. iij. vitrioli rubificati, ſalis nitri,

alumi-

aluminis rochæ calcinati, sing. ℔. j. salis communis ℔. j. s. omnia simul terantur, & artificiose elambicentur, & quod sublimatum est, & infrigidatum, albumq́; effectum, tere cum salis ammoniaci æquali pondere, & quinquies sublimetur, teraturq́; quod sublimatum est super porphyreum lapidem, & omnia igni simul posita, & liquata misceantur cum auro, vt supra pręparato, & bulliant lento igne, donec soluatur aurum, &, quum infrigidatum fuerit, sepeliatur vas supraſcripta continens, sub fimo diebus triginta, & ad ignem denuo posita, quod stillauerit reponito. Sexta.

AVRVM ALIVD POTABILE *contra pestem, omnesq́; infirmitates contingentes ex intemperie, in compositura, soluta vnitate, & eas, quæ communes sunt.*

VRinæ ter destillatæ, quæ sic fit. Accipe vrinæ hominis ℔ xx. & destilla prima vice extrahendo ℔. x. secunda vice ex his decem v. & ex quinque iij. & cum istis quinque ponatur ad alembicum aurum præparatum. Accipe auri ex suo naturali cemento ℥ j. & amalgama cum ℔. j. argenti viui Hispani, & pone in bocia vitrea, & fac bullire cum oleo communi horis triginta quatuor: post eximito, & refrigerari finito: deinde laua cum aqua calida, donec oleum, omnisque

digeratur ventositas: tunc comprime per corium, & remanebit aurum amalgamatum, & desicca, & optime siccatum tere in mortario cum sulphure, vt amalgama cum sulphure ad tenuem puluerem redigatur: post hæc sumito vrinam, vt supra destillatum, & pone in vrinali cum puluere salis communis, & salis ammoniaci, & stillentur denuo: post superpone aurum in bocia vitrea, & fac bullire, & aurum soluetur, & tunc accipe aurum supernatans cum cochleari vitreo, & pone in aquam ardentem, aut eam, quæ destillatur ex elixir vitę in duplici vase, & in ea dissolue aurum calefaciendo, hocq́ue aurum est ad omnia vtile.

Septima.

Sumito fauum mellis cum tota cera, & melle, & in vrinali vitreo imponito, superponendo de optima aqua ardenti: quod exacte clausum, duobus mensibus in loco permaneat calido, humidoq́, donec omnia liquescant, & destilla. Quod primo exit, erit vt aqua, quod secundo vapor, quod tertio pars ignea, & bulliat, donec soluatur aurum: quod mirum est, & expertum pro ventriculo, hepate atque intestinis, ex frigida intemperie affectis, & cum timor est de futura ascite.

MODVS ET RATIO QVID SImile auro potabili conficiendi, faciens ad morbos varios.

Quidam

Quidam ex Chymistis arbitrantes ardentem aquam auri concipere facultates, ipsum aurum, quem Solem vocant, natura aut arte depuratum in segmenta tenuiora, bracteolasue dissectum centies accēdunt, totiesq; ardenti extinguunt aqua, quintæq; commixto essentiæ, vt cœlo, in variis vtuntur morbis. Hactenus Fumanellus.

Modus faciendi aurum potabile, medici Cracouiensis, quo etiam vtitur in compositionibus contra pestem. ℞ aurum foliatum, & misce (ponerem in ampulla vitrea) cum tanta quantitate, quæ tibi melius videbitur & sufficiens, succi limonum depurati. Postea pone in bociam bene obturando os bociæ, & sepeli illam in cineribus calidis, & teneas sic per quatuor dies vel plures, sicut expedit, postea adde pro medietate istius mixturæ, tantā quantitatem aquæ vitæ optimæ (nimirū dulcis illius, de qua supra) rectificatæ, & claude bene os bociæ ne respiret, & serua tanquam margaritam & balsamū, & thesaurum inæstimabilem, pro humani corporis sanitate super omnia necessariū. Et de isto thesauro poterit homo sumere quater in anno, in principio cuiuslibet tertij mensis, quantum est cochlear pro vice, cū optimo maluatico vel cum brodio plus minusue pro necessitate. Destillationis nullā facit mentionem, quid si succus limonum primū abstraheretur destillando: deinde aqua vitæ adderetur, & rursus destillaretur

Aut, videas, quale ſit, ſi ita ex præſcripto parem tur: & ſi placet præterea deſtilla mediocri igne carbonũ, per horas quatuor & viginti.

Aurum potabile paratur more Alchymiſtarum ad hunc modum, quem accepimus, è libro manuſcripto veteri Alchymico. Calcinatur primo Sol, more aurifabrorum per Mercuriũ, & permitte vt Mercurius euaporet ab eo, tũ teratur valde bene in lapide, poſtea ponatur in furno reuerberationis per biduũ, & euenient flores ſubtiliſſimi, qui colligũtur, & calcinãtur reuerberati tam diu, vſq; totũ vertatur in flores. Cum illis floribus auri, accipe acetũ vini optimi, deſtillati, & pone hos flores in vitro, & pone ad putrefactionẽ per dies xiiij. poſtea effundatur acetum coloratum, & nouũ acetũ affundatur, bene mouendo, poſtea permittatur vt reſideat, ac tandẽ rurſus acetũ permutetur, aliud affundẽdo, idq; tandiu continuandum, quoad nihil in fundo amplius remaneat, & totũ in acetũ ſoluatur. Poſtea acetum coloratum effunde in vitrum magnũ, vt euaporet acetũ, & in fundo manebit aurũ nigrum ad modũ olei vt pix, quod accipe & pone ad vinũ tuum rectificatũ vt ibi ſoluatur, & ponatur ad vas circulationis & mittatur ſtare in calore lentiſsimo per xij. hebdomad. & coagulabuntur & fixabuntur omnes ſpiritus vini, & vertentur in puluerem, vnà cum ſole, quos excipe & pone ad ſoluendum, & ſoluentur in oleũ clariſsimũ, vt aurũ, & hoc vocatur aurũ potabile, de quo vtere vt ſcis. Vini autẽ

rectificatio sic fit. In vase reiterationis seu re-ctificationis stet vinũ per dies x. in vino vero soluãtur prius, quàm ponatur in vitrũ ad re-ctificandũ, camphoræ ℥ ij. sacchari crudi pri⁹ benè exiccati totidẽ, de nuce mosc. ℥ j. macis, zedoariæ, zingiberis, ana ℥ j. cũ his rectifica vinum in vasis rectificationis, vasis optimè clausis, ne quid vel minimum respiret, postea auferatur: & hoc vino præparatur aurum.


Aurũ potabile inquit Fierauanti Capric. lib. 2. cap. 22. liquor est diuinus, cui alius nullus potest cõparari. Philos. superioris ætatis, atq; etiam recentiores sum̃o studio auri solutionẽ quæsiuerãt, ideoq; varijs etiã modis id sunt aggressi: Multi eorũ ante destillationẽ, aurũ calcinandũ prius censuerũt: alij solutionem eius quæsiuerunt aqua forti: alij post calcinationem, soluebant aqua vitæ: alij in alios errores sunt lapsi. Modum vero ac rationẽ faciendi preciosis. hunc liquorẽ facilem & firmam ego docebo, propterea quod is sit maximi inter mortales momẽti, & quasi altera anima, imò vita ipsa nostra. Accipiatur fol. auri pondus vnciæ vnius: dehinc habeatur gallina satis magna, bona, quæ est interficienda, & ita adhuc calida, ab interioribus mundanda, & in multis partibus præcipuè carnosioribus, ferro aperienda, vt pote in pectore, in coxis, sub alis: Istæ partes auro commixto sunt infarciendæ, vt penitus cooperiatur. Quo facto ponatur hæc gallina in locũ,

vbi per dies triginta sex calida permanerè posſit calore ſuo naturali, vt aurum ſoluatur in aquam, eſt enim occulta quædem in carne gallinæ proprietas ſoluendi aurum in aquam. Quo finito termino, deprome, & carnem laua ita exactè vndiquaque, vt nihil de auro, ne minimum quidem relinquatur, aqua mellis deſtillata cum ſuis ſpiritibus, quæ ſit rectificata bis terue. Peracta hac lotione, accipe tantum aquæ vitæ, quantum eſt de aqua loturæ carnis gallinæ, & commiſce. Pro qualibet libra aquæ, adiunge ℥ j. ſalis ammoniaci albi, ſine vlla nigredine, ponantur omnia in bociam vitream, & abſcondantur per tres menſes in fimo equino calido. Verum ſingulo quoque menſe viſitanda erit materia ſemel, & effundendæ partes aquæ huius clariores, & ſeruandæ in vitro optimè clauſo. Bocia vero remittenda, & finito menſe rurſus quod clarum fuerit à fæcibus ſeparandum, & habebis ſpatio trium menſium, omnem aquam ſolutam & claram. Demum deſtilla feces in arena forti igne, vt omnis materia melior aſcendat. In deſtillatione vero fecum, ſciendum eſt, quod fecibus eſt affundenda libra ſemis aquæ vitæ optimæ, & quod per deſtillationem extraxeris, commiſcebis cum eo quod primo fuerat ſeruatum, & rurſus in balneo Mariæ quod reliquum eſt extrahe. Tum repone in fimum equinum diebus viginti quinque, & habebis aurum potabile

tabile paratum facilè & minimo ſumptu, quod ſua mirifica facultate mortuos quaſi re ſuſcitat. Vſus eius eſt huiuſmodi. Auri pota-bilis ſumitur ʒ j. cum vncia vna iulepi viola-cei ſimul permixta. Et hæc compoſitio dari poteſt in brodio, aut cum aqua aliqua, aut per ſe ſine alio admixto liquore. Maximè vtile eſt ſenibus decrepitis, ad reſtaurationem vi-rium. Hoc ipſo vita ad dies aliquot protrahi poteſt in ægrotantibus, & ſermo reſtitui, cu-ius experientiam ego vidi.

Auri potabilis confectio, ex literis cuiuſ-dam lingua Gallica ſcriptis ad D. Geſnerum. Tartari ſume quam voles quantitatem, calci-netur ad albedinem, quod tribus poteſt die-bus perfici, calcinatum tartarum diſſolue in aqua communi deſtillata, & ſcias quod pro ℔. j. tartari calcinati, ℔. iij. aquæ requirun-tur. Poſt diſſolutionem aqua per filtrum de-ſtilletur & congeletur. Quo facto, denuo ho-ris octo vel nouem eſt calcinandum, tum rur-ſus diſſolue in aqua cõmuni deſtillata, & con-geletur vt ſupra, idq́ꝫ ordine repetatur ſepties. Septima tandem calcinatione, tartarum ad diſſoluendum per ſe cõijciatur in vas vitreũ amplũ, in loco humido quo neqꝫ aer, neqꝫ plu-uia pertingat. Quo ſic parato, accipias ℥ xv. aquæ huius è tartaro calcinato, pro ſingulis vncijs ſolis calcinati, eo quo ſequitur modo. ℞ auri finiſſimi & puri ℥ j. diſſoluatur cum Mercurio, quemadmodum id ipſum artifices.

& aurifabri, qui vasa inaurant, dissoluunt, post separetur euaporatione Mercurius ad ignem. Vbi igitur habueris calcem, aut cinerem aut puluerem auri debito pondere, imponas in vas vitreum, quod matracium vocant, cuius collum quo fueris longius, eò est melius. Tum obtura diligenter matracium, ne quid impuri aut alieni incidere possit, & repone in fimum calidum, aut potius in balneum Mariæ per quindecim dierum spacium, & caue ne vas moueas, ne id quod solutum est, & quod sublimatũ parietibus adhæret, decidat, sicq; actio impediatur, quo minus reliquũ dissolui posſit. Relinquatur ibi, quoad vel totum, vel maior saltẽ pars sit dissoluta. Quando extrahendũ erit aurum solutũ, id magnâ diligentia erit aggrediendum, ne quod solutum, cum eo quod resolutum non est commisceatur. Vt vero acuitas aquæ, quam ab aqua tartari accepit, auferatur, accipe aquam vitæ quater aut quinquies destillatam, & commisce cum aqua tartari & Sole dissoluto, & repete hoc donec tota aqua tartari fuerit separata à Sole, & quoad nullus salis sapor supersit. Postea coniunge aquæ rosarum parum, vt tollatur etiam aquæ ardentis odor, atque ita relinquitur tibi oleum auri purissimum.



De

De ratione ac modo conficiendi & parandi aurum potabile, sic ad Gesnerum scripsit vir doctissimus quidam. Mitto ad te aurum potabile, vt petis vir doctissime, hoc est, rationem eius conficiendi, qualem vidi apud meos duos artifices, qui id hoc modo præpararunt apud me superioribus annis. Te oro, vir ornatissime, vt si tibi videbitur, certi aliquid continere, tibi reserues. Eius enim apud me authores magni faciebant, ac ea lege inspectorē me omniū voluerunt: ne facile cuiquam communicarem: id hactenus ita obseruaui, vt nulli vel scripto vel narratione explicuerim: tibi soli, & bona cum fide, quantū memoria complecti, & animo consequi potui, communico. Cuius summaria ratio hæc est.

Aurum eligatur præstantissimum, id purgetur igne per cementum, vt purum, syncerumq́ quam exactissimè fiat: hinc in laminas extendatur, & frustulatim conscindatur, ita concisum in matracio (matracium puto dici phialā à Chymistis) soluatur. Solutio ita breuior fiet. Aqua fortis accipiatur, quater purgetur à fæcibus, & destilletur cum quarta parte salis communis præparati: in hanc aquam sic præparatam, immittatur aurum comminutum, & sensim immittatur tartarum calcinatū probè, ac lento igni, vt manu collum matracij teneas: soluetur in aquam claram & limpidā, quo facto seponatur, vt refrigeretur. Hinc transfundatur in vitrum ampli orificij, ac in

calidis cineribus resoluatur aqua illa tota, & desiccetur materia, ita vt vix sentias odorē aquæ fortis, inde iterum refrigescat materia: Interea aqua rosarum destilletur, eiq́ infundatur ac resoluatur, desiccetur materia, vt prius, iterumq́ id repetatur vt prius, sic probè tandem exhalabit vis aquæ fortis.

Ad hunc modum mundata materia & desiccata, ad putrefactionem accedendum est, ea ita fiet: Vitro satis amplo imponatur materia, addatur illi aqua communis destillata, vt materiam excedat, ad digitos fortasse tres, reponatur in fimum equinum, aut fiat id balneo, quod magis placet, per dies decem. Inde destillanda est ad vaporem aquę (id est, donec euaporet aqua) & materia exiccanda: desiccatæ super infundatur aqua destillata, ac ad lentum ignem in vaporem aqua soluatur denuò, postea destillāda est in cineribus, & exiccanda vt prius. Hactenus si decenter opus continuatum fuerit, eò perducta est materia, vt nebulas tandem exhibitura sit, quod vt expeditius fiat, in fine præcedentis destillationis materia desiccata, infundatur super eam vinum ter destillatum, ac vapore aquæ super lentum ignem soluatur materia. Quod si ritè fuerit factum, incipient apparere nebulæ, ascendent autem ex fundo alembici aureæ guttæ sensim ad aquæ superficiem, quam totum ambiet purissimum, ceu reticulum, à quo dependebunt guttæ aureæ: hunc

hunc aureum imbrem Danaës interpretantur. Et sanè nihil eo vidi elegãtius. Porrò has nebulas studiosè decet colligere. Eximuntur autem vitreo cochleari parte conuexa (conuexa parte nebulæ eximi debent, ne cum ipsis aqua hauriatur, nam conuexæ parti facilè ad hærescunt: translatæ verò in patellam vitreã ab aqua solidæ vel integræ recipiuntur, in ea aquam fontanam intelligo) & reponantur in patellam vitream, quæ plena ferè sit aquæ (fontanæ) destillatæ. In hac statim fundum petet nebula. Prima sic collecta nebula, repetatur putrefactio, exiccatio, destillatio ex ordine, sic alia colligetur nebula, idq; toties donec omnes collectæ fuerint. Vbi nulla amplius apparuerit, habes aurum separatum à tartaro (quasi tartarum prius conglutinetur auro vel concorporetur) quod in fundo album remanebit. Aurum sic in nebulas conuersum, exemptum ex aqua patellæ vitreæ, exiccandum erit in furno calcinationis, ita liberabitur ab humore extraneo, id quod fiet fortasse ad dies decem, lentus autem debet esse calor, qui naturalem corporis humani non excedat. Desiccata materia post diem decimum, in vitrea patella cochleari facilè in puluerem conteretur. Nebulæ puluerisatæ ma-tracio infundãtur, & in balneo putrefiant, simulq; soluantur iterum, quod fiet ad dies triginta interdum. Soluetur autem in oleosam materiam, quæ iterum exiccata conseruabi-

tur ita, tanquam ad præsens satis præparata. Nam in cella vel alio loco humido, conuertetur si opus sit, in citrinam aquam, quam dicunt esse miræ facultatis, ad omnia ferè morborum genera. Hæc fide bona, quantum memoria consequi potui, tibi communicata volui, &c. Vale.

Alius modus Theophrasti, pro auro potabili: Soluitur aurum (nimirum in tenuissimas laminas, & frusta redactum & incisum) in aqua forti conuenienti (regia nimirum) abluatur ab acuitate cum aqua dulci destillando, postea exiccando solutum, de quo recipe ℥ iij. aquæ vitæ mellitæ ℔. iij. in cucurbitam pone diligenter perlutatam, orificio optimè sigillato, & supra cineres vel carbones lentos 24. horis collocetur, illic leuissimè ebulliat. Sic enim Sol in ista aqua soluitur, cuius vsus est, vt scis ex alijs.

Auri potabilis modus nobilissimus, valde rarus & secretus. Primo omnium malum citrium excauetur, auferendo medullam & semina, cauitati indantur foliorum auri, nec dum ad extremam tenuitatem redactorũ, quantum videbitur. Tum expresso mali citrij succo, affusoq; auri folijs, malum suo operculo operiatur, ac in loco calido, aut iuxta fornacem diebus quinque aut octo, seruetur. Hoc modo affirmant aurum in oleum resolui. Quo facto, succus ab oleo separetur, oleũ cum aqua vitæ fortissima commisceatur, quę

aliquo-

aliquoties rurſus deſtillatione ab oleo eſt ſeparanda. Iudicium autem de perfectione olei ſumitur hoc modo. Illinatur oleum crudo carnis fruſtulo, ſiquidem id non deauretur, ſed ad profundas partes penetrauerit, vt auri ſpecies nuſpiam appareat, optime deſtillatio & operatio ſucceſſit. Hoc oleum volunt, omne aliud aurum potabile, quocunque modo id fuerit præparatum, virtute & facultate excedere.

Sol potabilis ex ſcheda Italica, Recipe pumicis pulueriſati ℔. ij. auri finiſſimi in folijs ℥ viij. & ſimul contunde diligentiſſimè, poſt accipe ℔. iiij. dicti lapidis tuſi ſine auro & fiat lectus è pumice, & alius ſupra hunc è pumice cum auro, viciſſim pergendo in olla vitreata lutata ne reſpiret, & ollam collocato in furno ignis temperati per dies 40. poſt extrahe aquam vitæ vt ſcis, hoc eſt, infunde ipſi aquam vitæ, & aurum quaſi oleum aſcendet.

Aurum potabile, quale à Raymundo præparatum olim fuiſſe, fama eſt. Accepit auri puriſſimi quantum illi videbatur, quod in aqua regis ſeu forti (aurum nimirum diſſoluente) diſſoluit primo, deinde verò aquam & ſpiritus deſtillatione extraxit, ad exiccationē materiæ, ad eum penitus modū, quem in præcipitato faciendo, ſequuntur vulgò: tandem in cella vinaria in oleum reſolutū (quod quinto die fieri ſolet) rebus alijs permiſcuit, & propinauit. Facilis hæc eſt, & expedita via minimeq; negligenda.


Aurum putabile sic fit, ex libro manuscripto veteri Alchymico. Fit aurum potabile eodem modo, quo supra, ex eodem libro docuimus facere oleum vitrioli. Et eodem quidem modo fieri possunt omnes lapides pretiosi potabiles, non ponendo Mercurium, sed tantum sulfur. Recipe ergo quemcunque lapidem pretiosum, eumque tere subtilissime super lapide porphyrio, deinde adiunge ei tantundem sulfuris viui subtilissime triti in põdere, & postea pone in crucibulo inter carbones ignitos, donec fiat ignitum, vt carbo & sulfur sit combustum & exhalatum. Hunc puluerem residuũ rursus pone in marmore, & iunge ei de sulfure pondus suum, & fac vt prius fecisti, & iterum similiter fac tertio, & tunc erit lapis tuus sufficienter præparatus. Tunc recipe de isto puluere ℨ ſ. de prædicta aqua ℥ iij & pone simul in ampulla, & fac vt aqua albescat, & remanebit lapis tuus sicut pasta, cui adiunge aquam vitæ, & habebis lapidem potabilem pretiosum. Valent huiusmodi lapides potabiles cõtra diuersos affectus seu ægritudines corporis.

Medicina à Deo data ad præseruandũ hominum vitam in statu longæuo, etiam lepræ resistens, multas in se habens virtutes mirabiles occultas. ℞ de sole purissimo in subtilissimũ puluerẽ redacto ℨ iij. & de balsamo electo ℨ j. & de myrrha electa & aloe hepatico & thure, & ladano non sophisticato ana ℨ ij. campho-

camphoræ ʒ v. conficiatur cum oleo pomorum mandragoræ & balsamo simul mixtis. De hac medicina recipiatur ʒ j. vel ſ. in mense & superbibat vitrum plenum de vino ardente mixto cum aqua buglossæ & florum rorismarini, simul mixtis & destillatis per alembicum. Hæc medicina regalis est & magnifica, cuius laudes sunt innumeræ, nec indignis communicandæ. Equiparatur auro potabili: & si aurum purum esset resolutum in aquam sine corrosiuis, & prædictis rebus permixtū, multo pretiosior esset medicina. Item si quis iuuentutem diu conseruare velit, & talem medicinam habere nequeat, vtatur quotidie chebulis conditis cum suo syrupo.

Aurum potabile aliud excellentissimum. Ante omnia, ℞ vini vetustissimi q. ſ. pone in alembico vitreo, postea luta capellam cum alembico, vt & recipiēs, fiat destillatio in balneo Mariæ, separando ab eo quatuor elementa: videlicet prima exiens aqua, erit acuta tendens ad insipidum gustum, quæ nihil valet. Secunda erit acutissima, ignem referens, quæ & ipsa inutilis. Tertia erit dulcis gustu, & illa optima est, quia aerea constat materia. Quarta omnino insipida, quæ nihil valet, & terra dicitur. ℞ ergo prædictæ dulcis aquæ, videlicet materiæ aereæ ℥ v. auri purissimi, in tenuissimas laminas redacti, & in parua frusta incisi ℥ i. ſ. pone in alembico paruulo vitreo, optimè in fundo lutato, & fac destil-

lare per dies quinque igne quatuor lucernarum, ita vt sequens figura oculis subijcit.



Vbi candelabrum vides, hic ponitur lucerna ardens, quatuor luminibus.

Diebus quinq; præteritis amoue lucernã, & impone ignem mediocrem carbonum, per horas 24. & transibit tota aqua ad recipientem, & permanebit aurum in fundo alembici, referens oleum clarissimum, quod est verum aurum, potabile, pretiosissimum pro vsu medico. Hoc quidam vsus est frequenter sine commixtione cum aqua vitæ. Valet ad oculorum suffusiones curandas, si patienti supino iacenti minuta aut semiguttula, in angulum syluestrem eius oculi immittatur. Surditati inueteratæ (an verò ex quacunq; causa

ortæ, scire non possum) medetur vnica gutta in aurem iniecta, Gallicam scabiem persanat, si excisis prius pustulis, cicatrices ipso vngantur, hoc modo: Si pustulæ fuerint inueteratæ, primo eæ, candenti ferro, aut forcipe, sunt extirpandæ, deinde oleo solo vlcerata loca inungenda. Quod si recentes fuerint pustulæ, ipsis saltem oleum inungitur, & hoc modo multi, certa experientia sunt restituti. Cũ aqua vitæ appropriata hoc oleum commixtum proportione ferè sextupla, vel octupla aquæ ad oleum, valet contra omnes destillationes capitis, præsertim frigidas, id est, catarrhos suffocatiuos. Commiscendum autem ita, vt in aquam vitæ, gutta de oleo auri instilletur, ac vehementer conquassetur, donec aqua vitæ ab auro rubrum ferè colorem, pellucidum tamen, acquirat. Idem oleum cum aqua vitæ præparatum, ac deinde cum lacte caprino cõmixtum, tantisper dum lac coloratur, iuuat inflationes, & exulcerationes oris, & gutturis, si eo fiat gargarisatio. In præserua tione, sex vel octo guttulæ, si singulis vel quater denis, vel septimanis sumantur: in curatione autem medium, vel integrum cochleare, exhibitum ei, qui vel apoplexia vel epilepsia, vel conuulsione, aut simili affectu fuerit correptus, curat. In summa, facultates eius sunt, constringere, simul & purgare, & corroborare. Qui hoc oleum, paratum habebat, nunquam cuiquam purum vendere voluit,

ſed ſemper cum aqua vitæ præparatum, ea obſeruata proportione, quæ ſupra eſt indicata. Vnciam vnam, non minoris vendidit, quàm duobus coronatis.

Auri oleum egregium. Folia auri macerata in ſucco limonum (an & aceto, præſertim deſtillato) & aqueo humore deſtillatione detracto, (quid ſi margaritę & corallia addantur) remanet in fundo quaſi butyrum. Id vinum miſtum, aureum colorem ei conciliat, & acetoſum facit, ac mirificè putredini reſiſtit. Purgat etiam multos, & ſudorem mouet. Fac periculum, videbis me vera ſcribere (inquit vir doctus in literis ad Geſnerum) & non improbabis auri vſum. Hoc remedium, ſicut & oleum vitrioli, quod in aurum redigi poteſt, valde prodeſt leproſis, & qui inunctionibus Mercurialibus ab iſtis hominibus, qui imperitia pecuniam lucrantur, vt Hippocrates ait, ſunt perditi.

Oleum de auro, ſummi cuiuſdam experimentatoris apud nos ſecretum, quod Geſnerus à quodam accepit, ea lege, ne cuiquam patefaceret. Aurum ſoluitur in aquam, neſcio cum quibus acribus remedijs: ſic ſolutum, ſuper igne nõ poteſt eleuari & deſtillari propter pondus, ſed infuſa in ipſum pauca aqua ardente rectificata, ſine igne mox aſcendit (& ſtatim oportet ſupponere recipientem) & ſeparatur à materia illa reliqua erodente, qua ſolutum fuerat in aquam.

De


De oleo auri ſecretum magnũ, viri in hoc genere deſtillationis, haud mediocriter exercitati. Primo omnium pro hac operatione, habeas cyathum, aut vas aliud vino nigro optimo, ad ſummum vſque repletum, quem in aliud vas aqua frigidiſsima oppletũ collocabis, præſertim ſi operatio æſtatis tẽpore ſuſcipienda: quo enim vinum fuerit frigidius, eo plus olei, quo verò calidius, eò minus aut omnino nihil haberi poteſt. Huic cyatho ſuper imponas maiorem iſtam quadratam, & latam, tenuem tamen laminam ferreã, qualem figura A litera notata repræſentat, habentem in medio foramen rotundum, amplumq́; In foramen magnum mox immitte & adaptato conchulam ſeu vaſculum æreum D. vel aureum F. vel cuiuſcunque alterius materiæ (è cupreo enim, cupri oleum habetur, vt ex aureo vel argenteo, auri vel argenti) in quo, poſt operationem abſolutam, oleum reperitur, cuius fundus in refrigerato vino ſit ſubmerſus. Quod ſi vaſculum illud anguſtius fuerit, quàm vt exactè foramini medio A. cõmitti poſsit, laminæ A. circulum B. itidem tenuem imponito, vt foramini anguſtiori, rectè D. vas anguſtius, conueniat: quod vt firmius hæreat, nec facilè loco moueri poſsit, firmandum eſt, tenaculis illis A. laminæ coniunctis & hoc † ſigno notatis. His omnibus iam rite adminiſtratis, imponendus erit fundo vaſculi D. vel F. rotundus pannus, exigu-

tis, subtilis, rarus, ex lino. Quo facto, excitandus erit ex carbonibus viuis ignis, eicq; imponendum operculũ C. si D. vasculum vino fuerit immersum, aut E. si F. ibiq; relinquendum, quoad totum excandescat: tum forcipe acuto operculum ansula (qualem in vtroq; inferius conspicies) apprehende, & vasculo seu conchulæ, eo quo vides modo, subito impone, sic excitabitur statim stridor, & panniculus in concauitate positus, comburetur. Vbi stridor cessarit, & ipsa etiam vasa paululum refrixerint, operculo forcipe rursus semoto, atque etiam panniculo adusto, & nigro ingeniosè ablato, in fundo vasculi apparebunt tibi, aut ad latera plures, ad minimum verò vna olei vel auri, vel cupri, aut argenti, guttula, pro vasculi natura, quod est colligendum subtili cochleari & paruo ex argento facto, & in vase argenteo diligenter custodiendum. Notandum hoc loco, oleum tale, natura sua cito picis instar densari aut inspissari. Cuius si vsum aut vtendi modum requiras, accipito tempore necessitatis huius quantum videbitur, & dissolue in cochleari in aqua vitæ, aut aqua cinnamomi, & exhibe ægroto, tum huius olei efficaciam & facultatem, non sine admiratione, experieris. Quod si in cupreo vase, oleum quæras, aut auricalcho, caue intra corpus exhibeas, sed ad extra serpigini, & aliis maculis fœdis inunge. Oleum in argenteo vase hoc ingenio factum, potentissima oculorum est

medici-


medicina. Oleum auri, inquit idem, propinaui filio meo, iam iam animam quasi agenti, trium guttarum quantitate, in aquæ vitæ cochleari pleno, & statim ad vitam rediijt.

Sequuntur instrumenta.



A. Lamina ferrea quadrata, cyatho vinum continenti imponenda, habens foramina quatuor magna, vt cyatho alligari possit, ne facilè loco moueatur. Habet prætereа duo parua, correspondentia duobus foraminibus in circulo B. vt si is imponendus sit, firmari possit. In eadem conspiciuntur

etiam, retinacula duo, asterisco notata, vt vasculum, foramini magno impositũ contineat.



B. Circulus foramen habens minus, pro minore vasculo.



C. Eiusdem operculum.

D. Vasculum æreum angustius, B. Circulo conueniens, cum ansa prominente rectà sursum.



E. Eiuſdem operculum, cauum ſupra, cum anſa ſupra infraq́ꝫ.
F. Vas maius aureum foramini A. immediate imponendum.

Deſcriptio auri vitæ, ſiue pulueris Solis, recipe Mercurij ℥ iiij. ſ. aut ℥ v. lauetur exquiſite aceto & ſale, auri Vngarici ℥ ſ. ex his fiat amalgama, quali vtuntur aurifabri ad vaſa deauranda, lauetur amalgama iſtud aceto & ſale toties, quoad nullam demittat amplius nigredinem. Hoc impone in bocia vitrea, cui poſtea tantum aquæ fortis affunde, vt liberè Mercurius totus ſolui poſſit, in fundo vero appareat aurum pulueriſatum punicei coloris. Huic bociæ impone capitellum diligenter lutatum, & deſtillatione ſepara aquã fortem, primo quidem lento igne, poſt verò fortiori, ſemper ignẽ augendo: poſtremo verò vt etiam arena igneſcat, & ſpiritus omnes extrahantur, tum refrigeretur, & poſt refrigerationem aperi bociam, & reperies puluerem coloris purpurei, forma inſtar cuiuſdam* placentæ ſimul permixtæ. Vitrum frange, & placentulam iſtam in libero aere ſuper por-

phyrio lapide terito in puluerē, & faciē à vē to auerte, q̃d fumus & odor sit venenosus.

Calcinatio. Accipe D. vasculum satis amplū, quale vocant Germani ein tribscherben/ & pone sub parua E. testa circum circa foraminibus aliquot perforata, in fornace aurifabrorum, & sine vt ignescat obscurè : quo habito, ferreo cochleari huic vasculo infunde aliquid de hoc puluere, vtpote ℥ j. & ſ. aut ℥ ij. pro vice, ferrea spatula benè agitando, & apparebunt tibi varij colores, qui tandem omnes in nigrum degenerant: tum semper perge, nec intermitte, dum rursus rubrum colorem acquirat. Quo apparente colore, aufer ab igne & sine vt refrigeretur. His factis, aliud vas simile superiori accipito, eadē magnitudine qua prius fuerat, & illud collocato in locum prioris, & rursus de puluere affunde vt prius, & igneatur vt priori vice, semper & cōtinuè mouendo, dum omnes colores euanescant, & rubedinem acquisiuerit, sic beneficio huius calcinationis, omnes spiritus aquæ fortis dissipantur, vt intra corpus assumptus puluis, nullam possit afferre noxam.

In præparatione huius pulueris, est cauendum à communi Mercurio, quem Alchymistę quidem coloribus tingunt, sed sine auro, nec ita validè calcinari potest.

Dosis huius pulueris est, senibus quidem pondere denarij antiqui, pueris verò duodecim vel quatuordecim annorum, oboli antiqui, in hostia, vt integre descendat.

Aqua fortis fit, Accipe vitrioli ℔. ij. ſalis petræ non extincti & optimi ℔. j. permiſce terendo, deſtilla ad omnium ſpirituum extractionem, ac poſtea rurſus ſecunda vice, ſine vllo additamento deſtilla, vt à ſpiritibus etiam craſsioribus ſeparetur, quo facto, aqua fortis hæc potens eſt, quæ Mercurium ſoluat, & aurum calcinare poſsit. Hæc omnia ex lib. Caſpari Kegleri Medici Lipſiæ excuſo.

Explicatio quorundam, cum figuris, cuiuſdam Medici inſignis.

A. Amalgama ſic fit, aurum puriſsimum in laminas diducitur, poſtea crucibulũ igni impoſitum fac vt excandeſcat, cui (extra ignem) infunde auri laminas & Mercurium, vt miſceantur, mixtura dicitur amalgama.

B. Bocia collocata in loco calido, citius ab aqau forti operatio fit.

D



D. Vas quod vocamus Germanicè, ein trybſcherb/ refert quodam modo vaſculum illud, in quod tonſores ſecantes venam, ſanguinem recipiũt, niſi quod hoc ex auricalcho, illud ex terra factum eſt, huius formã hic adiecimus.

E



E. Teſtam vocaui, quod in Germanico vocabatur ein müſſel. Cõſtat ex terra cocta, formata inſtar parui clybani, in lateribꝰ perforata, cuius hęc eſt figura.

F. Fornax aurifabrorũ ex luto parata, in hanc formam.

F



Deſcriptio pulueris Solis modo breuiori hæc eſt, ex eiuſdem obſeruatione. Fruſtra enim fit pluribus, quod poteſt fieri paucioribus. Accipe vas nouum terreum amplum, lato orificio, vt patellę ſunt tonſorum venam ſecantium, niſi quod latius eſſe debet: hoc ipſum in igne ex carbonibus accenſo, igneatur, vt rubeſcat, poſtea pulueriſa rubrum hoc caput tuum ex deſtillatione genitum, vt paulò ante dictum eſt, & in vas illud ignitum effunde, ſpatula ferrea continuè agita, vt fiat ex nigro fuſci coloris, ac tandem rurſus rubri, & habebis puluerem Solis: caueas tamen ne ab eius vapore venenoſo inficiaris.

Aut, accipe amalgama illud de quo ſupra, & ſine vt in aquam liqueſcat, vt in fundo aurum appareat, in modum pulueris punicei. Bociam perlutato, in qua deſtillatio facienda eſt, & per ſe exiccetur, vt facilius ignem ferat. Poſtea impone capitellum, perlutando rimas ſeu iuncturas cum petia linea & luto ſapientiæ, ne ſpiritibus pateat exitus. Hoc animaduertas, quod ſi bocia, in qua continetur amalgama cum aqua forti, capax fuerit menſuræ vnius, vt recipiens ſit amplitudine decem


decem vel duodecim menſurarum, alioquin multitudine atque etiam fortitudine ſpirituum, recipiens rumperetur. Quo facto, bocia cum capitello collocetur in fornace reuerberationis, in qua ignis ex carbonibus fit, vt ſequitur. Primo ignis lentus fit, vſque quo ſpiritus cœperint aſcendere, poſtea paulatim augendus. In fine aqua fortis clareſcit rurſus. In ſuperiore parte fornacis vbi ventilia ſunt, claudatur fornax, relictis tantum ſpiraculis.

De auro vitæ ſeu puluere Solis (alij præcipitatum cum auro vocare videntur, de quo pauca ſupra quoque de aquis metallicis in fine) ſic quidam doctus vir ad Geſnerum ſcripſit. Auri vitæ, inquit, ſeu pulueris Solis, in eum finem deſcriptionem expetere mihi videris, vt iudicare poſsis, an eius vſus tutus eſſe poſsit. Laudo inſtitutum, vt omnia ad vſum referas. Componitur ex Mercurij viui ℥ v. auri puri ℥ ſ. aquæ fortis q. ſ. Vſus ſum ego iſto menſe, & indies vires experior. Morbum magnum iſto curo, qui ſi ceſſerit, vt bonam ſpem operatio præbuit, dico donum Dei, &c. Crederem ego ab illo qui nuper præparauit, cui ego ſemper aſtiti, ʒ ij. poſſe duobus Daleris redimi: nam ille laborem & odoris tædia, nec non vaſa, magni æſtimat. De hoc puluere Solis, ſcito me citra omnem noxam, dediſſe grana quinque, ſed cum ad

grana octo aſcendiſſem, vomitum & alui deiectionem ſtrenue moui, cum antea quatuor continuis diebus grana quinque propinaſſem, &c.


Argenti (oleum puto) fit, recipe argenti calcinati, quantum volueris, pone in acetum deſtillatum, & intra aliquot dies ſoluetur, & fiet cæruleum, tum lentè in balneo Mariæ euaporet acetum & fiet (oleum) pulcherrimum.

FINIS.



INDEX RERVM SCITV DIGNARVM, DE QVIBVS IN HOC LIbro tractatur.

A



Bsinthij sal 215
Agarici, turbith, colocynthidis, rhabarbari, &c. extractio 209.b
Aluminosæ aquæ compositæ 57.b
Anisi & fœniculi oleũ 109.110
Anseris oleum 130
Antimonij gẽma 139.b
Antimonij oleum 134 135.136.
Antimonij præparatio vt pellucidum fiat 140.141.142.143 139.b
Antimonij præparati vsus 145.146.147
Antimonij spiritus rubeus 143.b
Antimonij succus 141
Aqua ad vulnera, vlcera & fistulas 84.b
Aqua ardens 190
Aqua ardens contra pestem 196
Aqua aromatica 190.b
Aqua caponis 32.b
Aqua cinnamomi 120.b 222.b
Aqua cito destillanda 13
Aqua dealbatiua 42 59.
Aqua dealbans pilos 50.59
Aqua deaurans res varias 65
Aqua è semine canabis 27.b.
Aqua è sanguine humano 31.b
Aqua fortis 57

Aqua frigidis morbis omnibus conueniens 191

Aqua marchasitæ 58.b

Aqua mater Balsami vocata 53 b

Aqua odorifera 28.b

Aqua Philosophorum 64.b

Aqua quæ omnia in puluerem redigit 62

Aqua reuiuiscere & iuuenescere faciens 45.b.46

Aqua scribendis literis aureis in ferro 60

Aqua tingens viridi colore 61.b

Aqua tutiæ 58

Aqua vitæ contra pestem 190.b

contra catarrhum 193.b

Aqua vitæ & eius vires 182.183.

Aqua vitæ Friderici Cæsaris 194.b

Aqua vitæ pro arthriticis 202.b

Aqua vitæ quæ optima 189.b

Aquæ fortis vires & vsus 59

Aquæ rosaceæ præparandæ modus 30

Aquæ ad oculos variæ 37.38 39

Aquæ vitæ destillationes variæ 186 187.188

Aquæ vitæ proba 183

Aquæ aluminosæ compositæ 57.b.58

Aquæ S. Aegidij ad apoplexiam 48.b

Aquæ causticæ 59.60 61.62.65 b

Aquæ cicatrices tollentes 98

Aquæ destillatæ & succi quid differant 3.b.4

Aquæ odoratæ 42

Aquæ metallicæ & fortes 57.58 59.60

Aquæ quæ aureæ & elixir vitæ dicuntur 51.52

Aquæ soporiferæ 39.b

Aquæ

Aquæ theriacales 48
Aquarum destillatarum natura 3.b 4
Aquarum & oleorum correctio 2 b
Aquarum simpliciũ destillatio 24
Aquarum thermalium proba vel destillatio 24.25.26
Aquarum vitæ aliquot compositiones 193 194. 195. 196. 197 198.199.200
Aquas & olea destillandi artificiosus modus 13.b
Argentum viuum qua ratione è plumbo extrahatur 69 b
Argentum viuum calcinatum 69
Ammoniacus sal 217
Aromata destillandi modus 8
Aromatica aqua 190.b
Aurum à metallis soluens aqua 63.b
Aurum num solui possit 219.b
Aurum potabile 219
Aurum vitæ 234
Auri dissolutio 220.b
Auri oleum 233
Auri potabilis conficiendi descriptiones septem 223
Auri potabilis facultates 221.222.223 226.227.
Aurichalchum dealbandi ratio 65

B

Balnei Mariæ modi 12
Balsamum Christi 91.b
Balsamum Hermetis 82
Balsamum quomodo faciendum 91
Balsamum verum quid 76 b.53 54
Balsami veri succedanea 77
Balsama aliquot artificialia à fol. 77 vsq; ad 90. &c.
Balsama et Balsamelæa 53.54.55

Balsama non destillata 99.
Belzoimū oleum 217 b
Borax Alexandrina 217. b
Boracis confectio 217 b.

C

Cali herba 225
Caponis aquæ varij modi 32
Capillos flauos reddere 66.b
Caryophyllorum oleū 113 114.b.115
Carnes à putredine cōseruandi modus 52 183.b
Causticæ aquæ 59. 60.61.62.65.b
Causticus puluis 67
Ceræ oleum 132 b
Chalybis oleum 175.b
Chamomillæ sal 215 b
Chartæ olerum 126. b
Chelidonij maioris aqua 37 b
Chymistarum instrumenta 8 b
Chymicæ art. ratio 2.b
Cinnamomi oleum 120.b.
Cotoneorum succus 212
Corticum olea 1.20
Cucurbitæ quomodo alligandæ 11
Cumini oleum 110 .b
Cupri oleum 175
Cyßimbrium 1.b

D

Dealbatiua aqua 42
Destillatio quid sit 1
Destillatio aquæ vitæ 186.187.188.189
Destillatio aquarū simplicium & thermalium 24
Destillatio in sole 10
in turri 13.b.14
Destillatio olei cinnamomi 120.b
olei vitrioli 157.158
oleorum in genere 71.72.
Destillatio oleorum è gummis 115.b

Destillatio oleorum per vesicam 72
per arenam 15
per ascensum & descensum 5.6.10.b.19
per filtrum 19
per fimum 15
per glaciem 16
Destillatio quintæ essentiæ 13
Destillatio qualem requirat ignem 6.b
Destillatio succini 176.b.178
Destillatio quatenus rerum virtutes immutet 3
Destillationis varij modi 6.b.7.b
vera ratio 2
Destillationũ formæ & differentiæ 4.b
Destillatoria instrumenta 6.7.b
varia 16.b.17.18
Destillatoria vasa ne in igne rumpantur 20
Destillandi olea ex seminibus modus 108.b.109

E

Elixir vitæ 51
52.55.56
Ellebori extractio 210
Ellebori nigri succus 141
Extractio myrrhæ, aloes aliarũq; lachrymarum pinguiũ 213
Extractiones solutiuæ 210.b
Extractiones succorum, rerum simplicium & compositarum 204.210.b
Extractionum varij modi 205.206
207.208
Extractoria instrumenta 8.b

F

Ferrum indurandi modus 47
Ferri oleum 175
Fermentatio 8
Fœniculi & anisi oleum 109.110

Fornax destillationis in turri 13.b.14
Fornax destillatoria Sarracenica 16
Fornacum optima forma 8.b
Fortes aquæ 57.b vide aqua fortis.
Fraxini oleum 126

G

Guaiaci oleum 12.b
è Gummis olea 115.b

H

Hederæ baccarum oleũ 112
Hirundinum aqua 35
Hominis stercoris aqua 31.b
Humani sanguinis aqua 31.b
Hyoscyami seminis oleũ 110.b
Hyperici oleum & eius vsus 104.b 105.106
Hyperici sal 215

I

Ignis calor in destillatiõne qualis 6.b
Inaurandi res varias modus 65.135.b
Infusionum modi 7.b
Instrumenta destillatoria varia 16.b.17.18
Instrumenta extractoria 8.b
Iuniperi baccarum succus 211.b
oleum 211.b
sal 215.b
Iuniperi lignorum oleũ 126.b

L

Ladani oleum 117.b
Lapatij minoris aqua 28
Laterinum oleum & eius vires 180
Lauri baccarum oleum 12
Lithargyri oleũ 175.b
Luti sapientiæ compositiones 20

M

Macis oleum 114
Marchasitæ aqua 58.b
Mellis quinta essentia 132
Mellis aquæ 36
Mellis faui aquæ 35.b
Mercurij præcipitati parandi modus, & vsus 68.b
Metalla omnia quomodo mollificētur 64
Metallorum ab aquis separatio 25.26.27
Myrrhæ oleum 117

N

Naphtæ oleum 154
Narantij florum aqua 28 b
Nucis moscatæ oleum 113
Nucum auellanarum aqua 28.b
Nucum corticum oleum 124

O

ad Oculos aquæ variæ 37.38.39
Odoratæ aquæ 48
Oleum quid sit 70.b
Oleum à corruptione conseruat 34 b
Oleum ad omnes ferè morbos corporis 83. b
Oleum anisi & fœniculi 108.b 109.110
Oleum anseris 130
Oleum antimonij 134 135.136
Oleum Aristotelis 85.b
Oleum auri 232.233
Oleum baccarum Iuniperi 111.b
Oleum balsami Petri de Ebano 82 b
Oleum Belzoinū 117.b
benedictum Fierauanti 95.b
calcis 175.b
caryophyllorum, nucis moschatæ, piperis, macis, cinnamomi 113.114
castorei 130.b

Oleum causticum mirabile 174
cerae 132.b
chalybis 175.b
chartae 126.b
cinnamomi 120.b 122
cumini 110.b
cupri 175
è baccis hederae 112
è corticibus nucum 124
è baccis lauri 112
è corticibus nucũ 124
è lignis iuniperi 126
Oleum è quouis ligno extrahendum 125.b 126
Oleum ex ferro 175
ex oßibus hominum 129
ex terebinthina larigna 119
ex vitellis ouorum 130.b.131
florum mali arantij 106.b
rorismarini 108
rosarum Damascenarum 106.b
verbasci 104.b
Hyperici 104.b 105.106
Ladani 117.b
Laterinũ & eius vires 180
ligni Guaiaci 126
lithargyri 175.b
masticis 116
mellis 132.b
myrrhae 117
naphtae 154
ouorum 130.b.131
philosophorum 81.b
pro memoria 88 90.b
ranarum 133.b
raparum 112.b
rosarum 107
saliũ herbarũ 216.b
sanctum 87
Saturni 175
scorpionum 134
seminis hyoscyami 110.b
spicae 104.b
succini 176
sulfuris 150.151 152.153.&c.
tartari 125.b
taxi 130

Oleum

Oleũ terebinthinæ 178
violaceum 107.b
vitrioli 15.b
Olei succini destillandi modus 177
178
vires 178.b
Olei sulfuris vsus 15
Olei vitrioli differentia 156.b
Olea ab aquis quomodo separanda 119.b
97.99
Olea ad vulnera 94
95.96
Olea varia pro diuersis morbis 84.85
86
Olea è gummis 115.b
Olea & aquas destillandi modus artificiosus 13 b
Olea ex aromatibus
113
corticibus 120
floribus 104
fructibus 111.b
metallis 175
seminibus 108
Olea ex seminibus quo modo destillnda 108
b.109
Olea quomodo è radicibus, herbis & seminibus extrahenda 73
Olea varia ad omnis generis morbos 77
Oleorum ab aqua separatio 57.b
Oleorum destillationis modus 61
Oleorum destillatio per vesicam 61.b
Oleorum & aquarum correctio 21.b
Oleorum extractio per torcular 75
Oleorum extrahendorum ratio 72
Oleorum extractio per aquam bullientem
74.b
Oleorum rectificatio
76
vsus 79.76.b
Omphacinum oleum
70 b
Ossium hominum oleũ
119

Ouorum albuminum aquæ 53
Ouorum aqua 31.b

P

Papyri oleum 127
Philosophorum vitrum 145
Philoselllæ aqua 28.b
Piperis oleum 114.b

Q

Quintæ essentiæ destillatio. 13

R

Ranarum oleum 133.b
Raporum oleum 112.b
Rectificatio oleorum et aquarum 21.b
Rhabarbari extractio 210
Rhodostagma 4.b
Roris aqua 29
Rorismarini florum aqua 29
oleum 108
Rosacea aqua odorifera 29.b
Rosaceam aquam præparandi varij modi 29.b
Rosatum oleum 107
Ruptorium 60

S

Sal absinthij 215
alkali 213
215.b
aquarum thermaliũ 215.b
ammoniacus 217
baccarum iuniperi 215.b
chamomillæ 215 b
hypericonis 215
vrinæ pueri 216
Sales quomodo è rebus varijs extrahantur 114
Salium herbarum oleũ 216.b
Salium vsus 213.b
Sambuci florum aqua 30
Sanguinis humani aqua

qua 31 b.127.b
Scorpionum oleum 114
Seminum olee 108
Solis puluis 234
Solsequij florum aqua 30
Soporiferæ aquæ 39 b
Spicæ oleum 104.b
Stercoris humani aqua 32
Stibium vel stimmi 134
Stibij pilulæ 147 b
Stibij præparati dosis 147
Stibij præparati vsus 146.147 148
Stibij variæ præparationes 139.140 141 142.143
Stibij sanguis 138
Sublimare quid 1.2
Succus quid 204
Succi à corruptione cõseruandi 34.b
Succi & aquæ destillatæ quid differant 3 b.4
Succorum extractiones variæ 204
Succini destillatio 176.b.178
oleum 176
eius vires 178.b
Sulfuris oleum 150
eius vsus 151
dosis 152.b
Sulfuris olei parandi modi 150.151.152 153.154

T

Turbith extractio 209
Tartari calcinatio 125.b
Tartari oleum 125 125 b
Taxi oleum 130
Terebinthinæ oleum 118
Thermalium aquarum proba seu destillatio 27
Theriacales aquæ 48
Tiliæ florum aqua 30 b
Tormentillæ aqua 31
Tutiæ aqua 58

V


Vasa destillatoria ne in igne rumpantur 20
Verbasci aqua 30 b
Verbasci florum oleum 104. b
Violaceũ oleum 107. b
Vinum corrũptum 52 b
foetidum 52
Maluaticum destillatum 57
Vinum pendulum 52
sublimatum 202
Vini corrupti rectificatio 194
Vitrioli oleum 156
Vitrioli oleum compositum 173
corrosiuum 173. b
Vitrioli oleum quomodo dulce fiat 162
Vitrioli olei differentiæ 156. b
destillandi varij modi 157. 158 159. 167. 170. &c.
variæ virtutes 161 162. 163. 164. 165. 166. 169. 170. 172. b
Vitrum philosophorum 145
Vitrum ruptum conglutinandum 20. b
Vitrorum clausura 20. b
Vulnerum olea 94 95. 96. 97. 99. b. 100 101

X

Xyloebeni succus 212

INDEX MORBORVM, DE QVIBVS IN HOC LIBRO tractatur.

A


Lopetia 32
Alui fluxus 164
Aluum solvens aqua 30
Ani fistulæ 151
Angina 169.b
Anhelitus graueolentia 52
Apoplexia 143.b 194.199
Apoplexiæ præcautio 52
ad Apoplexiam aquæ S. Aegidij 48.b
Apostemata 32
Apostemata dura 87.b
Apostemata intrinseca 86. & extrinsec. 185 212
Aqua reuiuiscere & iuuenescere faciens 45.b.46
Aquæ cosmeticæ 27.b
Asthma 83.110.b 118.147.b.211.b
Articulorum dolores 93.b.195.b
Arthritis 31.b 93.111
Arthritis dolores 133 b.143.b
Arthetica frigida 130
Aurium paßiones 181
tinnitus 82.b
vermes 87.b.181
Auditus difficultas 44 b 94.b
Axillarum fœtor 31

C

Calculus renum 31.32 49.b.77.82.b
Calculus vesicæ & renū 161.b 163.

Calculi præseruatio 211.b
Calculum frangentia 112.b
Capilli flaui 132.b
Capillorum color 66.b
Capitis diuturnus dolor 147.b
pediculi 166
tremor 92.b
vertigo 166
Cancer 31.32.49 66.b 93.b 191.b
Cancer & fistulæ 29
Cancrum mortificans oleum 173.b.174
Cancrum sanans aqua 57.b
Cancrum tollendi secretum 61.b
Caro mortua 67.138.b
Carnem mirifice erodens oleum 174
Carbo pestiferus 80
Carcinoma 57.b.58
Casus ex alto 84.b 52.b
Catarrhus & eius cura 28.94.110.b 114. 193.b.211.b
Causticæ aquæ 59 60 61.62.65.b
Causticum secretum 174
Cerebri & neruorum affectus 48.b
Cicatrices 31.b.96.b 99.b.105.b.133
Colicus dolor 52 115.b 112.161 169 b.170
Comitialis morbus 32 vide Epilepsia
Contractio membrorũ 83.b.92.b
Cordis debilitas 181.b
Cordis palpitatio 81.b
Cordis tremor 41.b 45.b 114.b 165.
Corrosiuũ insigne 174
Crura exulcerata 102.b
Crurum vulnera 103
Cutis excoriationes 126
Cutis nigredo 125

D

Debilitas crinium 32 33.34

Den-

Dentes dealbantia 61 66.151
Dentes firmißimos & pulcherrimos conseruandi modus 169
Dentes nigri 61.66.a.b
Dentium dolor 54.65.b
Diarrhœa 115
Dolores articulorum 133
Dolores ex incisione membri 131 b
Dysenteria 50.161.b

E

Ebrietatem arcentia 131.b
Elephantiasis 147.b
Empyema 118
Epatis obstructio 110
Epilepsia 31.a.b.35 42.b 48.93.102. 129 b.147.a.b.153
Excoriationes cutis 111 126

F

Facies ne sole aduratur 30.a.b
Faciei lentigines 30.b 56.b.65.
maculæ 29.40.b 66.107.b.125
splendor 117
rubedo & syrones 29.125
rugæ 29.98
vlcera & fistulæ 175
Faciem dealbantia 36 40.b.59.98.b
Febris pestilens 44.b 146 b
Febris tertiana 114.b
quartana 45.b 85.87.b
Febris præcautio 45.b
Febres acutæ & calidæ 164
Febres mitigantia 107.b
Febres omnes curans aqua 49
Febres omnis generis quomodo curandæ 53.83.153
Febres putridæ 152.b
Fistulæ 29.59.b 60.a.b.66.84.b. 87.93.b.191.b.130.b

Fistulas curantes aquæ 46.b.47
Fistulas mortificans oleum 174

G

Gallicus morbus 48 144.b.147
Gingiuarum corruptio 65.b
putredo 52
vlcera 151
Gonorrhœa 184
Gulæ tumor & durities 80
Gutta in membris 104.b

H

Hæmorrhoides 167 157
Hectica vide Phthisis
Hecticæ cura 34.b 36.b
Hydrops 31.43 49. 110.b. 145.b. 153.172.b

I

Icterus 83 b.147 167
Ignis sacer 49
Iliaca 112
Impetigo & serpigo 57.b
Insaniæ cura 145 147.b
Ischiadicus dolor 87 93.181

L

Labiorum fissuræ 118.b 133.b
Lateris punctura 77.b 81.b.82
Lepra 28.35.58.b 66.b.83.94
Lethargus 166
Lienis vitia 45.b
Linguæ paralysis 102
Lumborum dolores 184
Lumbricos encantia 82. a.b. 92. 104.b 153.181.b

Mam-

M

Mammillarum dolor 30.b.31
Mammillarum fœtor 31
Mammillarum scissuræ 118.133 b
ad Maniam secretum 41.b
Manus retracta 80
Manuum scissuræ 112.b
Manuum tremor 92.b
Matricis dolores 53
Melancholiæ phreneticæ cura 145.b
Membra contracta 92.b.104.130
Memoria 95.96.b.118.b.198.b
Memoriæ debilitas 29.84.b.86.b.90.b.91.b.166
Memoriam confortantia 41.51.80.88
Menses prouocantia 50 211.b.216.b
Menstruorum superfluitas 165.b
Morũ curans aqua 61.b
Morsus venenosi 54.b 165.b.181.b

N

Narium fistulæ 175
Narium polypus 84.b
Narium rimæ 118.b
Narium sanguinis fluxus 165
Nerui contracti 130
Nerui incisi 103 105
Neruorum affectiones 80.81.87.93.95.118
Neruorum incisiones 93.b
Neruorum mollificatio & spasmus 93

O

Oculi albugo 39
Oculi cataracta 38.b
Oculi suffusio 59
Oculi expalpebrati 53.b
Oculi lachrymantes 31.b.181.b

Oculorum ægritudines 87.b
Oculorum caligo & nebulæ 38.184 190
Oculorum maculæ 29 32.37.66 188.190
Oculorum pustulæ 125
Oculorum sanitatem conseruantia 37 38.
Oris vlcera 58.57.b
Ossa vulneribus extrahenda 47.b

P

Paralysis 29.79.b 81.b. 96.b. 83. 84. 143.b
Paralysis linguæ 102
Paralysis membrorum 119
à Paralysi præseruantes aqua 49.b 49
Palpebræ inuersæ 12
Partus difficultas 120 b
Pectoralis aqua 42 b
Pedum perniones 112.b
Pestis remedia 84.b 45 196
Pestilens febris 44 b
Phrenitidis cura 145.b 166.b
Phthisis 54.b.36.b 83.b 102.193
Pilos generantia 27.b 36.
Pleuritis 118. b.215
Podagra 66.b.93 96
Podagra frigida 82.b 87.b.131
Podagram mitigantia 30.b.36 b
Podagrici dolores 117. 133.b
Polypus narium 52 148
Pulmonum & iocinoris calores 28
à Putredine seruandi ratio 52,82

R

Renum calculi 154. 31.29.
Renum & vesicæ calculos

culos frangentes aquæ 43.44
Renum & vesicæ lapis 31

S

Sanguis concretus siue grumosus 30.87.b
Sanguinis fluxus 50
Sanguinis sputum 164 181.b
Sanguinem mundantia 128
Scabies mala 49.b
Scabiei cura 52. 57.b
Scrofulæ, porri & verrucæ 47.59.60 63.b.65.66.101.b 134
ad Solis vstionem 30
Somnifera 107.b.111 192
Soporiferæ aquæ 39.b
Spasmus 79.b.80.83 84.118 b
Spasmus vulnerum 87.b
Splenis apostemata & durities 87.b
Stomachi abhumiditati bus purgationes 49. 50
Stomachi cruditas 49. 50
Stranguria 78.b
Stupor 84
Sudorifera 112.b.15.4

T

Tinea 113
Tormina ventris 28.b
Tortura membrorum 84
Tremor capitis & manuum 29.b
Tremor membrorum 83.b.84
Tußis 110.153
Tußis sicca febricitantium 35

V

Venarum rupturæ 164 166
Venena à corde pellens aqua 27.b
Venenorũ remedia 49 87.b.83.b.85.b.101 106.b.134
Venenorum omnium amuletum 52

Venenosi morsus 54.b 165.b
Ventriculi cruditas 49 50
Ventriculi debilitas 110 b.115
Ventriculi dolores 147.b
Ventris fluxus 50.128
Vesicæ excoriatio 180.b
Vermes vide Lumbricos.
Vermes 82.b
Vermes omnis generis pellens oleum 92
Vermes siue lumbricos enecantia 104.b
Vertigo 110.b.115.165 166.194.211.b
Verrucæ, scrofulæ, porri 151.59.60.60.b 63.b.66.125.b
Vesicæ & renum calculos frangentes aquæ 43.44
Virgæ vlcera 151
Virium debilitas 32.33 194.b
Visus debilitas 39 94 b.115.165
Visum conseruantia 53 37.38.39
Visum clarificans aqua 30
Vlcera 84 b.87
Vlcera antiqua corrosiua 174
Vlcera & vulnera profunda 93
Vlcera exiccans aqua 46.b
Vlcera cancerosa 135 143.b
Vlcera consolidantia 103 130.b
Vlcera corrosiua 57.b 58.72
Vlcera fauciun 59
Vlcera maligna & putrida 60
Vlcera serpentia 138
Vlcera tibiarum antiqua 28.b
Vocis clarificatio 42.b
Vocis diminutio 53
Vomitiuũ certissimum 149.b
Vrinæ ardor 191.b
Vrinæ retentio 82.b 169.b.153.118.154
Vulnera 52.53.92.b 94

Vulnera

Vulnera & vlcera profunda 93
Vulnera capitis 77.b
Vulnera cito sananda 47.b
Vulnera crurum 103
Vulnera glutinantia 83 84.86
Vulnera neruorum 105
Vulnera oßium 101
Vulnera putrida 198.b
Vulnera recentia cito sanantur aqua 191.b 192
Vulnera sanantes aquæ 46.31.47.77.48.b.153.b
Vulnera sanantia 104 105.106
Vulnerum aqua 115
dolor 65.b
sanguis 115
spasmus 87.b
Vulneribus ossa extrahere 47.b
Vulneribus sanandis olea 96
Vulneraria aquæ 47
Vteri suffocationes 115

FINIS.



aq. fortis. in Hortag

